





*Library of the University of Michigan*

*Bought with the income  
of the  
Ford : Hesse  
Bequest*











# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS,  
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA  
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ulla EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS. ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO

GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTEM SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUÀ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ  
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

### ACCURANTE J.-P. MIGNE,

*Bibliothecæ Cleri universæ,*

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORÆ.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVE ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET. IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN. SI QUIS EMAT INTEGRÆ ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EANDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVE VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

### PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LIX.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,

IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LÛTETIÆ PARIISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIINA.

1862 H5U

68

## AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées: aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Éditeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Écriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières corrigées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision; et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on clique. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'in vraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonelly, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans nos volumes, surtout dans les grecs.

M'algèbre ce qui précède, l'Éditeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot par mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRÈS COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volume n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

No. 5 avons la consolation de pouvoir finir cet avis par les réflexions suivantes: Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs de Rome*, le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilege* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Éditeurs se préparent au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire générale*, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude, la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.



SÆCULUM V, ANNUS 407.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVLIANAM ET FRONTONIANAM  
EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONITIS,  
NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS ONOMASTICO ET COPIO-  
SISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA;

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONTFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONIÏ,  
TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT,  
VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOCATA SUNT,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS OCTAVUS.

VENEUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMEOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1862

BR  
60  
1161  
V.59

# ELENCHUS

## OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LIX CONTINENTUR.

Homiliæ LXXXVIII in Joannem.  
Spuria.

col. 23  
485

### MONITUM.

Forsitan miraberis, Lector benevole, quod, dum in omnibus tum præcedentibus tum subsequituris S. Joannem Chrysostomum SS. Patribus versio Latina ad textum Græcum columna ad columnam accedit, in hacce nostra ejusdem S. Doctoris editione, pagina Latina juxta Græcam paginam tantum ponatur. Hæc causa fuit et quidem unica, quod priusquam nobis in animo fuisset integram SS. Patrum Ecclesiæ Græcæ traditionem contexere, jam quidecim abhinc annis seorsim edideramus Latine tantum S. J. Chrysostomi opera, litterisque mandaveramus immobilibus. Res cum ita se haberent, et nec in manu esset litteras immobiles movere, neque in animo hujusce editionis mere Latinæ novem delere volumina quæ jam integre typis immobilibus mandata erant et pluris quam sexaginta millibus constiterant francis, hunc feliciter invenimus modum, non tamen sine opera et impensa, hæc aptandi huic editioni novæ, quæ sic lingua tum Græca tum Latina ditata evadit.

# Præfatio

AD HOMILIAS

## S. JOANNIS CHRYSOSTOMI IN JOANNEM.

Ad homilias in Evangelium Joannis tandem devenimus, ubi novum prorsus concionandi ritum, insolitam deprehendimus disserendi rationem. Stylum sane eundem cernimus, dictionem prorsus similem; eundemque statim agnoscimus dicendi artificem Chrysostomum: in ordine autem et argumenti ratione magna sese offert diversitas. In cæteris namque in Scripturam sacram Commentariis, maximeque in Homiliis in Matthæum, postquam singulorum versuum literam explanavit, occasione ex serie sumpta, ad morum informationem spectantia multa interserit; atque in fine concionis longissimam moralem adhortationem adjicit, qua et procerum et popularium vitia insectatur, atque ad virtutem adeundam stimulos addit. In hisce autem in Joannem Homiliis alio concionandi genere procedit. Passim namque postquam singulos versus attulit, illosque maxime quos Catholicis hæretici quidam objicere solebant, auditores suos adversus illorum argumenta et sophismata munit roboratque; atque ut statim deprehenditur, iis qui contra hostes hujusmodi sæpe manus conserebant, arma ministrat. Hic scopus oratoris præcipuus, eo nervos omnes contendit, ut Christianum militem, qui passim contra hæreticos decertabat, ad illorum depellenda tela instituat.

Hæc porro non in omnibus homiliis occurrunt, sed in iis tantum ubi ea Joannis loca explicantur, quæ vel ad æqualitatem consubstantialitatemque Patris et Filii probandam apta sunt, vel quæ ab hæreticis ad illam impugnandam usurpabantur. Ubi vero de divinitate deque consubstantialitate Filii non agitur, literam ille paucis plerumque explanat. Moralem quoque disciplinam inter concionandum rarius attingit, concionemque brevissima adhortatione morali claudit; ita ut hæc in Joannem conciones, dimidia fere sui parte minores ut plurimum sint Homiliis in Matthæum.

Hinc certe jam multæ exsurgunt quæstiones: quinam nempe sint hæretici, qui Chrysostomi auditores telis ex Joannis Evangelio desumptis impetebant; cur illos Chrysostomus non nominet: ex qua familia orti hi hæretici essent; quibus maxime argumentis objectiones lucifugarum confutandas esse doceat. Hæc porro omnia expendere non pigebit, postquam de numero Homiliarum in Joannem, de urbe in qua hæc concionatus est, de concionis hora, deque aliis nonnullis quædam præmiserimus.

§ I. 1. *De numero Homiliarum in Joannem. 2. Qua in urbe hasce homilias habuerit Chrysostomus, Antiochiæne, an Constantinopoli.*

1. Homiliæ in Joannem apud Savilium octoginta octo feruntur, apud Morellum autem octoginta septem tantum, quandoquidem Morellus primam proœmii tantum loco ponit, neque illam Homiliam primam inscribit, quia videlicet nihil de Evangelio Joannis in hac concione explicatur, estque tantum quasi præludium ad explicationem ejusdem Evangelii. Verum ut ut res est, hoc proœmium non minus concio et homilia est, quam cæteræ sequentes conciones. Nam hic populum alloquitur, ad virtutem hortatur, a vitiis arcet, omniaque concionantis implet officia. Quamobrem jure illam Savilius inscripsit Homiliam primam: quem sequi visum est. Verum quia Morelli Editio, quæ a multis annis omnium manibus teritur, ut plurimum a scriptoribus affertur in medium, itque secundum Morellianam Editionem homilias numerant; eamque, exempli causa, vigesimam nonam inscribunt, quæ secundum Savilium et secundum veram numerandi rationem trigesima est, in summa pagina utrumque numerum sic attulimus: *Homilia trigesima* al. *vigesima nona*, et ita quoque in aliis.

Hanc porro numerandi varietatem non esse recentem suadet Facundus Hermianensis, qui libro 3, c. 3, p. 114, sexagesimam sextam dicit eam quæ vere sexagesima septima est. Verum altera etiam numerandi ratio, quæ vera utique est, apud alios in usu fuisse comprobatur. Ephræmius enim Antiochenus *undecimam* numerat eam quæ jam undecima est. Hancque numerandi rationem sequuntur Codices Græci manuscripti, quos hactenus videre licuit.

2. Altera exsurgit quæstio, an videlicet Antiochiæ, an Constantinopoli hasce homilias Chrysostomus habuerit. Utra in urbe tot conciones habitæ sint, in ipsis concionibus nusquam deprehendere potuimus. Nam si qua essent unde conjecturam ducere possemus, ex perpetuis nempe velitationibus adversus eos qui parem paternæ potestatem in Filio esse negabant, qui consubstantialitatem oppugnabant, adversus Anomæos nempe, quos ubique insectatur, id perinde Constantinopoli, atque Antiochiæ observatur. In utraque enim civitate contra Anomæos nominatim concionatus est Chrysostomus, in utraque magno numero *Аномеи*

erant, qui cum popularibus Catholicis sæpe de religione concertabant. Nihil igitur inde circa urbem ubi habitæ sunt hæ conciones expiscari possumus : nullumque aliud ea de re ex ipsis homiliis indicium possumus mutuari. Verum ex Homilia septima in Epistolam primam ad Corinthios t. 10, p. 53, nostræ Editionis, discimus Homilias hæc in Joannem ante illas in Epistolam ad Corinthios habitas fuisse. Cum autem hæc ad Corinthios Homiliæ Antiochiæ habitæ fuerint, ut suo loco probabitur, hinc sane consequitur has etiam in Joannem conciones Antiochiæ dictas fuisse. Locus porro ille Homiliæ septimæ ad Corinthios sic habet : *Nam illis ait, Neque me novistis, neque Patrem meum (Joan. 8, 19). Quomodo ergo supra dixit, Et me nostis, et nostis unde sim (Id. 7, 28) ? Sed quis sit modus hujus lectionis, et quis illius, jam dictum est in Evangeliiis, et ne idem frequentius versemus, eo lectores mittimus.* Mittit scilicet ad Homilias suas in Evangelium Joannis, ad Homiliam nimirum quinquagesimam, ubi hæc verba c. 7, v. 28, col. 279, explicans, *Et me scitis, et unde sim scitis*, ostendit illa optime conciliari cum aliis ejusdem Evangelii c. 8, 19, ubi ait Judæos nec se nosse, nec Patrem suum nosse. Certum itaque indubitatumque est Chrysostomum has homilias Antiochiæ habuisse antequam Homilias in primam et secundam ad Corinthios haberet, quæ item Antiochiæ habitæ fuere, ut suo loco probabimus.

§ II. 1. *Quo tempore has habuerit homilias.* 2. *Cur illucescente aurora, hæc concionatus sit.* 3. *Quod genus auditorum coercionibus interfuerit.*

1. Jam diximus in Præfatione ad Homilias in Matthæum, non potuisse Chrysostomum annis tribus prioribus queis presbyter concionatus est, Homilias in Matth. ad populum habere, quia videlicet his tribus annis 386, 387, 388, tot homilias tam longas dixit, ut alias addere vix potuisse videatur. Certe, ut in Vita Chrysostomi pluribus dicitur, vix credatur quot quantasque hæc tribus prioribus sacerdotii sui annis conciones dixerit; Panegyricas festorum et Sanctorum per annum, alias in Scripturæ libros, cæterasque variis de rebus. Itaque ut Homilias in Matthæum post annum 388 habitas, hæc de causa statuimus, multo magis hæc, quæ secundum Homilias in Matthæum dictæ fuisse videntur, post annum illum dictas inferemus. Annum vero ipsum assignare quo has homilias cœperit, non humanæ videtur facultatis. Certum utique est illas ab anno 389 ad annum 398, quo ineunte ad sedem Constantinopolitanam evehctus est, habitas fuisse; sed annum ipsum, vel etiam annos aliquot statuere (non enim uno eodemque anno hæc 88 homiliæ habitæ videntur), hoc opus, hic labor est. Videamus tamen an possimus aliquid ulterius circa rem illam expiscari. Cum has præcesserint Homiliæ in Matthæum, quæ nonaginta numero habentur, et post annum 388 habitæ putantur; nec videantur illæ in Matthæum nonaginta homiliæ uno compleri potuisse anno, illis probabiliter assignamus annos 389 et 390. Hæc vero in Joannem post annum 390 habitas congruenter statuimus, ab hoc anno scilicet ad annum 394, vel 395. Non enim possumus totum illud spatium assignare quod intercurrit usque ad annum 398, quo incipiente episcopus Constantinopolitanus electus est. Quia post Homilias in Joannem, compertum nobis est, illum conciones alias ingenti numero Antiochiæ habuisse, Homilias nempe in Epistolas ad Corinthios, quarum prima 44, secunda 30 concionibus, iisque longioribus absolvitur; inque cæteras Pauli Epistolas non paucas Antiochiæ, postquam has in Joannem peroraverat, concionatus est, ut pluribus suo loco probabitur. Non possumus ergo in ultimos presbyteratus ejus annos has in Joannem Homilias conjicere; sed tempus ipsis probabiliter consignamus ab anno 390 ad annum 394, vel 395. Hac sic constituta serie, omnia quadrare videntur.

Neque anno uno potuit hæc omnes 88 conciones absolvere si quinto quoque die tantum singulas habuerit homilias, ut ipse innuit paulo ante finem Homiliæ primæ, ubi talia fatur: col. 27: *Nec mihi quis dicat, breve tempus inter hanc et sequentem concionem esse. Licet enim, non solum dierum quinque spatio, sed etiam uno temporis momento vitam totam mutare.* Si quinto quoque die tantum concionatus sit, hæc 88 conciones anno uno absolvisse non potuit. Sed si quinto quoque die tantum concionabatur, ut ait ille, quomodo illud quadrare possit ad id quod dicit initio Homiliæ 25, col. 147, *Neque enim quotidie, sed bis tantum in hebdomada, idque per brevem diei partem, ut laborem levemus, vos concioni adesse et attendere hortamur.* Si bis in hebdomade, non certe tantum quinto quoque die, sed frequentius concionatus est. Verum hæc conciliari poterunt, si dicatur illum modo rarius, modo frequentius esse concionatum.

2. Sed singulare prorsus est id quod habet Chrysostomus circa horam diei qua has conciones habebat. Homilia quippe 31, col. 182, ita loquitur: *Si vero mulier Samaritana tantum adhibet studium, ut quid utile ediscat, et Christo assidet, etiamsi illum non noscat: quam nos veniam consequemur, qui ipsum novimus, qui non secus puteum, non in deserto stamus, non in meridie, non adusti solaribus radiis; sed sub aurora, sub hoc tecto umbra fruimur et suaviter agimus, neque patienter audimus quidpiam, sed desidia torpemus?*

Itaque sub aurora, id est, matutinis horis illucescente aurora hos sermones habuit; cæteras utique conciones non primo diluculo habere solebat: sed in hæc Joannis Evangelium explicantibus homiliis multa præter morem fieri deprehendimus. Primo, quod longe breviores cæteris omnibus sint. Secundo, quod illucescente aurora habitæ; tertio, quod adhortationes morales contra consuetudinem brevissimæ sint. Quarto, quod præcipuus scopus videatur esse, in plerisque saltem homiliis, ut auditores contra hæreticos, Joannis Evangelio abutentes, ad pugnam instruat. Etenim cum primam homiliam quasi præmium emisisset,

in secunda vero externorum philosophorum primipilares exagitasset : in tertia demum col. 39, propositum suum aperit his verbis : *Tempus autem est ut ad rem propositam veniamus, ne vos defessi hæc certamina adeatis. Certamina quippe nobis prostant contra veritatis hostes; contra eos qui nihil non machinantur, ut Filii Dei gloriam, imo potius suam dejiciant: illa quippe semper manet ut est*, etc. Ubi vides illum auditores suos ad certamina contra hæreticos adeunda acuere, ipsisque arma ministrare. Illud autem sere observes per totum Homiliarum in Joannem decursum, in concionibus saltem illis, Evangelii loca explanantibus, quæ vel Christum Patri æqualem et consubstantialiæ probant, vel ab hæreticis contra illam consubstantialitatem et æqualitatem detorta usurpabantur. Illi quippe hæretici, quia ex Joannis verbis validissime impeti solebant, ex ejusdem et ipsis verbis sententiam et impietatem suam tueri conabantur. Quia vero tunc hæretici illi Catholicis admixti magno numero erant, frequenterque cum obviis ex Joannis Evangelistæ verbis disputabant, necesse putavit Chrysostomus auditores suos ad talia certamina suscipienda instituire, ut ait ipse in loco jam allato, et passim in sequentibus concionibus repetit.

3. Sed cur illucescente aurora has conciones habuit, cur tam breves, cur moralem disciplinam, quam cum tanta ubertate in aliis concionibus frequentat, hic parcius attingit? Quantum auguror conjectura, ne cæterarum homiliarum cursum, quas assidue per totum annum habebat, et cui intererant Catholici omnes cujusvis ætatis, sexus atque conditionis; ne illas, inquam, interpellaret : hæc præterea illucescente aurora, non universo populo dicebat, sed iis tantum viris ac mulieribus, qui ferventiores essent, quique ingenio valerent, possentque in quotidianis cum hæreticis velitationibus, lucifugarum argumenta ex Evangelio Joannis ut plurimum petita, Chrysostomi monitis instituti, confutare. Sancto igitur doctori, cui in dicendi ubertate vix parem in omnibus retro sæculis deprehendas, duo præcipue munia incumbabant : primum, ut totum Catholicorum cætum contra vitia quæque institueret, id quod ille strenue exsequeretur, dum frequenter per annum ac bis sæpe in eadem hebdomada moralem omnem disciplinam cum mira facundia versabat; secundum, ut Catholicos inter innumeras hæreticorum catervas versantes, qui hæretici in familiaribus colloquiis veram fidem ex Evangelio maxime Joannis impetebant; ut Catholicos, inquam, illos contra adversarios suos armis instrueret. Quia vero non omnes omnino Catholici, ut diximus, viri atque mulieres, cujusvis ætatis atque conditionis, ad hanc capessendam pugnam idonei esse valebant, non omnes fortasse hisce matutinis concionibus intererant, sed in tantum viri ac mulieres, qui ingenio valebant, poterantque tela sibi a Chrysostomo subministrata in hæreticorum capita contorquere. Hi ferventiores cæteris seorsim erant instituendi; argumenta quippe passim allata vulgi captum superabant. Hæc vero illucescente aurora concionabatur, ni fallor, quod aliud diei tempus reservaret ad majores illas conciones, quæ ad vitia propulsanda, et virtutem omnem inculcandam uberiores dabat operam. In concionibus autem matutinis disciplinam illam moralem parcius attingebat, quia præcipuus ipsi scopus erat arma suis contra hæreticos suppeditare. In his porro matutinis concionibus etiam mulieres admittebantur, illæ quæ possent in familiaribus colloquiis oblatas ab hæreticis difficultates depellere. Nam in hisce in Joannis Evangelium Homiliis mulieres aliquando, etsi rarius, alloquitur S. doctor. Jam vero ad cætera transeamus.

§ III. 1. *Hæretici qui in hisce concionibus impugnantur Anomæi erant. 2. Unde orti Anomæi illorum historia compendio affertur. 3. Quis illorum status esset quo tempore hæc concionabatur Chrysostomus.*

1. Non est multa perquisitione opus ut deprehendatur quinam sint hæretici illi, qui ex Joannis Evangelistæ dictis tela mutuabantur ut Catholicos impeterent, etiam in familiaribus colloquiis : qui magno numero cum essent et cum popularibus admixti, quotidianas excitabant velitationes; ita ut sanctus doctor, et sanæ doctrinæ, et auditorum saluti prospiciens, cogere illos instituere ad ipsa tela in caput hæreticorum contorquenda. Hi certe hæretici, Anomæi sunt, quibuscum tamdiu concertavit Chrysostomus, et quidem toto tempore quo concionandi officio functus est, sive Antiochiæ presbyter, sive Constantinopoli episcopus cum esset. Antiochiæ certe anno primo quo cœpit concionari, certamen iniiit contra hæreticos istos passim cum Catholicis intermixtos, atque in concionibus duodecim, Anomæos egregie confutavit, ipsorum tela depulit, validissimaque argumenta adversus illos subministravit. Illas porro duodecim homilias, quarum pleræque in priscis Editis hinc et inde sparsæ erant, in Editio nostro una collectas habes, incipiuntque Tomo 1, col. 701. Neque modo in illis duodecim orationibus sive homiliis hæreticos illos confutavit sanctus doctor, sed etiam in aliis ubicumque sese occasio offerebat.

Verum, quod observatu sane dignum fuerit, non statim ineunte primo presbyteratus sui anno Anomæos impetiit; sed ut ipse in prima concione testificatur, jam pridem destinatum contra Anomæos pugnam tardius, eodem licet anno, suscepit, quod multos Anomæorum viderat concionibus adesse suis, ac cum voluptate aures sibi præbere. Quamobrem, *ne prædam abigeret*, ait ille, utque ipsorum animos irretiret, linguam ab hujusmodi certaminibus coerceret. Demum hortantibus illis ipsis Anomæis, in arenam descendit; Anomæorumque errores impetere orsus est, amico tamen animo, non ut adversarios feriret, sed ut jacentes erigeret. Verisimile autem est Anomæos tunc temporis mitiores fuisse, quia Catholici principes Valentinianus II et Theodosius tunc imperium moderabantur; nec poterant hæretici

illi ea libertate et petulantia uti, qua pridem sub Constantio, et postea sub Valente usi fuerant.

Amico licet animo Chrysostomus Anomæos confutaret, illos tamen acriter insectabatur: et quidem jure ac merito. Dicebant enim illi se omnem scientiam accepisse, quodque magis mireris, se ita Deum nosse, ut se ipse noverat. Cum porro se tanta instructos scientia ridicule putarent, nihil mirum si Dei substantiam audacter scrutarentur, totque circa illam quæstiones moverent, atque obviis quibusque Catholicis etiam in foro objicerent. Si quis porro ipsos de tanta audacia redargueret, reponere illi, *An ignoras id quod colis?* T. 1, col. 742. Hæc vero perpetuo et ad aures omnium decantabant: Filium non esse Patri consubstantialem, esse rem factam, non habere parem Patri judicandi potestatem, non posse Patri æqualem esse, qui Patrem precaretur. Addebant etiam Filium non esse Patri *ὁμοιον*, *similem*, indeque *ἀνόμοιον*, Anomæi, quasi dicas *dissimiles*, appellati sunt. Hos perpetuo in homiliis tam Antiochenis quam Constantinopolitanis insectatur Chrysostomus, etiam in concionibus illis quarum argumentum nihil affine videbatur habere cum Anomæorum hæresi. Cum enim hi hæretici omnino dicaces et pugnaces essent, ac perpetuo cum Catholicis velitarentur, nullam Chrysostomus occasionem omittebat tam procaces homines confutandi.

Verum licet passim et ubique in Chrysostomi homiliarum decursu Anomæorum argumenta adferantur et confutentur: nusquam tantam armamentarii lucifugarum illorum copiam deprehendimus, quantam in his in Joannis Evangelium Homiliis; quoniam videlicet illi ex hoc maxime Evangelio, secundum suam mentem, et omnigenam, ut ipsi dicebant, scientiam explicato, argumenta sua mutuabuntur. Quæ eorum argumenta, saltem præcipua quædam, cum responsionibus Chrysostomi non pigebit referre, postquam de illius hæreseos ortu, et progressu ad hoc usque, quo de nunc agitur, tempus compendio retulerimus. Id quod lectori non displiciturum speramus; nam quos tam frequenter videmus a Chrysostomo exagitari, ab ortu et gestis cognoscere, nemo inutile fore dixerit.

2. Arius circa annum 320 execrandam hæresim in Ecclesiam Dei invexit, discipulos multos habuit, turbasque innumeras dedit, quæ omnes pene orbis Ecclesiæ exagitatæ sunt. Arii autem et Arianorum præcipua capita et verba hæc erant: Deum non fuisse semper Patrem; Filium non semper fuisse, sed fuisse tempus cum non esset; non fuisse antequam nasceretur, in tempore factum esse et ex nihilo; non proprium esse naturæ Patris; creaturam esse perfectam, sed non ut aliam ex creatoris; non esse verum Deum, sed participatone Deum; non esse æternum, sed ante tempora et sæcula creatum; Filium non perfecte nosse nec perfecte videre Patrem. Eo etiam impietatis procedebant, ut dicerent, Filium non esse unicum et verum Verbum, sed solo nomine Verbum, solo nomine Sapientiam, gratia Filium, initium creaturarum; Verbum natura mutabile esse, multaque esse Verba. Imo dicebat ipse Arius aliud esse Verbum quod in Deo est, et aliud de quo ait Joannes, *In principio erat Verbum*. In hac enim impia doctrina non omnes sibi constabant, sed alius alia plerumque contraria dicitabat, imo, ut error vix consistere potest, iidem ipsi non sibi semper consentiebant.

Dicebant etiam inter eos multi, Filium non esse Patri similem. Circa hanc vero sententiam Arianorum facta sunt divortia. Alii enim omnem omnino similitudinem excludebant; alii similitudinem etiam in substantia admittebant; hi vero peculiarem quasi sectam constituerunt, qui *ὁμοούσιον* sive *consubstantialem* Filium esse negabant, sed *ὁμοιούσιον*, *similem substantia*, admittebant, cumque a perfectis Arianis in aliquo deficerent, Semiariani sunt appellati. Hi porro etiam sunt inter se divisi. Alii namque dicebant, Filium substantia similem esse Patri, similitudine imperfecta qualis posset esse creaturæ ad Creatorem, imaginis ad typum. Imaginem nempe et similitudinem illam extra Deum, a Deo factam esse dicebant, et Dei substantiæ similem esse, quatenus potest res extra Deum creata, Creatoris substantiæ esse similis. Hi vero nomine tantum tenus ab Arianis perfectis differebant. Non enim poterant Ariani negare qui Evangelium admittebant, aliquam similitudinem imperfectam esse posse inter creaturas et Creatorem; quandoquidem in Evangelio habetur, *Ut sitis similes Patris vestri*, etc.

Ex Semiarianis vero alii, quorum antesignanus erat Basilius Ancyranus, *τὸ ὁμοιούσιον*, nempe similitudinem substantiæ, longe alio modo interpretabantur. Omnimodam quippe similitudinem substantiæ in Patre atque Filio admittebant: *τὸ ὁμοούσιον* vero, sive consubstantialitatem Patris et Filii rejiciebant; et quidem multis de causis quas recenset et confutat Athanasius libro de Synodis, p. 764, et in eodem libro, p. 757, ait, ideo illam vocem, *ὁμοούσιον*, ab his de quibus loquimur Semiarianis rejici, quia in concilio Antiocheno, ubi Paulus Samosatenus damnatus fuit, proscripta fuerat; etsi non eo sensu quo postea in Nicæna synodo et admissa et promulgata, et in fidei confessione posita fuit. Nam quod in Antiochena synodo *τὸ ὁμοούσιον* non absolute damnatum fuerit, liquet ex verbis Dionysii Alexandrini, qui Antiochenæ synodo interfuerat et subscripserat. Accusatus enim apud Dionysium Romanum Pontificem, quod voce *ὁμοούσιον* non uteretur in concionibus suis, respondit ille se hujusmodi vocem et admittere, et ut omnino catholicam habere. Ab illa autem tunc abstinerebat, quia sibi cum Sabellianis res erat. Hæc vero pluribus descripta habes in Athanasii libro de sententia Dionysii: ubi ille ipsa Dionysii verba refert, exscripta ex ejusdem epistola. Attamen hi mitiores Semiariani *τὸ ὁμοούσιον* rejiciebant, illique voci *τὸ ὁμοιούσιον* substituebant. Verum in ea explicanda voce ita procedebant, ut a vera Catholicorum sententia nihil differrent, licet in verbis ipsis pugnarent. Inter substantiam enim Patris et Filii perfectam similitudinem sta-

tuebant, et Filium Patri æqualem profitebantur, licet porro illud ἰσοουσιον impietatem prae se ferat: nam si similis substantia Patri sit Filius, si vere Deus, ut illi constitebantur, altius et diversæ substantiæ fuerit: idem enim ipsum numquam simile sibi dici possit. Si vero diversæ substantiæ sint Pater et Filius, si Pater Deus, et Filius quoque Deus; ergo duo dii erunt; nam substantia Dei Deus ipse est. Sic Filius Patri substantia similis, erit Deus Deo similis; ergo duo dii. Verum hanc consequentiam non admittebant hi, de quibus loquimur, Semiariani, licet ea aperte ex voce ἰσοουσιον sequi videatur. Hi certe etsi ad catholicam sententiam accederent, male tamen hanc inducebant vocem, et culpandi etiam erant quod vocem ὁμοουσιον in sacra Nicæna synodo inductam non admitterent. Attamen magnum illud Ecclesiæ lumen Athanasius hos non vult quasi adversarios haberi. Libro namque de Synodis, p. 755, ita habet: *Viros autem qui alia quidem omnia Nicææ scripta recipiunt, de solo autem consubstantialis vocabulo ambigunt, non ut inimicos spectari par est. Neque enim velut Ariomanitas aut Patrum adversarios homines aggredimur, sed disputamus veluti fratres cum fratribus, qui eadem qua nos sunt sententia, solo nomine in controversiam adducto. Cum enim confiteantur ex substantia Patris, et non ex alia substantia esse Filium, nec creaturam vel opificium illum esse, sed genuinam naturalemque prolem, et ab eterno una cum Patre Verbum et Sapientiam existere, non longe absunt a recipienda consubstantialis voce. Talis est Basilus Ancyrae, qui de fide scripsit. Nam si similis tantum dicatur secundum substantiam, id non idem prorsus significat atque illud, ex substantia, quo verbo magis, ut ipsi dixerent, Patris germanum Filium ipsum esse significatur, etc.* Ex his vides hos Semiarianos vocibus tantum a Catholicis dissensisse, re autem ejusdem sententiæ fuisse. Unde videtur Athanasius sperare illos tandem ad catholicam non modo sentiendi, sed etiam loquendi rationem accessuros esse, cum ait, ipsos non longe abesse a recipienda Consubstantialis voce. Et vere illi, ut quidem videtur, postea Catholicis adjuncti sunt: non diu enim loquendi formulas ab illis usurpatas videmus in medium afferri. Ut vero hi Semiariani re ipsa eum Catholicis consentiebant, ita quoque alii Semiariani, qui Filium rem factam esse nec cœternum Patri dicebant, etsi illum ὁμοουσιον, id est, Patris substantia similem dicerent, vel parum, vel nihil differebant ab Arianis et ab iis qui ἀνόμοιον, id est, dissimilem Patri Filium asserebant; quapropter hi etiam Semiariani non diu ab Arianis et ab Anomœis segregati mansisse videntur, et sic demum fere omnes, uti quidem existimo, Anomœorum nomine sunt appellati.

Anomœi vero illi eodem suborti tempore Aetium auctorem habuisse perhibentur, Aetium, inquam, illum, qui impietatis causa *atheus* (ἀθεος) cognominatus est. Jam porro illi tempore Athanasii turbas dare cœperunt, dicebantque Filium Patri omnino dissimilem, quæ hæresis, cum Arii et Arianorum erroribus omnino consentiebat. Cum enim Filium rem factam et creatam Ariani dicerent, hinc sane sequebatur tantam esse Patrem inter et Filium dissimilitudinem, quanta est Creatorem inter et rem creatam. Cum porro inter creatorem et rem creatam immensa sit dissimilitudo, certe eandem esse inter Patrem et Filium sequebatur. Ἀνόμοιον itaque seu dissimilem Christum dicebant, hincque illi Anomœi sunt appellati. Initio autem inter Anomœos et Arianos dissensiones subortæ sunt; non omnes paria dicebant, et aliquando, licet re ipsa paria sentirent, verbis tamen digladiabantur; sub hæc autem Anomœi sensim invaluerunt et Orientem pene totum occuparunt. Certe quo tempore Chrysostomus concionari cœpit, nempe anno 386, plena Anomœis Antiochia erat: quapropter eo ipso anno Homilias illas *de Incomprehensibili*, cœpit, ipsosque egregie confutavit illo et sequentibus annis; una namque serie duodecim homilias dedimus Tomo primo, quæ Anomœorum argumenta depellit Chrysostomus.

3. Præter autem Arianam totam hæresim quam ipsi amplectebantur et tuebantur, alia etiam addiderant amentię plena, quæ passim illis exprobrat sanctus doctor. Dicebant itaque illi, ut jam monuimus se omnem scientiam accepisse: se Deum perinde nosse, atque se ipse noverat; qua insania quæ major esse poterat! Nec modo in orationibus illis, quas speciatim contra Anomœos habuit, illos exagitat Chrysostomus; sed etiam passim in aliis homiliis Anomœos sæpe in medium adducit et confutat, et quidem aliquando, ut T. 3, col. 31, præsentem. Nam eorum plerique concionibus ejus intererant, ut jam diximus. Nec modo Antiochiæ, sed etiam Constantinopoli multos reperit Anomœos, quos etiam passim aggressus est. Hi enim catholicæ plebi admixti quotidie velitabantur cum obviis quibusque. Hæc præcipua cura fuit Chrysostomo cum Antiochiæ, tum Constantinopoli. Sed quia in hac postrema civitate, ubi episcopus concionabatur, gravissimis aliis curis negotiisque distentus fuit, impetitus a multis, ac bis in exsilium actus, non potuit tantam istic quantam Antiochiæ propulsandis Anomœis adhibere curam. Etsi vero, uti jam diximus, passim in homiliis suis contra Anomœos agat, licet eos raro suo nomine Anomœos appellet: numquam illorum argumenta ita speciatim affert ac refellit, ut hic in Homiliis in Joannem. Quamobrem hic saltem præcipua recensere animus est: longius enim excurrere oporteret, si omnia afferremus.

§ IV. *Anomœi ex Arianis orti; cur ex Evangelio Joannis argumenta mutuuntur. Illorum argumenta ex illo ipso Evangelio confutantur.*

Ex Arianis orti Anomœi, hac nota et tessera ab illis distingui videbantur, quod dicerent se omnimodam scientiam adeptos esse; se perinde Deum nosse ut Deus ipsos noverat, atque etiam, ut Deus se ipsum noverat: quod insanum simul et impium erat. Hæc se fultos scientia putantes, Catholicos ubique confidenter aggrediebantur. Quoniam vero ex Evange-

Joannis maxime ipsi confutari solebant, indeque tela mutuabantur Catholici, ut illos depellerent ac profligarent, ideo illi ex eodem Evangelio multa detorquebant, ut tela adversum se missa declinarent. Mordebat impios quod his Joannis Theologi dictis ipsorum sententia everteretur, *Deus erat Verbum*; et, *Ego et Pater unum sumus*; et, *Ego in Patre, et Pater in me est*; et, *Ut omnes honorent Filium sicut honorant Patrem*; et, *Sicut novit me Pater, et ego nosco Patrem*; et, *Qui videt me, videt et Patrem*; et, *Si cognovissetis me, Patrem utique cognovissetis* (Joan. 1, 1; 10, 30, 38; 5, 23; 10, 15; 14, 9 et 7), et similibus aliis, quæ se unum substantia cum Patre, ipsi æqualem, et verum Deum declarabat. Ut ergo ab his sese tuerentur, ex ipsis primis Evangelii Joannis verbis tela mutuari conabantur. Dicebant autem, illud, *In principio erat Verbum*, non æternitatem Filii significare, quandoquidem de rebus creatis etiam dicitur, *In principio fecit Deus cælum et terram*. Ergo, inqueiebant, illud, *In principio*, incassum asseritur ad Filii æternitatem comprobendam. Huic sophismati pluribus occurrit Chrysostomus, ad auditorum captum accommodatis; brevitatis vero gratia ea solum afferimus quæ opportuniore sunt ad hoc inutile telum depellendum. His explicandis, *In principio erat Verbum*, non procul testimonia petenda sunt; sed ex iis quæ sequuntur paucissima addenda: *Et Verbum erat apud Deum; et Deus erat Verbum*. Illud, *Erat apud Deum*, significat, In Deo. Quidquid autem in Deo est, æternum utique est. Quod autem in Deo Verbum sit ipse Filius dicit, *Ego in Patre, et Pater in me est*. Ego in Patre, et vicissim Pater in me, quo dicto paritas et æqualitas, ac proinde æternitas Filii clarissime demonstratur.

Illud itaque, *Apud Deum*, In Deo significat. Quod vero, *In principio* dicatur, ne hinc tamen initium existendi, aut principium temporis vel durationis Verbo adscribas. Non enim hinc potest, quisquis sanæ mentis fuerit, tale principium Filio Dei tribuere. Illud enim, *In principio erat*, non in principio factum fuisse Verbum significare potest. Neque enim id verba ipsa sonant, et alioquin Deus numquam potuit esse sine Verbo, id quod magis ex voce Græca *λόγος*, deprehenditur; significat enim et Verbum et rationem. Sine ratione autem et Verbo Deum numquam fuisse certissimum est: idque evidenter asseritur per illud quod sequitur: *Hoc erat a principio apud Deum*, atque hinc consequitur Verbum seu Filium æternum esse sicut et Patrem. Hæc porro quæ jam diximus non ex homilia tertia modo, sed etiam ex aliis Chrysostomi homiliis excerpta sunt.

Homilia vero quarta aliam Anomæorum objectionem depellit Chrysostomus, quæ quidem objectio inde petitur, quod in hisce Græcis Evangelii Joannis verbis, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*, articulus *ὁ* ante vocem *Θεόν* adhibeatur, ubi de Deo Patre loquitur, *καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν*: ubi vero de Filio agitur et de Verbo, articulus non ponatur ante vocem *Θεός*: *Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*. Hinc vero sic argutabantur illi: Vox *ὁ* cum articulo aliquam habet vim qua significatur, illum ipsum esse Deum, id est, verum Deum, quod de Patre legitur. Sine articulo autem, ut de Filio dicitur, non parem vim habet. Hinc significatur, aiebant, non eodem modo Patrem, eodemque Filium esse Deum: Pater enim natura Deus et solus verus Deus est, Filius autem per adoptionem tantum Deus, nec verus Deus. Hoc a principio inter præcipua Arianorum argumenta computabatur, hoc item Anomæi perpetuo venditabant. At talem objectionem non hic modo, sed in aliis etiam opusculis strenue refellit et confutat Chrysostomus, ita ut ne mutire quidem contra liceat, nisi summam impudentiam profitentibus. Ostendit enim in multis Scripturæ sacræ locis Deum Patrem sine articulo poni, et vicissim Deum Filium cum articulo, unde statim talis argumenti futilitas comprobatur. Brevitatis porro causa locis hujusmodi referendis supersedemus.

Homilia vero quinta, col. 53, eosdem hæreticos impetit, qui puncto interjecto hanc clausulam vitiabant, *Et sine ipso factum est nihil quod factum est*. Illi vero post vocem *nihil* punctum adjicientes, totam sententiam adulterabant, dum ita interpunctionem ponerent: *Et sine ipso. factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat*. Quam absurde ita legatur, et quot quantaque ex hujusmodi lectione absona sequantur pluribus ostendit Chrysostomus. Sed ab iis, quia longiora sunt, referendis abstinemus; ipsam homiliam adcat studiosus lector.

Neque solos Anomæos aggreditur; verum etiam, neque raro, Paulum Samosatenum, Sabellianos, Marcionistas et Manichæos, necnon eos qui dicebant Filium specie tantum carnem assumpsisse; id est, incarnationem esse phantasiam atque figmentum, neque vere umquam Filium incarnatum fuisse; sed incarnationis speciem tantum præ se tulisse. Quæ hæresis primis Ecclesiæ sæculis suborta, Chrysostomi ævo adhuc vigeat, ut ipse testificatur Homil. undecima, col. 79.

Contra antiquiores hæreticos auditores suos non raro munit et armat Chrysostomus, quia illorum familiæ adhuc ævo suo supererant et cum Catholicis frequenter conflictabantur. Neque cum illis modo, sed etiam cum gentilibus, qui adhuc magno numero supererant, pugnantium Catholicis erat. Ideo ad hujusmodi certamina illos instituit Homil. 17, col. 112 et seq. Non solum ex gentilibus popularibus multi obvios Christianos adoriebantur; sed etiam philosophi quidam gentilibus libris scribebant adversus religionem Christianam, quorum duos commemorat sanctus doctor col. 113 et seq.

Verum quamvis et gentiles et illas hæreses non raro commemoret et carpat, Anomæis confutandis maximam adhibet operam, modo illorum objectiones depellens et arma ministrans auditoribus, modo illorum arrogantiam et insaniam traducens, ut Homil. 16, col. 106.



*Joannes se indignum ait qui solvat corrigiam calceamenti. Inimici autem veritatis in tantam prorumpunt insaniam, ut dicant se nosse illum ut ipse se novit. Qua amentia quid deterius? qua arrogantia quid furiosius?*

Hæ igitur quotidianæ velitationes quæ passim oriebantur inter populares, contra Anomæos maxime erant, qui et numero longe plures, et ad hæc adeunda certamina acriores insurgebant, ac quæ Christus ut homo humilior loquebatur detorqueere solebant, ut ejus divinitatem minuerent, et illum Patre longe minorem esse probarent. Sic Homil. 30, col. 172. hunc locum: *Qui de celo venit, super omnes est. Et quod vidit et audivit, hoc testificatur; et testimonium ejus nemo accipit;* hunc, inquam, locum contorquebant lucifugæ, ut illum Patre minorem esse arguerent. Verum hæc et similia dicta, inquit Chrysostomus, Christus ut homo profert, qualia sunt etiam istæc, *Sicut audio, judico; et, Quæ audivi a Patre meo, loquor; et, Quæ vidimus loquimur* (Joan. 5. 30. et 8. 26. et 3. 11). Nam Christum ut hominem sæpe loquutum esse certissimum est; sæpissime etiam ut Deum et Patri æqualem multa dixisse non minus certum; ut cum dicit, *Ego et Pater unum sumus*, et, *Ego in Patre, et Pater in me;* et, *Ut omnes honorent Filium, sicut honorant Patrem;* et, *Sicut novit me Pater, et ego nosco Patrem;* et, *Qui videt me, videt et Patrem;* et, *Si cognovissetis me, Patrem meum utique cognovissetis* (Joan. 10. 30. et 10. 38. et 14. 9. et 14. 7). Alibi quoque se et Patri æqualem et Deum exhibet.

Inde vero erat quod Judæi illum arguerent, in illum insurgerent, in eo illum occidere velent: *Non solum quia sabbatum solvebat, sed et quia Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* (Vid. homil. 38, col. 215.) Hic vero respondebant hæretici, non Christum se Deo æqualem fecisse; sed id Judæos suspicatos fuisse. Contra vero Chrysostomus, in caput hæreticorum tela contorquet, ipsosque ita depellit, ut nullam subterfugiendi ansam relinquat. Ita vero arguit. Fatebantur Anomæi Judæos putavisse Christum se Deo æqualem facere: neque negare poterant Christum multa dixisse quæ hanc omnino inducerent opinionem; verbi gratia illud, *Ego et Pater unum sumus;* et, *Ego in Patre, et Pater in me;* et, *Qui videt me, videt et Patrem;* multaque similia, quæ supra attulimus. His etiam quamplurima addi possent, quibus et Judæi et quicumque alii, qui Christum audiebant, necessario putarent ipsum se et Deo Patri æqualem, et vere Deum exhibere. Si ergo non Patri æqualis, non vere Deus fuisset: an poterat ille, quem ipsi Anomæi pium, sanctum et justum profitebantur, Judæos in tali opinione relinquere, quod videlicet ille, se et Deo Patri æqualem, et Deum diceret? Annon illos a tali opinione removisset, dixissetque, se nec Patri æqualem, nec vere Deum esse? Non poterat certe, nisi fraudulentus et deceptor esset, quod nefas dictu, a tali declaratione abstinere. Ille vero contra in iisdem semper insistit, et suam cum Patre æqualitatem novis dictis confirmat.

Verum tamen est Christum dictis illis, quæ ipsius divinitatem, æqualitatem cum Patre, et consubstantialitatem probant, humilia multa admiscere, tum quia ut homo sæpe loquebatur, et mortalibus omnibus sese modestiæ humilitatisque exemplar exhibebat; tum etiam id quod innuit sæpe Chrysostomus, ut Judæos protervos homines, sibi infensos, qui occasionem captabant illum accusandi, et hanc de divinitate et consubstantialitate Christi doctrinam non ferebant, sensim reduceret, atque ad meliorem frugem revocaret. Neque tamen uspiam aliquam ex illis sententiis quæ ejus cum Patre æqualitatem et consubstantialitatem demonstrabant retractavit, quales sunt illæ; *Ego et Pater unum sumus;* et, *Ego in Patre, et Pater in me est;* et, *Ut omnes honorent Filium sicut honorant Patrem;* et, *Sicut novit me Pater, et ego nosco Patrem;* et, *Qui videt me, videt et Patrem;* et, *Si cognovissetis me, Patrem meum utique cognovissetis;* imo etsi humilia interdum miscet, alia identidem adjungit quæ vere Deum esse et Patri consubstantialitatem confirmant. Quamobrem multa cautione opus est, ne quis in offendicula incurrat, neve ruat in præcipitia. Nam utrinque præcipitia sensui suo confidentibus, nec Ecclesiæ Dei hærentibus, obijci probavit eventus. Sabellius enim Christi dicta attendens, queis se Patri æqualem et consubstantialitatem indicabat, ex male intellecta consubstantialitate distinctionem personarum sustulit, atque unum eundemque esse Patrem, et Filium et Spiritum sanctum dixit; Arius autem ex humilibus Christi dictis, in contrariam deflexit impietatem cum aliam Patris, aliam Filii substantiam dixit, hancque minorem illa. Sic semper iis qui Ecclesiæ ancoram non tenent, naufragium timendum est.

Hæc satis sunt: si enim omnia annotata loca quæ impii illi Anomæi ex Joannis Evangelio ad suam hæresim tuendam excerpebant adferremus, longius excurreret oratio. Si ea quæ affert Chrysostomus ad hujusmodi depellenda tela recenseremus, nullus dicendi finis esset. Unum est in quo fortasse non frustra desudaret industria, in referendis scilicet, asserendis atque illustrandis iis locis, quæ ad divinitatem Christi, æqualitatem cum Patre, consubstantialitatem asserendam ac demonstrandam idonea in Evangelio Joannisprehenduntur. Illud vero Chrysostomus non indiligenter exsequutus est in hoc commentario; sed id longe plenius et ardentius præstitit in duodecim illis Homiliis contra Anomæos, quas in primo Tomo editas habes. Ubi ipsius Anomæis plerumque præsentibus et audientibus, ut ipse ait, imo ut in arenam contra se descenderet hortantibus, ut videas col. 406 et seq., hanc ille pugnam agressus est, ubi non solum ejus eloquentia elucet, sed etiam vis argumentorum. Ibi ille tam validis responsionibus tela et objectiones hæreticorum depellit, ut parem vix deprehendas athletam, et jure fatearis istas adversus Anomæos orationes inter præstantissimas Chrysostomi opera annumerandas esse.

§ V. 1. *Homilias Chrysostomi in Joannem quanti fecerit Suidas. 2. Loca ejus a Concilio Chalcedonensi, Theodoro, Ephræmio Antiocheno apud Photium, et Facundo Hermianensi aliata. 3. Cur mulieris adulteræ historiam prætermiserit Chrysostomus.*

1. Inter egregia Chrysostomi opera, quæ cæteris ejus scriptis præcellere putabantur, Homilias ejus in Joannem enumerat Suidas, dum ait : *Hic multa scripsisse fertur : inter ejus opera præcellunt libri de Sacerdotio, sublimitate, dictione et elegantia, nominumque forma. Cum illis concertant Commentarii in Psalmos Davidis, Annotationes in Evangelium Joannis, Commentaria item in Matthæum, Marcum et Lucam, etc.* Ita Suidas, ita fortassis alii Suidæ tempore. Verum non eadem fuisse videtur et nostro et superiori ævo multorum opinio qui hæc Commentaria non inter ea Chrysostomi opera accensent, in quibus expedita et profluente verborum copia utitur. Et vere non ad hæc conciones respicere potuit ipse Suidas cum dixit : *Lingua ejus Nili Catadupa dicendi copia superubat. Nemo umquam tantis eloquentiæ et ubertatis divitiis exornatus fuit : solus itaque aureum divinumque nomen sine labe sortitus est.* Nam in hisce in Joannem concionibus longe alia, quam in cæteris, usus est concionandi ratione. Hic brevius et pressius res enuntiat, quia illi alius scopus erat, ut videlicet circa Evangelium Joannis, quod in ore omnium etiamque hæreticorum ferebatur, auditores suos institueret, et ad propulsanda adversariorum tela compararet.

2. Ab aliis quoque scriptoribus cum laude memorantur hæc in Joannis Evangelium Commentaria, a Concilio nempe Chalcedonensi, a Theodoro, ab Ephræmio Antiocheno apud Photium, et a Facundo Hermianensi in loco quem jam supra memoravimus.

Concilium Chalcedonense, Tom. 4 Conc., p. 830 : *S. J. Chrysostomi in Joannem. Quid enim adjicit? Et habitavit in nobis : ac si diceret, Nihil absurdum suspicaris ex hac voce. Factum est ; neque enim mutationem dicit immutabilis naturæ. Quem locum habes Homilia undecima, col. 80.*

Theodoretus, Dial. 1, T. 4, p. 32, locum Chrysostomi hunc affert : *Itaque cum audieris Verbum caro factum est, ne turberis neque decidas : neque enim substantia decidit in carnem.* Hunc quoque locum habes in Homilia undecima, col. 79.

Ephræmius Antiochenus apud Photium in Bibliotheca, cod. 229, p. 805 : *Joannes Chrysostomus Evangelium Joannis explicans in undecima Homilia testificatur dicens : Unitate et conjunctione Deus Verbum et caro unum sunt sine ulla confusione vel substantiarum sublacione.* Hunc vero locum habes, col. 80. Hic etiam vides recte Ephræmum hanc homiliam undecimam numerare, ut in Manuscriptis, et apud Savilium atque in nostra Editione numeratur. In Morelliana autem et aliis Editionibus decima fertur.

3. Jam vero quærat, cur Joannes Chrysostomus in hisce commentariis seu concionibus historiam mulieris adulteræ prætermiserit, quæ historia initium capituli octavi Joannis ad usque versum duodecimum complectitur. Chrysostomus vero homilia 52, col. 289 ubi caput 8 explanare incipit, omissa hac mulieris adulteræ historia, ab his ejusdem capituli verbis orditur, *Ego sum lux mundi*, quæ in duodecimo ejusdem capituli versu feruntur. Cur igitur hac omissa historia ad ulteriora pergat? Certum est hanc historiam in nonnullis exemplaribus desideratam fuisse, qua de re videndi sunt critici qui de Joannis Evangelio pertractarunt, et nominatim Sixtus Senensis in Bibliotheca ad Joannem Evangelistam. lib. 6, annotatione CXCVIII. Unde quidam hanc primam octavi capituli partem excludendam esse temere censuerunt, aliis omnibus eam retinendam esse jure pronuntiantibus. Verum quæritur, ut jam dixi, cur Chrysostomus in Concione 52 illam prætermiserit. Illud certe ideo fecerit, vel quod hæc historia in ejus exemplari non ferretur, vel quod e re non fore putaverit, genti adulteriis nimium deditæ, ut ex ejus concionibus arguitur, hanc historiam exponere; vel alia nobis ignota de causa. An porro in exemplari Chrysostomi hæc historia fuerit necne, non possumus ex ejus scriptis expiscari. Etenim non memini me uspiam in Chrysostomi scriptis hanc historiam vel legere vel memoratam videre. Nam quod in Morelli Editione Homilia 60, quæ nunc est 61, p. 389, B, in Latina interpretatione fertur : *Quod autem hac et non discendi gratia interrogent, non hic tantum, sed multis in locis perspicuum est, ut cum rogarunt an liceat censum dari Cæsari, et an lapidanda esset adultera; et cum de ea quæ septem viros habuisse deprehensa erat, percontati sunt, illud certe vitio veteris interpretis irrepsit. Illa quippe verba, et an repudianda esset adultera, hæc Græca pessime exprimunt, καὶ ὅτι περὶ ἀπταίας γυναῖκας διετίθητο, quæ sic habentur in Editione Morelliana, atque in aliis omnibus Exemplaribus tum editis, tum manuscriptis, et sic haud dubie reddenda sunt, et cum de repudianda uxore dissecebant. Itaque nullam hactenus hujus historiæ notam apud Chrysostomum deprehendimus. Unde fortasse suspicio nascatur hanc historiam in Exemplaribus Antiochenis non fuisse : quod nihil ad ejus minuendam auctoritatem conferret. Nam ea in toto Occidente, in Africa, in Ecclesia Alexandrina (a), quæ secunda in orbe Christiano erat, atque etiam in tota Græcia, paucis exceptis locis, legebatur. Unde auctor Synopseos, quæ inter Athanasii opera circumfertur, illam historiam in Evangelio Joannis haberi confirmat his verbis : de hoc ipsissimo agens loco : *Hic agitur de muliere quæ de adulterio accusabatur.* Opinor itaque hanc historiam ab Exemplaribus Antiochenis abfuisse : non enim video cur, si lecta fuisset, Chrysostomus illam data opera prætermitteret. Hæc satis sunt.*

(a) Eam tamen emittit Cyrillus ipse Alexandrinus Edit.

# MONITUM

## AD LECTOREM ERUDITUM

CIRCA UNDECIM HOMILIAS CHRYSOSTOMI NONDUM EDITAS,

QUARUM ΑΠΟΓΡΑΦΑ ΝΥΠΕΡ ΜΙΗΙ ΤΡΑΝΣΜΙΣΣΑ ΣΥΝΤ.

Homiliæ illæ undecim numero ex Codice Vaticano prodeunt, qui Codex non ita pridem ex monte Atho, ut aiunt, in Bibliothecam Vaticanam translatus est. In isto autem monte variis monasteriis septem bibliothecas Manuscriptorum Græcorum haberi post Joannem Comnenum, qui illas inviserat, diximus in fine Palæographiæ Græcæ, p. 438, 473. Neque fugit nostros qui Romæ degunt, et hisce rebus advigilant, R. P. D. Petrum Maloet Congregationis nostræ Procuratorem Generalem et D. Josephum Avril ejus socium, Codicem istum ἀνέχδοντα Chrysostomi opera complectentem in Bibliothecam Vaticanam allatum esse. Nec mora catalogum homiliarum, quæ in illo continentur, additis cujusque homiliæ principiis, mihi transmittunt. Inter illas autem homilias undecim reperi, quæ nusquam vel cusæ vel memoratæ fuerant, quæque vel ex ipsis titulis aliquid boni subindicarent. Rogavi statim mihi exscriptæ transmitterentur. Non impigre autem illi rei manum et operam admoverunt, et omnes illas mihi transcriptas misere.

Sunt autem omnes illæ sine dubio genuinæ : neque ullam fore puto circa γνησιότητα sententiarum diversitatem. Omnes Constantinopoli habitæ sunt. Quodque mihi pergratum perque jucundum fuit, non parum ad historiam illius temporis illustrandam conferre possunt. Singularum autem hic notam dare operæ premium esse duxi, quia non possumus illas in Tomis sequentibus nono, decimo, vel undecimo publici juris facere ; non licet enim Homilias in Novum Testamentum jam cœptas dividere, ut hasce conciones inseramus. Quapropter illæ ad duodecimum Tomum transmittendæ sunt, interimque illarum notitiam dabimus, ut si quid eruditi viri circa illas nobis subsidii conferre possint, qua de re agatur sciant. Ad hæc vero, cum in nonnullis earum hiatus occurrant, quis scit an eædem in aliis fortasse Codicibus habeantur, ubi omnibus suis partibus absolutæ erunt? Harum itaque titulos, initia et argumenta accipe.

### I.

Ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῷ ἐπὶ τῇ παλαιᾷ Πέτρῳ, ὀλίγων συλλεγέντων διὰ τὸν χειμῶνα, εἰς τὸ δεῖν συνεχῶς συνάγεσθαι, καὶ μὴ ἀπαγορεύειν τὴν σωτηρίαν ἐν ἀμαρτήμασιν ὄντας, ἀλλὰ μετάνοιαν ἐπιδεικνύσθαι. *Homilia habita in martyrio sive ecclesia veteris Petræ, paucis ob hiemem convenientibus : quod oportet assidue conventibus interesse : et quod non sit desperandum de salute, sed pœnitentia agenda sit.*

*Initium* : Τί τοῦτο ; τὴν πόλιν ἔπασαν παρῆναι δέον σήμερον, οὐδὲ τὸ πολλοστὸν ἡμῖν ἀπήντησε τοῦ σολόγου μέρος.

Est autem contra avaros ; agit de terræ motu haud ita pridem, sive ante triginta circiter dies habito, qui multis damna intulerat. Auditores ut semel in hebdomada adsint hortatur. Non esse desperandum. (Hic autem uno avulso folio hiatus adest.) De Elia multa ; de Paulo quoque plurima.

### II.

Τοῦ ἐν ἀγίοις π. ἡ. Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. Τίς βασιλίδος μέσων νυκτῶν εἰς μεγάλην ἐκκλησίαν προσελθούσης, κάκειθεν τὰ λείψανα τῶν μαρτύρων ἀραμένης, καὶ προπεμφαμένης διὰ πάσης τῆς ἀγορῆς ἕως Δρυπίας τοῦ μαρτυρίου, ἀπέχοντος ὁ σημεία τῆς πόλεως. Ἐλέγθη ἐν τῷ μεγάλῳ μαρτυρίῳ ἡ παρούσα ὁμιλία, παρούσης αὐτῆς, καὶ τῆς πόλεως πάσης, καὶ τῶν ἀρχόντων. *S. Patris nostri Joannis Chrysostomi. Cum Imperatrici media nocte ad magnam ecclesiam accessit, indeque Martyrum Reliquias assumpsit, ac per totum forum comitata est usque ad martyrium in Drypia, quæ ab urbe distat novem milliariis. Dicta fuit homilia in magno martyrio, præsentē Imperatrice toloque populo et magistratibus.*

*Initium* : Τί εἶπω καὶ τί καλῆσω ; Σχιρτῶ καὶ μάλινμαι μανίαν σωφροσύνης βελτίονα· πέτομαι καὶ χορεύω.

In hac homilia, quæ multis illustrabitur notis, Chrysostomus tantæ celebritatis letitiam effert. Illic aderant omnes omnium ordinum viri mulieresque, monachi, virgines, senes et juniores. Ipsa Imperatrix pedes incedens arcam semper vel superpositum pannum tangebatur. Hinc maris brachium seu Bosphorus trajiciendus fuit, ut ad martyrium seu ecclesiam in quam deferebantur Reliquiæ iretur. Multis Augustam præconiis celebrat, et plurima intermiscet ad ritus et mores illius temporis spectantia.

### III.

Τοῦ αὐτοῦ. Τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ παραγενομένου τοῦ βασιλέως ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἀποστόλου καὶ μαρτύρου Θωμᾶ τοῦ διακειμένου ἐν τῇ Δρυπίᾳ, καὶ ἀναχωρήσαντος πρὸς τῆς διαλέξεως. Ἐλέγθη ἡ ὁμιλία μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἐκεῖνου πρὸς τὸ πλῆθος. *Ejusdem. Cum sequenti die venisset Imperator ad martyrium apostoli et martyris Thomæ situm in Drypia, cumque ante concionem recessisset. Post discessum ejus habita est homilia ad multitudinem populi.*

*Initium* : Εὐλογεῖς ὁ θεός, ἤλκιμοι τῶν μαρτύρων αἱ δυνάμεις. Νόμις ἡμῶν τὴν πόλιν διόκληρον μετὰ τῆς

βασιλίδος ἡμέρον τὸν βασιλέα μετὰ τοῦ στρατοπέδου. Postquam Imperatrix præcedenti nocte, ut vidimus, Reliquias comitata ad martyrium seu ecclesiam venerat : insequenti die Imperator venit cum exercitu, id est, cum armatorum et satellitum manu. Laudat porro Imperatoris Arcadii pietatem, nec Imperatoris modo, sed etiam satellitum et militum ipsam comitantium : atque in concione ad populum habita, multa de resurrectione futura loquitur.

## IV.

Ὁμιλία λεγθεῖσα παραινετικὴ ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας, καὶ ἀπόδειξις περὶ τῶν ἀγῶνων καὶ ἀθλῶν τοῦ μακαρίου καὶ δικαίου Ἰωβ. *Homilia hortatoria habita in templo beatae Anastasiae, ad eos qui a concione abfuerant, et demonstratio de certaminibus et pugnis beati et justi Jobi.*

*Initium* : Ὅσω ἐλάττους τῶν εὐθότων οἱ συναλθόντες, τοσοῦτη καὶ ἡμεῖς μίσζονι χρησάμεθα τῇ προθυμίᾳ. Ipse titulus satis indicat quid in hac homilia contineatur.

## V.

Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία λεγθεῖσα ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Εἰρήνης, ὑπὲρ τε σπουδῆς τῶν παρόντων, καὶ βραθυμίας τῶν ἀπολειφθέντων. Περὶ τοῦ ψάλλειν, καὶ περὶ τοῦ μηδὲν εἶναι κώλυμα γυναιξὶ τὴν φύσιν πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς δρόμους. *Ejusdem homilia habita in templo sanctae Irenes, de studio eorum qui aderant, et de ignavia eorum qui aberant a concione. De psalmis canendis, et quod mulieres nihil sexus impediatur quominus virtutis cursum suscipiant.*

*Initium* : Ὡς ἡδίστη ἡ τῶν Γραφῶν ἀνάγνωσις, καὶ λειμῶνος παντὸς ἡδίων, καὶ παραδείσου. Titulus concionis argumentum satis affert.

## VI.

Ὁμιλία βηθεῖσα ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἐν τῇ ἡμέρᾳ Θεοδοσίου βασιλέως, πρὸς τοὺς καλοῦντας ἑαυτοὺς Καθαροὺς, ἐτέρων β' ἐπισκόπων εἰρηκότων. *Homilia habita in ecclesia Apostolorum, in die Theodosii Imperatoris, aduersus eos qui sese Catharos sive mundos vocant. Habita postquam duo jam episcopi concionati essent.*

*Initium* : Καλὴ τῶν εἰρηκότων ἡ ξυνορία, τοῦ μὲν διὰ τῶν βῶων τὴν κιδωτὸν ἔλκοντος, τοῦ δὲ τὰς ἀπρχὰς τῶν λόγων ἀνατιθέντος. Erat quaedam constituta dies ad celebrandam memoriam Theodosii Magni Imperatoris, cujus laudes prædicat initio concionis Chrysostomus. In medio autem hiatus est, proh dolor, duobus excisis manuscripti foliis. Deinde contra hæreticos illos agit qui se Catharos seu mundos appellabant. Sæpe eveniebat ut, antequam Chrysostomus homiliam suam haberet ad populum, alius episcopus concionaretur. Hic vero duo episcopi concionem Chrysostomi præuenerant.

## VII.

Ὁμιλία λεγθεῖσα ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας. *Homilia habita in templo sanctae Anastasiae.*

*Initium* : Βραχὺς μὲν τῶν παρόντων ὁ σύλλογος, μέγας δὲ ὁ πόθος· διόπερ οὐδὲ ὁ σύλλογος βραχὺς. In hoc autem argumento per totam concionem insistit, non tam spectandam esse auditorum multitudinem, quam illorum feruorem, amorem, discendi desiderium.

SANCTI PATRIS NOSTRI  
JOANNIS CHRYSOSTOMI  
OPERA OMNIA.

COMMENTARIUS

*In sanctum Joannem Apostolum et Evangelistam (a).*

HOMILIA PRIMA.

1. *Laus evangelii Joannis; ipsius Joannis encomium; quinam illius evangelium intelligere possint.* — Agona-

lum certaminum spectatores, si quando strenuam quempiam athletam jam coronatum accedere compe-

(a) *Commentarius in Joannem collatus fuit cum Codicibus reg. 1816, 1820, 1916, 1917, 1918, 1950, 1952: Colbert.*

370, 409, 590, 706, 956, 2691 : Coislin. 72, qui Codex scriptus fuit anno 1072. Manuscripti porro et Savil. hanc pri-

## VIII.

Ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπὶ Παῦλον, Γότθων ἀναγνόντων, καὶ πρεσβυτέρου Γότθου προσομιλήσαντος (forte προσομιλήσαντος). *Homilia habita in ecclesia Pauli, Gotthis legentibus, postquam Gotthus presbyter concionatus fuerat.*

*Initium* : Ἐβουλόμην παρῆναι Ἑλληνας τήμερον, ὥστε τῶν ἀνεγνωσμένων ἀκούσαι καὶ μαθεῖν πόση τοῦ σταυρωθέντος ἡ ἰσχύς. *Comparat doctrinam Græcorum idololatrarum, etiamque philosophorum, quos acriter mordet, cum doctrina Christi. Dicitque illam apud Græcos ipsos pene interiisse, dum doctrina Christi viget etiam apud barbaras et longe remotas nationes; occasione scilicet Gotthorum in ecclesia legentium et concionantium.*

## IX.

Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ μὴ δεῖν εἰς ἵπποδρομίας, μηδὲ εἰς θέατρα ἀναβαίνειν. Καὶ λυπήσας αὐτοὺς, εἶτα τῇ συνάξει τῇ μετ' ἐκείνην τὴν κυριακὴν, παραχωρήσας εἰπεῖν ἐπισκόπῳ ἀπὸ Γαλατίας ἀφιγμένῳ, καὶ σιγήσας καὶ ἐν τούτῳ λυπήσας, ταύτην εἴρηκε τὴν ὁμιλίαν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ εἰς τὸ, Ὁ Πατήρ μου εἰς ἄρτι ἐργάζεται, καὶ γὰρ ἐργάζεται. *Ejusdem, quod accedere non oporteat ad Circenses ludos, neque ad theatra. Cumque illos mærore affecisset (in præcedenti videlicet concione), deinde in sequenti concione, quæ post illam Dominicam habita fuit, locum concionanti cecisset episcopo qui ex Galatia venerat, ipseque tacuisset, atque in hoc etiam dolore affecisset, hanc in magna Ecclesia habuit homiliam in illud: Pater meus usque in modo operatur, et ego operor.*

*Initium* : Σφόδρα καθηΐάμην ὑμῶν πρῶτον περὶ θεάτρων καὶ ἵπποδρομίας διαλεχθεὶς· διὰ τοῦτο χαίρω καὶ εὐφραίνομαι κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνήν. *Qui in titulo feruntur hic pluribus explicat, ostenditque quam necesse sit aliquando auditores acrius incessere.*

## X.

Ὁμιλία ῥηθεῖσα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπὶ τοῦ ἀποστόλου, ἐπισκόπου ὀλίγα προσομιλήσαντος (forte προσομιλήσαντος), εἰς τὸ· Ὁ μὲν θερισμὸς πολλός, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι. *Homilia habita in ecclesia Apostoli, postquam episcopus quidam concionem prius habuerat, in illud: Messis quidem multa, operarii autem pauci.*

*Initium* : Εἶδετε τὸν γέροντα καὶ νέον, γέροντα μὲν τῷ σώματι, νέον δὲ τῷ φρονήματι. Εἶδετε πολὺν ἀκμάζουσαν, καὶ γῆρας. *Videtur episcopum illum qui prius concionatus fuerat senem admodum fuisse. Hincque sumpto argumento ait Chrysostomus secus haberi in militia Christiana, quam in sæculari. In hac enim senes milites non ultra sunt ad militiam apti, in Christiana vero contra.*

## XI.

Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία λεχθεῖσα, ἐτέρου προσηρηκότος σφόδρα πρεσβύτου· περὶ Ἐλεαζάρου καὶ ἑπτὰ παιδῶν. *Ejusdem homilia habita postquam alius concionatus fuerat, qui admodum senex erat: De Eleazaro et septem pueris.*

*Initium* : Ὡς ὥραία ἡ πνευματικὴ ἐλαία αὐτῆ, τῶν κλάδων αὐτῆς γεγηρακότων ὄριμον ἡμῖν ἤνεγκε τὸν καρπὸν. *A senectute concionatoris orsus, ad Eleazarum et tres pueros venit.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ  
**ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ**  
 ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

## ΥΠΟΜΝΗΜΑ

Εἰς τὸν ἄγων Ἰωάννην τὸν Ἀπίστολον<sup>α</sup> καὶ Εὐαγγελιστὴν.

## ΟΜΙΛΙΑ Α'.

α. Οἱ τῶν ἀγῶνων τῶν ἐξωθεν θεαταί, ὅταν τινὰ γενναῖον ἀθλητὴν καὶ στεφανίτην ποθὲν ἤκοντα μάθωσι, συντρέχου-

σιν ἅπαντες ὥστε ἰδεῖν αὐτοῦ τὰ παλαίσματα, καὶ τὴν τέχνην καὶ τὴν ἰσχύν ἅπασαν· καὶ ἴδοις ἂν ὀλόκληρον θέατρον μυριάδων πολλῶν, πάντας ἐκεῖ καὶ τοὺς τοῦ σώματος καὶ τοὺς τῆς διανοίας συντεινοντάς<sup>β</sup> ὀφθαλμούς, ὥστε

<sup>α</sup> Sav. in textu Ἰωάν. τὸν Εὐαγγελιστὴν. Cod. Reg. 706 (olim 1949), Ἰωάν. τὸν Εὐαγγελιστὴν καὶ θεολόγον. Montf.... Ἰωάννην Ἀπίστον, sine articulo. Edit.

<sup>β</sup> Unus habet τείνοντα;

μηδὲν αὐτοῦς τῶν γινομένων παραδραμεῖν. Καὶ μουσικὸς δὲ εἰ τις θαυμαστὸς ἐπιδημήσειε, πάλιν ὁμοίως οἱ αὐτοὶ ἄθ' οὗτοι πληροῦσι τὸ θέατρον, καὶ πάντα ἀφέντες τὰ ἐν χειρῶν, ἀναγκαῖα πολλὰκις ὄντα καὶ κατεπεύγοντα, ἀναβάντες κάθονται, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς ἢ τῶν ὤδῶν καὶ τῶν κρουμάτων ἀκούοντες. καὶ τὴν ἀμφοτέρων βαρυνίζοντες συμφωνίαν. Καὶ ταῦτα μὲν οἱ πολλοί. Οἱ δὲ ῥητορικῶν ἔμπειροι λόγων, καὶ αὐτοὶ πάλιν ἐπὶ τῶν σοφιστῶν τὸ αὐτὸ τοῦτο πράττουσιν. Ἔστι γὰρ καὶ [2] τοῦτοις θέατρα, καὶ ἀκροαταί, καὶ κρότοι<sup>α</sup>, καὶ ψόφοι, καὶ βίασος τῶν λεγομένων ἐσχάτη. Εἰ δὲ ῥητορικῶν αὐλητικῶν τε καὶ ἀθλητικῶν ἀνδρῶν, τῶν μὲν θασαταί, τῶν δὲ ὁμοῦ θεωρηταί καὶ ἀκροαταί μετὰ τοσαύτης κάθονται τῆς προθυμίας· πόσῃν ἡμῖν καὶ σπουδῇ<sup>β</sup> καὶ προθυμίᾳ ἂν εἴητε δίκαιοι παρασχεῖν, οὐκ αὐλητικῶ τινος, οὐδὲ σοφιστικῶ νῦν εἰς ἀγῶνα καθέντος, ἀλλ' ἀνδρῶς ἀπὸ τῶν οὐρανῶν φθειγγομένου, καὶ ὁ βροντῆς λαμπροτέρην ἀφέντος φωνῆν; Πᾶσαν γὰρ τὴν οἰκουμένην ἐπέσχε, καὶ κατέλαβε, καὶ ἐνέπλησε τῇ βοῇ, οὐ τῷ μέγα ἀνακραγεῖν, ἀλλὰ τῷ μετὰ τῆς θείας χάριτος κινήσαι τὴν γλῶτταν. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὕτω μεγάλη οὕσα ἡ βοή, οὐκ ἔστι τραχηλιὰ τις, οὐδὲ ἀηθῆς, ἀλλὰ πάσης μουσικῆς ἁρμονίας ἡδίων καὶ ποθεινοτέρα, καὶ θέλει ἐπισταμένῳ πλέον· καὶ πρὸς τοῦτοις ἅπασιν ἀγιωτάτη καὶ φρικωδεστάτη<sup>γ</sup>, καὶ τοσοῦτων γέμουσα ἀπορρήτων, καὶ τοσαῦτα κομίζουσα ἀγαθὰ, ἃ τοὺς μετὰ ἀκριθείας καὶ προθυμίας λαβόντας καὶ διαφυλάττοντας, οὐκ ἐνὶ λοίπῳ ἀνθρώπους εἶναι, οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς μένειν, ἀλλ' ἀνωτέρω πάντων ἐστάναι τῶν βιωτικῶν, καὶ πρὸς τὴν ἀγγελικὴν μεθαρμοσάμενος λῆξιν, καθάπερ τὸν οὐρανὸν, οὕτω τὴν γῆν οἰκεῖν. Ὁ γὰρ τῆς βροντῆς υἱὸς, ὁ ἀγαπητὸς τοῦ Χριστοῦ, ὁ στυλὸς τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησιῶν, ὁ τὰς κλεῖς ἔχων τοῦ οὐρανοῦ, ὁ τὸ ποτήριον τοῦ Χριστοῦ πίων, καὶ τὸ βάπτισμα βαπτισθεὶς, ὁ κατακλιθεὶς ἐπὶ τὸ στήθος τὸ Δεσποτικὸν μετὰ παρβύσιας πολλῆς, οὗτος ἡμῖν εἰσέρχεται νῦν· οὐ δρᾶμα ὑποκρινόμενος, οὐδὲ προσωπεῖον κρύπτων τὴν κεφαλὴν (οὐ γὰρ τοιαῦτα εἶρεῖ), οὐδὲ ἐπ' ὀκρίθαντος ἀναβαίνων, οὐδὲ ὀρχήσαντων τῷ ποδὶ κατακρούων, οὐδὲ ἐσθῆτι κεκοσμημένους χροσῶ<sup>δ</sup>· ἀλλ' εἰσέρχεται στολῆν ἔχων ἀμήχανον ἔχουσαν κάλλος. Τὸν γὰρ Χριστὸν ἐνδεδυμένους ἡμῖν φανεύεται, τοὺς πόδας ὑποδεδεμένους τοὺς ὤμους ἐν ἐτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, τὴν ζώνην οὐ περὶ τὸ στήθος ἔχων, ἀλλὰ περὶ τὴν ὀσφύν· οὐκ ἀπὸ δέρματος φοινικῶ, οὐδὲ ἀνωθεν ἡλεμιμένην χροσῶ<sup>ε</sup>, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀληθείας· ἐξυφασμένην καὶ συγκαιμένην αὐτῆς. Οὗτος ἡμῖν φανεύεται νῦν, οὐκ ὑπόκρισιν ἔχων· οὐδὲ γὰρ ὑπόκριται· περ' αὐτῷ, οὐδὲ πλάσμα καὶ μῦθος· ἀλλὰ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ γυμνῆν ἀπαγγέλλει τὴν ἀλήθειαν· οὐκ ἕτερος μὲν ὢν, ἕτερα δὲ περὶ αὐτοῦ τοὺς ἀκούοντας πείθων τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ· οὐκ ὀργάνων<sup>ς</sup> πρὸς τὴν ἀπαγγελίαν θεόμενος, οἷον κιθάρας ἢ λύρας, ἢ τινος τῶν τοιοῦτων ἑτέρου· ἀλλὰ πάντα τῇ γλῶττι ἐργάζεται, παντὸς μὲν κιθαριστοῦ, πάσης δὲ μουσικῆς ἡδῶν καὶ χρησιμωτέραν φωνῆν ἀφείξας. Ἔστι δὲ αὐτῷ προσκήριον μὲν, ὁ οὐρανὸς ἅπας· ὁσαυτὰ δὲ, ἢ οἰκουμένη<sup>η</sup> ὁσαυτὰ

δὲ καὶ ἀκροαταί, πάντες ἀγγελοὶ, καὶ ἀνθρώπων ὅσοι περ ἀγγελοὶ τυγχάνουσιν ὄντες, ἢ καὶ γενέσθαι ἐπιθυμοῦσιν. Οὗτοι γὰρ μόνον [3] ταύτης ἀκριθῶς ἐπακούσαι δύναιν· ἂν τῆς ἁρμονίας, καὶ ἐπὶ ἢ τῶν ἔργων αὐτῆν ἐπιδείξασθαι, καὶ ἀκροατὰς εἶναι, οἷος εἶναι χρῆ. Ὡς οἱ γε ἄλλοι πάντες, καθάπερ τὰ παιδία τὰ μικρὰ, ἀκούουσι μὲν, οὐκ ἴσασιν δὲ ἅπερ ἀκούουσιν, ἀλλὰ περὶ πλακούντας ἐπτόνθαι καὶ ἀθύρματα παιδικά· οὕτω δὴ καὶ οὗτοι γελῶντες, τρυφῶντες, καὶ πλούτῳ, καὶ δυναστείᾳ, καὶ τῇ γαστρὶ ζῶντες, ἀκούουσι μὲν ἐστ' ὅτε τῶν εἰρημένων, μέγα δὲ οὐδὲν οὐδὲ ὑψηλὸν ἐπὶ τῶν ἔργων ἐνδεικνύνται, τῷ καθάπαξ τῇ πλινθείᾳ καὶ τῷ πηλῷ προσηλοῦν ἑαυτούς. Τούτῳ τῷ ἀποστόλῳ αἱ ἀνωθεν δυνάμεις παρεστήχασιν, ἐκπληττόμεναι τὸ κάλλος αὐτοῦ τῆς ψυχῆς καὶ τὴν σύνεσιν, καὶ τὴν ὥραν τῆς ἀρετῆς, δι' ἧς καὶ αὐτὸν ἢ ἐπεσπάσατο τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν πνευματικὴν εἴληψε χάριν. Καθάπερ γὰρ τινα λύραν εὐάρμοστον καὶ λιθοκόλλητον χρυσοῦς ἔχουσαν φθόγγου, οὕτω τὴν αὐτοῦ παρασκευάσας ψυχὴν, ἔδωκε δι' αὐτῆς μέγα τι καὶ ὑψηλὸν ἐνηχησαι τῷ Πνεύματι.

β'. Ὡς οὖν οὐκέτι τοῦ ἀλιείως, οὐδὲ τοῦ υἱοῦ Ζεβεδαίου, ἀλλὰ τοῦ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ εἰδότος, τοῦ Πνεύματος λέγω, ταύτην ἀνακρουομένου τὴν λύραν, οὕτως ἀκούωμενος. Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώπινον ἡμῖν ἔρει, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀδύσων τῶν πνευματικῶν, ἅπερ ἂν εἴπη, ἀπὸ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων, ἃ μηδὲ ἀγγελοὶ πρὶν ἢ γενέσθαι ἴδδισαν· Μεθ' ἡμῶν γὰρ δὴ καὶ οὗτοι διὰ τῆς Ἰωάννου φωνῆς, καὶ δι' ἡμῶν ἔμαθον ἅπερ ἔγνωμεν. Καὶ τοῦτο ἐδήλωσαν ἀπόστολος ἕτερος, εἰπὼν· Ἴνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἢ πολυποικιλίας σοφίας τοῦ Θεοῦ. Εἰ τούτων καὶ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι καὶ τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἔμαθον ταῦτα, εὐδὴλον ὅτι καὶ αὐτὰ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος περὶ ταύτην ἐσπούδασαν τὴν ἀκρόασιν. Καὶ γὰρ καὶ τούτῳ τετιμημέθα οὐ μικρῶς, τῷ μεθ' ἡμῶν τοὺς ἀγγέλους μαθεῖν ἅπερ ἠγνόουν· τὸ δὲ καλεῖ ἡμῶν, οὕτω τέως φημί. Πολλὴν οὖν παρέχωμεν καὶ ἡμεῖς τὴν σιγὴν μετὰ τῆς εὐκοσμίας, μὴ σήμερον μόνον, μηδὲ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐν ἣ ἀκούομεν, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου· ἐπειδὴ καὶ διὰ παντὸς ἀκούειν αὐτοῦ καλόν. Εἰ γὰρ τὰ ἐν βασιλείοις γινόμενα ποθοῦμεν εἰδένα· οἷον, τί εἶπε, τί πεποίηκε, τί βουλευέται περὶ τῶν ἀρχομένων ὁ βασιλεύων, καίτοι γε πολλὰκις οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς ὄντα· πολλῷ μᾶλλον ἅπερ ὁ Θεὸς εἶπε ποθεινὸν ἀκούσαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἡμῖν ἅπαντα διαφέρῃ<sup>κ</sup>. Ταῦτα δὲ ἅπαντα μετὰ ἀκριθείας ἡμῖν οὕτος εἶρεῖ, φίλος αὐτοῦ τοῦ βασιλεύοντος ὢν· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα, καὶ περ' αὐτοῦ πάντα ἀκούων, ἃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκείνου· Ἰμῶς γὰρ εἶρηκα φίλους, φησὶν, ὅτι πάντα, ἃ ἠκούσα παρὰ τοῦ Πατρὸς μου, ἐγνώρισα ἡμῖν. Ὡσπερ οὖν εἰ τινα ἀνωθεν ἐκ τῆς κορυφῆς τοῦ οὐρανοῦ [4] διακῶφанта ἀθρόον εἶδομεν, καὶ ἐπαγγελλόμενον τὰ ἐκεῖ μετὰ ἀκριθείας εἶρεῖν, πάντες ἂν ἐπεδράμομεν· οὕτω καὶ νῦν διατεθῶμεν<sup>λ</sup>. Ἐκείθεν γὰρ ἡμῖν ὁ ἀνὴρ οὗτος διαλέγεται. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, καθὼς φησι· καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς· Ὡς οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου

<sup>α</sup> Sic Sav. et mss. pene omnes. Morel. ὁμοίως αὐτοί. Paulo post πολλάκις desunt in uno.

<sup>β</sup> Cod. 706 addit καί.

<sup>γ</sup> Quidam mss. κρότος.

<sup>δ</sup> Sic mss. et Sav. Mor. καὶ σπουδῇ om.

<sup>ε</sup> Mss. plurimi φθειγγομένου καὶ βωόντος, καί. Ibidem unus habet καὶ φωνῆς λαμπροτέρην.

<sup>ς</sup> Sic Savil. et omnes pene mss. Mor. προποδοστάτη.

<sup>ζ</sup> Sic Savil. qui conjicit εὐήμερον χροσῶ.

<sup>η</sup> Quidam οὐκ ὀργάνων, αἱ οὐκ ὀργάνων.

<sup>θ</sup> Sic quidam mss. melius. Edidit αὐτός.

<sup>ι</sup> Mor. πρὶν ἢ τοῦτον γενέσθαι.

<sup>κ</sup> Quidam δι' ἡμᾶς. Ibid. post οὕτω τέως φημί Mor. et quidam alii addunt τίνων ἢ ποίων ὄντων ἡμῶν, quae desunt in Savil. et in caeteris mss.

<sup>λ</sup> Unus ἅπαντα ἡμῖν διαφέρων μαθεῖν.

<sup>μ</sup> Sic Sav. et mss. Mor. διαβόου.

riant, omnes accurrunt, ut ejus pugnas, artem, robur spectare possint; hincque videas innumerorum hominum theatrum, qui in ea re et mentis et corporis oculis toti incumbunt, ut nihil ad spectaculum pertinens se praeterire possit. Tum si quis eximius musicus adventaverit, hi omnes similiter theatrum implent, missisque omnibus quæ præ manibus habent, etsi ea sæpe necessaria sint et urgentia, conscenso theatro sedent, studioseque cantum et instrumentorum sonum excipientes, de utrorumque concentu disputant. Ita quidem multi. Qui autem in rhetoricis periti sunt, id ipsum erga sophistas (a) præstant. Nam apud istos quoque theatra sunt et auditores, plausus, strepitus, et dictorum examen exquisitum. Quod si rhetorum, tibicinum athletarumque seu spectatores, seu auditores simul et spectatores, cum tanta sedent attentione: quantum studii, quantum diligentiae vos adhibere par est, cum jam non tibicen, non sophista, sed vir de caelo tonitru clariorem emittens vocem<sup>1</sup>, ad spectaculum vos evocet? Totum quippe orbem hoc clamore occupavit, comprehendit; implevit, non clamoris magnitudine, sed lingua ex divinae gratiae motu loquente. Quodque mirum est, tantus ille clamor, non asper est, non insuavis, sed omni musica harmonia jucundior et desiderabilior captandique majorem vim habens: præterea sanctissimus est, et admodum tremendus, tot arcanis plenus, tot bona conferens, ut qui diligenter illum excipient atque conservant, non jam homines sint, non jam in terra maneant; sed supra secularia omnia et cum angelis sortem habentes, terram quasi caelum incolant. Etenim ille tonitru filius (Marc. 5. 17), Christo dilectus, columna omnium quæ in orbe sunt Ecclesiarum, qui caeli claves habet, qui de calice Christi bibit, et ejus baptismo baptizatus est, qui cum magna fiducia supra pectus Domini recubuit, hic jam nos convenit; non fabulam acturus, non personatus accedit (neque enim talia loquiturus est), non in suggestum ascendit, non orchestram pede percussit, non aurea indutus est veste; sed ingreditur cum singularis pulchritudinis amictu. Christo enim indutus conspicitur (Gal. 3. 27), pedes speciosos calcæatos habens in præparatione evangelii pacis (Rom. 10. 15); zona non pectus, sed lumbos præcinctus, non ex purpurea pelle, neque superne auro ornata, sed ipsa veritate contexta et concinnata. Talis nunc nobis offertur sine larva: nulla enim apud ipsum simulatio, nulla fictio vel fabula; sed nudo capite, nudam nuntiat veritatem. Neque cum reipsa alius sit, alia ex habitu, oculis, voce auditoribus suadebit; nec instrumentis ad hæc nuntianda opus habet, non cithara, non lyra, non alio quovis hujusmodi; sed omnia per linguam operatur, et quavis cithara vel musica suaviorem utilioremque vocem emittit. Est

nam Commentarii partem, inter homilias, et quidem jure merito, recensentes, tituli instar habent: *ὄμιλ. α'*; Morel. vero, in superscriptionem effert: *προόμιλον*.

(a) Sophista dicebantur rhetores, artium magistri, sapientes, doctores; illa autem ipsa vox aliquando in malam partem accipitur, pro iis qui simulatis ratiociniis veritatem detorqueant.

<sup>1</sup> Cuius habet, voce clariorem emittens vocem.

illi proscenium, caelum totum; theatrum, orbis; spectatores et auditores, omnes angeli, et ex hominibus quotquot angeli sunt, aut fieri cupiunt. Hi namque soli possunt hanc harmoniam accurate auribus percipere, et operibus exhibere, atque auditores, quales oportet, esse<sup>1</sup>. Alii vero omnes, ceu infantes, [audiunt quidem, nec tamen audita intelligunt, sed] placentis puerilibusque ludis intenti sunt: ita hi quoque risui, deliciis, opibus, potentiae dediti, ventrique viventes, dicta quidem interdum audiunt; sed nihil magnum vel sublime operibus exhibent, quod se semel lateritio operi et luto dederint. Huic apostolo adstant supernae virtutes, illius animae pulchritudinem, prudentiam virtutisque speciem mirantes, per quam ipsum Christum attraxit, et spiritualem accepit gratiam. Etenim ceu lyram quamdam speciosam lapillis aureisque fidibus ornatam, sic animam componens suam, id effecit ut magnum et excelsum quidpiam Spiritu sonaret.

2. *Joannis sublimitas. Quomodo evangelium ejus sit audiendum.* — Itaque non ut piscatoris, nec ut filii Zebedæi, sed ut ejus qui profunda Dei novit, Spiritum dico hanc lyram pulsantem, sic audiamus. Nihil enim humanum dicet, sed quidquid loquatur ex spiritualibus abyssis haustum est, ex arcanis illis, quæ ne angeli quidem, antequam illa fierent, noverant. Nam et ipsi nobiscum per Joannis vocem, et per nos didicerunt ea quæ nos novimus. Et hoc quoque significavit alius apostolus his verbis: *Ut innotescat nunc principibus et potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei* (Ephes. 3. 10). Si ergo principatus, potestates, Cherubim et Seraphim hæc per Ecclesiam didicerunt, palam est illos magna cum attentione hæc edidicisse. Certe non parvo hinc honore afficimur, quod angeli ea nobiscum audiant, quæ ignorabant: quod autem etiam per nos, nondum dicam quomodo. Multum ergo adhibeamus cum modestia silentium, non hodie tantum, aut eo dumtaxat quo audimus die, sed per totam vitam; quia illum omni tempore audire fructuosum est. Nam si ea quæ in regia geruntur, scire optamus; nempe quid Imperator faciat, quid de subditis consulat, etiamsi sæpe id nihil ad nos attingat: multo magis quæ Deus dixit audire optandum est: cum maxime illa omnia ad nos spectent. Hæc porro cuncta accurate ille nobis enarrabit, quod regis amicus sit, imo quod regem in se loquentem habeat omniaque ab illo audiat, quæ ille a Patre accipit: nam ait, *Vos dixi amicos, quia omnia quæ audivi a Patre meo, nota feci vobis* (Joan. 15. 15). Quemadmodum igitur, si quem e summo caelo pronum repente videremus, qui promitteret se nobis caelestia accurate dicturum, omnes accurreremus: ita nunc quoque affecti simus. Ex caelo namque vir ille nos alloquitur: non enim est ex hoc mundo, ut etiam dicit ipse Christus: *Vos de hoc mundo non estis* (Joan. 15. 19); et Paracletum in se loquentem habet, ubique præsen-

<sup>1</sup> Hæc, atque auditores, quales oportet, esse, desunt in savil., et in quibusdam Mss. Quæ paulo inferius uocibus clauduntur, desiderantur in Mss. plurimis.

tem, qui ita movit ea quæ Dei sunt, ut anima hominis res suas novit; Spiritum nempe sanctitatis, Spiritum rectum, qui dirigit et ducit in cælum, qui novos dat oculos, qui id efficit ut futura tamquam præsentia videamus, et in carne cælestia intueamur. Per totam ergo vitam nos ei sedato et tranquillo animo exhibeamus: nemo ignavus, nemo somniculosus, vel maculis respersus hic maneat: sed in cælum nos transferamus, ubi evangelista loquitur iis qui istic conversantur. Si in terra maneamus, hinc nihil lucri referimus: Joannis quippe disciplina nihil attinet ad eos, qui a vita porcis digna non abstineant, quemadmodum nihil attinet ad eum res humanæ. Tonitru quidem, inconditum emittens sonum, animos nostros perterrefacit; Joannis autem vox neminem fidelium turbat, imo ex tumultu et perturbatione eximit, solisque dæmonibus terrori est, et dæmonum servis. Ut videamus ergo quo pacto illos terreat, et animo sileamus et ore, animo tamen maxime. Quænam utilitas, cum tacente ore, animus tumultuatur? Animæ quietem quero, quia animam audientem exopto. Nulla ergo nos commoveat pecuniæ cupiditas, nullus gloriæ amor, non iræ tyrannis, non aliorum affectuum tumultus. Non potest enim non purgatus auditus dietorum sublimitatem, ut par est, vel capere, vel arcanam et tremendam horumcæ mysteriorum rationem, cæterasque virtutes omnes in his oraculis contentas accurate cognoscere. Si enim tibia et cithara ludere nemo didicerit, nisi iis animum adhibuerit, quomodo mysticas voces quis sedens audiat, si animus in segnitie degat?

3. Ideo Christus his nos verbis admonet:  *Nolite dare sancta canibus, neque projiciatis margaritas ante porcos (Matth. 7. 6)*. Margaritæ hæc verba vocavit, licet hæc margaritæ longe pretiosiora sint, quia hæc materia nulla præstantior. Ideo horum sermonum suavitatem mellis comparare solet, non quod mel ipsam sequere possit, sed quod nihil melle dulcius apud nos sit. Nam quod et gemmarum pretium, et mellis suavitatem longo intervallo superent, audi prophetam hæc asserentem his verbis:  *Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, et dulciora super mel et favum (Psal. 18. 11. 12)*; sed bene valentibus tantum; ideo subdidit,  *Etenim serpens tuus custodit ea*. Et alibi quoque, cum dulcia dixisset, addidit,  *Faucibus meis. Quam dulcia, inquit, faucibus meis eloquia tua*; et excellentiam efferens addit,  *Super mel et favum ori meo (Psal. 118. 103)*, quia sana mente præditus erat. Ne itaque morbo affecti hæc adeamus, sed post expurgatum animum, hunc cibum sumamus. Ideo namque tot verbis præmissis nondum ad hæc deveneram, ut singuli omni depulso morbo, ac si in cælum intrarent, sic ira, curis, sollicitudinibus castisque animi affectibus vacui ingrederentur. Non possumus enim hinc quid magnum lucrari, nisi prius animam ita purgaverimus. Nec mihi quis dicat, breve tempus inter hanc et sequentem concionem esse. Licet enim non solum dierum quinque spatio, sed etiam uno temporis momento vitam totam mutare. Quid, queso, latrone et homicida scelestius? annon

extremum hoc improbitatis genus est? Attamen latro ille ad summum virtutis apicem statim pervenit, et in paradysum abiit, nec plurimis diebus, nec dimidio die opus habuit, sed brevi tantum momento. Itaque licet repente mutari, et aureum ex luteo effici. Cum enim neque virtus, neque vitium ex natura insint, facilis est mutatio, omni necessitate libera.  *Si volueritis et audieritis me, inquit, bona terræ comedetis (Isai. 1. 19)*. Viden' sola opus esse voluntate: voluntate, inquam, non vulgari illa quæ plurimorum est, sed diligenti. Scio quippe omnes in cælum avolare velle; sed voluntas oportet exhibenda est. Siquidem mercator vult ditescere, neque voluntas in cogitatione tantum consistit; sed navim parat, nautas cogit, gubernatorem accersit, cæterisque omnibus navim instruit, aurum mutuatur, pelagus traiecit, in peregrinam terram proficiscitur, pericula multa subit, aliaque plurima patitur, quæ norant ii qui navigare solent. Ita nos oportet voluntatem exhibere. Navigamus et nos quoque, non ab alia in aliam terram, sed a terra in cælum. Nos ergo mente apparemus ad gubernationem, quæ nos superne ducat, ac nautas obsequentes, firmamque navim nobis comparemus, ne calamitate quadam sæculari vel mæstitia demergamur, neve arrogantis spiritu efferamur, sed leves et expediti simus. Si ita navim, gubernatorem et nautas paremus, secundo vento navigabimus, Fillumque Dei, verum gubernatorem, ad nos attrahemus, qui non sinet scapham nostram demergi: sed licet innumeri spirent venti, ventas ille increpabit et mare, et vice procellæ tranquillitatem efficiet magnam.

4.  *Descriptio dispositionum quæ ad evangelium audendum requiruntur. Theatrorum spectacula fugienda. Pactis cum Deo et Ecclesiasticis standum. Attentas aures prebendum.* — Sic comparati ad sequentem accedite concionem, si tamen cupitis utile quidpiam audire, et in mente reponere. Nemo sit via, nemo petra, nemo spiritus repletus. Faciamus nos ipsos novales: sicque libent. animo semina jaciemus, si nempe terram puram videamus; sin contra petrosam et asperam, ignoscite si nolimus frustra laborare: nam si a serendo desistentes, cæperimus spinas evellere, tunc extremæ dementiæ esset in terram incultam semina jacere. Hujus concionis auditorem, non licet mensæ dæmoniorum esse participem. Quod enim consortium justitiam inter et iniquitatem? Stas Joannis auditor, ac per illum ea quæ Spiritus sunt odicis: et postea abscedis meretrices auditurus, obscœna loquentes, obscœniora representantes (a), et effeminatos qui se mutuo alapis cædunt? Quomodo poteris probe abluï et purgari, in tanto cœno volutatus? Quid opus est obscœnitatem illam totam minutatim recensere? Omnia illic risus, omnia opprobrium, contumeliæ, dicteria: omnia dissolutio, omnia perniciës. Ecce prædico et annuntio omnibus vobis: nemo eorum, qui hac mensa fruuntur, animam suam exi-

(a) Histrionum more in theatro representantes, in quæ turpia theatralium meretricum spectacula sæpe invehiunt Chrysostomus.



τούτου· καὶ τὸν Παράκλητον ἔχει φθεγγόμενον ἐν ἑαυτῷ τὸν πανταχοῦ παρόντα, τὸν οὕτως ἀκριβῶς εἰδῶτα τὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς τὰ ἑαυτῆς οἶδεν ἡ τῶν ἀνθρώπων ψυχὴ· τὸ Πνεῦμα τῆς ἀγιωσύνης, τὸ Πνεῦμα τὸ εὐθές, τὸ ἡγεμονικόν, τὸ χειραγωγῶν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, τὸ ποιοῦν ὀφθαλμοὺς ἐτέρους, τὸ παρασκευάζον τὰ μέλλοντα ὡς τὰ παρόντα ὄραν, τὸ καὶ μετὰ σαρκὸς τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κατοπτεῖν παρέχον. Πολλὴν τοίνυν παρέχωμεν τὴν ἡσυχίαν διὰ παντὸς αὐτῷ τοῦ βίου· μηδεὶς νοθεῖ, μηδεὶς ὑπνηλῆς, μηδεὶς ρυπώδης ἐνταῦθα εἰσιὼν μενέτω· ἀλλὰ μεταστῆσθαι ἑαυτοὺς πρὸς τὸν οὐρανόν· ἐκεῖ γὰρ ταῦτα φεγγεταὶ τοῖς ἐκεῖ πολιτευομένοις. Κἂν μείνωμεν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲν κερδανόμεν ἐντεῦθεν μέγα. Οὐδὲν γὰρ πρὸς τοὺς οὐ βουλομένους ἀπαλλαγῆναι τοῦ χοιρώδους βίου τὰ Ἰωάννου, ὡσπερ οὖν οὐδὲ πρὸς ἐκεῖνον τὰ ἐνταῦθα. Ἡ μὲν οὖν βροντὴ καταπλήττει τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, ἄστημον ἔχουσα τὴν ἡχὴν· ἡ δὲ τοῦτου φωνὴ θορυβεῖ μὲν οὐδένα τῶν πιστῶν, ἀλλὰ καὶ ἀνήσει θορυβῶν καὶ ταραχῆς· καταπλήττει δὲ δαίμονας μόνους καὶ τοὺς ἐκεῖνοις δουλεύοντας. Ἰν' οὖν ἴδωμεν ὅπως αὐτοὺς καταπλήττει, πολλὴν παρέχωμεν τὴν σιγὴν καὶ τὴν ἔξωθεν καὶ τὴν κατὰ διάνοιαν· καὶ ταύτην μάλιστα. Τί γὰρ ὄφελος τοῦ στόματος ἡρεμούντος, ὅταν ἡ ψυχὴ θορυβῆται καὶ πολλὴν ἔχη τὴν ζάλην; Ἐκείνην ἐγὼ ζητῶ τὴν ἡσυχίαν, τὴν ἀπὸ διανοίας, τὴν ἀπὸ ψυχῆς· ἐπειδὴ καὶ τῆς ἀκοῆς ἐκείνης δέομαι. Μηδεμίαν τοίνυν ἐνοχλείτω χρημάτων ἐπιθυμία, μηδὲ δόξης ἔρωσ, μὴ θυμοῦ τυραννίς, μὴ τῶν ἄλλων παθῶν ὁ λοιπὸς ὄχλος. Οὐ γὰρ ἔστι μὴ καθαροῦσαν τὴν ἀκοὴν ἰδεῖν τῶν λεγομένων τὸ ὕψος, ὡς ἰδεῖν χρῆ<sup>a</sup>, οὐδὲ γνῶναι ὡς δεῖ τῶν μυστηρίων τούτων τὸ φρικτὸν καὶ ἀπόβρῆτον, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀρετὴν τὴν ἐν τοῖς θεοῖς τούτοις χρησιμοῖς. Εἰ γὰρ μέλος αὐλητικὸν καὶ κιθαροῦδιον οὐκ ἂν τις μάθει καλῶς, μὴ ἀντὶ συντείνας τὸν νοῦν, πῶς μυστικῶν φωνῶν καθήμενος ἀκροατῆς ἔπακουσται δυνήσεται βραθυμοῦση ψυχῇ;

γ'. Διὰ τοῦτο καὶ Χριστὸς παρῆγει, λέγων· *Μὴ δώτε τὰ ἄγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ ρίψετε τοὺς μωρῶντες ἐμπροσθεν τῶν χοίρων. Μαργαρίτας δὲ ταῦτα τὰ ῥήματα ἐκάλεσε, καίτοι πολλῶ τιμώτερα τούτων ὄντα, ἐπειδὴ ταύτης τῆς ὕλης οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἕτερα τιμώτερα. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἡδονὴν αὐτῶν μέλειτι πολλάκις παραβάλλειν εἴωθεν, οὐκ ἐπειδὴ τοσοῦτον αὐτῆς τὸ μέτρον μόνον, ἀλλ' ὅτι τοῦτον οὐδὲν ἔστιν ἕτερον ἥδιον παρ' ἡμῖν. Ἐπεὶ ὅτι γε καὶ λίθων φύσιν τιμῶν, καὶ παντὸς μέλιτος· ἡδονὴν, κατὰ πολλὴν νικᾷ τὴν ὑπερβολὴν, ἀκουσον τοῦ Προφήτου λέγοντος περὶ αὐτῶν, καὶ τὴν ὑπερβολὴν ταύτην δεικνύντος· *Ἐπιθυμητὰ γὰρ, φησὶν, ὑπὲρ χρυσοῦ καὶ λίθου τίμιον πολὺ<sup>b</sup>, καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρὸν· ἀλλὰ τοῖς ὑγιαίνουσι διδ' ἐπήγαγε, καὶ γὰρ ὁ δοῦλος σου φυλάσσει αὐτά. καὶ [5] ἀλλαχοῦ πάλιν, εἰπὼν αὐτὰ γλυκῆ, προσέθηκε, *τῷ λάρυγγί μου. Ὡς γλυκῆα γὰρ, φησὶ, τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγια σου. Καὶ τὴν ὑπερβολὴν πάλιν διατρεῖ, λέγων· Ὑπὲρ μέλι καὶ κηρὸν τῷ στόματι μου· ἐπειδὴ σφόδρα ὑγιαίνει. Μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς νοσοῦντες προσερχώμεθα τούτοις· ἀλλὰ θεραπεύσαντες τὴν ψυχὴν, οὕτω δεχώμεθα τὴν ἐστίασιν. Διὰ γὰρ τοῦτο τσαῦτα προεῖπὼν, οὐδέπω καθῆκα εἰς τὰς ῥήσεις ταύτας, ἵνα ἕκαστος πάντα ἀποθέμενος ἀβρωτίαις τρέπον, ὡσπερ εἰς αὐτὸν εἰσιὼν τὸν οὐρανόν, οὕτως εἰσὶν καθαρὸς καὶ θυμοῦ, καὶ φροντίδος, καὶ ἀγωνίας βιωτικῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἑ ἀπὸ πηλαγμένων· παθῶν. Οὐ γὰρ***

ἔστιν ἐτέροις κερδᾶναι τι μέγα ἐντεῦθεν, μὴ πρότερον οὕτως ἀνακαθάραντα τὴν ψυχὴν. Καὶ μὴ μοι λεγέτω τις ὅτι βραχύς ὁ καιρὸς ὁ μεταξὺ τῆς συνάξεως; τῆς μελλούσης. Ἐξέστι γὰρ οὐχὶ ἐν πέντε μόνον ἡμέραις, ἀλλὰ καὶ ἐν μιᾷ ῥοπῇ μεταθέσθαι τὸν βίον ἅπαντα. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, ληστῆς καὶ ἀνδροφόνου χεῖρον; οὐχὶ τὸ ἔσχατον τοῦτο τῆς κακίας εἰδὸς ἔστιν; Ἄλλ' ὅμως εἰς τὸ ἄκρον τῆς ἀρετῆς εὐθὲως ἔφθασε, καὶ εἰς αὐτὸν ἐχώρησε τὸν παράδεισον· οὐχ ἡμερῶν δεσθεῖς, οὐχ ἡμῖσους ἡμέρας, ἀλλὰ βραχείας ῥοπῆς. Ὡστε ἔξέστιν ἄφρων μεταθέσθαι, καὶ γενέσθαι χρῆσεν ἀντὶ πηλίνου. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ φύσει ἡ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας ἔστιν, εὐκολος ἡ μετάθεσις, πάσης ἀνάγκης ἀπὸ πηλαγμένη. Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, φησὶ, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. Ὁρᾷς ὅτι βουλήσεως; δεῖ μόνης; βουλήσεως, οὐ τῆς κοινῆς μόνον ταύτης, τῆς τῶν πολλῶν, ἀλλὰ τῆς ἐσπουδασμένης. Ἐπεὶ ἅπαντας οἶδα εἰς τὸν οὐρανὸν θέλοντας ἀναπτήναι νῦν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων δεῖ τὴν θέλησιν ἐπιδείξασθαι. Καὶ γὰρ ὁ ἔμπορος θέλει πλουτεῖν, ἀλλ' οὐ μέχρι τῆς διανοίας τὸ θέλειν ἴστυσιν, ἀλλὰ καὶ πλοῖον κατασκευάζεται<sup>c</sup>, καὶ συνάγει ναύτας, καὶ παρακαλεῖ κυβερνήτην, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν κατασκευάζει τὸ πλοῖον, καὶ χρυσίον δανείζεται, καὶ περὶ πέλαιος, καὶ εἰς ξένην ἀπεισι γῆν, καὶ κινδύνους ὑπομένει πολλοὺς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἅπερ ἴσασιν οἱ τὴν θάλατταν πλέοντες. Οὕτω καὶ ἡμεῖς δεῖ τὴν βούλησιν ἐπιδείξασθαι. Πλέομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς πλοῦν, οὐ τὸν ἀπὸ γῆς εἰς γῆν, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανόν. Κατασκευάσωμεν οὖν τὸν λογισμὸν τὸν ἡμέτερον πρὸς κυβέρνησιν ἐπιτήθειον τὴν ἄνω φέρουσαν, καὶ ναύτας αὐτῷ πειθηγίους, καὶ πλοῖον στερεόν, ὥστε μήτε περιστάσει καὶ ἀθυμίᾳ βαπτίζεσθαι βιωτικῆ, μήτε ἀλαζονείας ἐπαίρεσθαι πνεύματι, ἀλλ' εὐζωνον εἶναι καὶ κοῦφον. Ἄν οὕτω μὲν τὸ πλοῖον, οὕτω δὲ τὸν κυβερνήτην καὶ τοὺς ναύτας παρασκευάσωμεν, ἐξ ὧν πλευσόμεθα, καὶ τὸν ἴδον τοῦ Θεοῦ τὸν ἀληθῆ κυβερνήτην ἐπισπασόμεθα πρὸς ἑαυτοὺς· ὅς οὐκ ἀφήσει βαπτισθῆναι τὸ σκάφος ἡμῖν, ἀλλὰ κἂν μυρία πνεύσωσιν<sup>d</sup> ἄνεμοι, καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτιμήσει, καὶ τῇ θαλάττῃ, καὶ ἀντὶ σάλου πολλὴν ἐργάσεται τὴν γαλήνην.

δ'. [6] Κατασκευάσαντες τοίνυν ἑαυτοὺς οὕτως, τῇ ἐπιούσῃ παραγένησθε τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰ γε περισπούδαστον ἡμῖν τὴν χρησίμην ἀκοῦσαι καὶ ἀναποθέσθαι· ἢ τὰ λεγόμενα τῇ ψυχῇ. Μηδεὶς ὁδὸς ἔστω, μηδεὶς πέτρα, μηδεὶς ἀκανθῶν πεπληρωμένος. Ποιήσωμεν ἑαυτοὺς νεώματα· οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς μετὰ προθυμίας τὰ σπέρματα καταβαλοῦμεν, ἐὰν ἴδωμεν τὴν γῆν καθαρὰν· ἐὰν δὲ λιθώδῃ καὶ τραχεῖαν, σύγγνωτε μὴ βουλομένοις εἰκὴ ποιεῖσθαι· εἰ γὰρ τὸ σπείρειν ἀφέντες, ἀρξόμεθα τὰς ἀκάνθας ἐκκόπτειν, πάλιν ἐσχάτης ἀνοίας σπέρματα καταβαλεῖν εἰς ἀνέργαστον γῆν. Τὸν ταύτης ἀπολαύοντα τῆς ἀκροάζεως, οὐ δεῖ τῆς δαιμονικῆς μετέχειν τραπέζης. Τίς γὰρ κοινωμία δικαιοσύνης καὶ ἀνομίας; Ἐσθηκας ἀκούων Ἰωάννου, καὶ δι' ἐκεῖνον τὰ τοῦ Πνεύματος μανθάνων, καὶ μετὰ ταῦτα ἀπέρηγῃ πορνῶν ἀκουσόμενος γυναικῶν, αἰσχρὰ φθεγγόμενος, αἰσχροτέρα ὑποκρινόμενος, καὶ μαλακῶν βαπτισμένων τε καὶ βαπτιζόντων ἀλλήλους, Πῶς; δυνήσῃ καλῶς καθαρῶν, ἔγκαιλινδόμενος βροβόριον τοσοῦτον; Τί γὰρ δεῖ κατὰ μέγρος πᾶσαν καταλέγειν τὴν ἀσχημοσύνην τὴν αὐτόθι; Πάντα γὰρ ἐκεῖ γέλωσ,

<sup>d</sup> Mss. duo ei cod. 706 οὐ φουσά. Idem paulo post ἐὰν γὰρ θελήτε.

<sup>c</sup> Alij κατασκευάζει.

<sup>f</sup> Quidam πένωσιν.

<sup>d</sup> Alij ἀποθέσθαι. Paulo post unus codex qui scriptus est anno 1072. ut in nota quadam fertur, ποιήσωμεν ἑαυτοὺς νεώματα. Idem ἑαυτοὺς

<sup>a</sup> Alii ὡς χρῆ.

<sup>b</sup> Cod. 706, cum Bibl. et Sav., πολὺν

<sup>c</sup> Alii ἁλῶν ἅπαντων

πάντα αισχύνη, πάντα θνεϊδος, καὶ λοιδορίαι καὶ σκώματα· πάντα ἐκλυσίς, πάντα λύμη. Ἰδοὺ προλέγω καὶ παραγγέλλω πᾶσιν ὑμῖν· μηδεὶς τῶν ταύτης ἀπολαύων τῆς τραπέζης, φθειρέτω τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν τοῖς δηλητηρίοις ἐκείνοις θεάμασι. Πομπὴ πάντα ἐστὶ τὰ ἐκεῖ λεγόμενα καὶ πρακτόμενα σατανικῆ. Ἰστε ἐξ οἱ μεμνημένοι, ποίας ἡμῖν ἔθεσθε συνθήκας· μᾶλλον δὲ ποίας ἔθεσθε τῷ Χριστῷ, ὅτε ὑμᾶς αὐτοὺς ἐμυσταγωγέει· τί πρὸς αὐτὸν εἶπατε, τί περὶ τῆς τομπῆς τῆς σατανικῆς αὐτῷ διελέχθητε, πῶς μετὰ τοῦ σατανᾶ καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, καὶ ταύτη τότε ἀπετάττεσθε, καὶ ὑπισχνέσθε, μηδὲ παρακύψειν ἐκεῖ; Δέος οὖν οὐ μικρὸν, μὴ περὶ τὰς τοικύτας ὑποσχέσεις ἀγνώμων τις γενόμενος, ἀνάξιον ἑαυτοῦ καταστήσῃ τῶν μυστηρίων τούτων. Οὐχ ὀρθῶς πῶς ἐν ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς, οὐχ οἱ προσκεκροκότες, ἀλλ' οἱ τετιμημένοι καλοῦνται μεθέζοντες τῆς γυνώμης ἐκείνης, καὶ εἰς τοὺς φίλους τάττονται τοὺς βασιλικούς; Πρεσβευτὴς ἡμῖν ἦλθεν ἐξ οὐρανοῦ, παρ' αὐ-

<sup>a</sup> Aliqui καταστήσαι. Infra τῆς γυνώμης ἐκείνης. Recte conjicit Savilius legendum τῆς γυνώμης ἐκείνου, nempe regis; sed omnia exemplaria ἐκείνης habent.

β'. Μὴ τοίνυν ὡς ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων κοινωνίας, ταυτότητα πραγμάτων νομίσῃς, ἀλλὰ μηδὲ ἀλλοτριώσιν. Εἰ μὲν γὰρ τύπος ἦν, οὐκ ἦν ἀλλότρια τῆς ἀληθείας· εἰ δὲ σκιάν ἐφύλατταν, ἐλάττω τῆς ἀληθείας ἦν. Τί οὖν τὸ μέσον τούτων ἀπάντων; Βούλεσθε ἐπεξελέθωμεν, ἐν ᾗ δύο τῶν μέρων προχειρισάμενοι; Οὕτω γὰρ καὶ τὰ ἄλλα ἔσται ὑμῖν δῆλα· καὶ ὁφόμεθα πάντες ὡς ἐκεῖνα μὲν παιδῶν ἦν διδάγματα, ταῦτα δὲ γενναίων καὶ μεγάλων ἀνδρῶν· καὶ τὰ μὲν ὡς ἀνθρώποις, τὰ δὲ ὡς ἀγγέλοις νενομοθέτητο. Πόθεν οὖν ποιησόμεθα ἢ τὴν ἀρχὴν; Βούλεσθε ἀπὸ τῆς υἰοθεσίας αὐτῆς; Τί δὲ οὖν τὸ μέσον ταύτης κακείνης; Ἐκείνη, ῥήματος ἦν τιμὴ· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ πρᾶγμα ἔπεται. Καὶ περὶ μὲν ἐκείνης φησὶν· Ἐγὼ εἶπα, Θεοὶ ἔστε, καὶ υἱοὶ Ἰησοῦ τοῦ πᾶντος· περὶ δὲ ταύτης, ὅτι Ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. Πῶς [80] καὶ τίνι τρόπῳ; Διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου. Κάκεινοι μὲν μετὰ τὴν τῶν υἰῶν προσηγορίαν, ἔτι πνεῦμα δουλείας εἶχον· δοῦλοι γὰρ μένοντες, οὕτως ἐτιμῶντο τῇ κλήσει ταύτῃ· ἡμεῖς δὲ ἐλευθέρῳ γενόμενοι, τότε οὐκ ὀνόματι, ἀλλὰ πράγματι τὴν τιμὴν ἐδεξάμεθα. Καὶ τοῦτο Πύλλος δηλῶν ἔλεγε· Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς χάρον. ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἰοθεσίας, ἐν ᾧ κρίζομεν. Ἀββᾶ ὁ Πατήρ. Γεννηθέντες γὰρ ἀνωθεν, καὶ ὡς ἂν εἶποι τις ἀναστοιχειωθέντες, οὕτως ἐκλήθημεν υἱοί. Καὶ τῆς ἀγιασύνης τὸν τρόπον εἰ τις καταμάθοι, τίς μὲν οὗτος, τίς δὲ ἐκείνος, πολλὴν ἠψεται πάλιν κἀνταῦθα τὴν διαφορὰν. Ἐκείνοι μὲν γὰρ ἠνίκα μὴ εἰδιωκολάτρουν, μηδὲ ἐπόρνεον, μηδὲ ἐμοίχευον, τοῦτο ἐκαλοῦντο τὸ ὄνομα· ἡμεῖς δὲ, οὐκ ἐν τῇ τούτων ἀποχῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῶν μειζόνων κτήσει γινόμεθα ἅγιοι. Καὶ πρῶτον μὲν ἀπ' αὐτῆς τοῦ Πνεύματος· τῆς ἐπιφοιτήσεως, ταύτης τυγχάνομεν τῆς θεωρίας· ἔπεται δὲ καὶ ἐκ πολιτείας, πολλῶν μειζόνος τῆς Ἰουδαϊκῆς. Καὶ οἱ οὐ κόμπος τὰ ῥήματα, ἄκουσον ἐκείνοις μὲν τί φησιν· Οὐ φοιτήσεσθε, οὐ περικαλιριεῖτε τὰ τέκνα ὑμῶν, ὅτι λαὸς ἁγίος ἔστε. Ὅστε παρ' ἐκείνους τοῦτο ἡ ἀγιασύνη, τὸ τῶν εἰδιωκῶν ἀπελλάχθαι· νόμον παρὰ δὲ ἡμῖν οὐκ οὕτως, ἀλλ'· Ἰνα ἡ ἀγία, φησὶ, καὶ σώματι καὶ πνεύματι. Εἰρήνην δώκετε καὶ τὸν ἀγιασμὸν, οὐ χωρὶς οὐδεὶς δύναται τὸν Κύριον· καὶ, Ἐπιτελοῦντες ἀγιασύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ, ἅγιοι, ὄνομα, ἐπὶ πάντων ὧν ἂν λέγηται τὴν αὐτὴν ἔννοιαν παραστήσαι· ἐπεὶ καὶ ὁ Θεὸς ἅγιος λέγεται, ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς. Ὅτε γοῦν ἤκουσε τὴν φωνὴν ταύτην παρὰ τῶν Σεραφίμ φερομένην ὁ Προφήτης<sup>d</sup>, ἔρα τί φησιν

Οἱμοὶ τάλας ἐγὼ, ἔτι ἄνθρωπος ὢν καὶ ἀκάθαρτα χεῖλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χεῖλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ. Καίτοι καὶ ἅγιος καὶ καθαρὸς ἦν· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀγιασύνην ἡμεῖς τὴν ἄνω κρινόμεναι, ἀκάθαρτοί ἐσμεν. Ἄγιοι καὶ οἱ ἄγγελοι, ἅγιοι οἱ ἀρχάγγελοι, καὶ αὐτὰ τὰ Σεραφίμ καὶ Χερουβίμ· ἀλλὰ καὶ ταύτης τῆς ἀγιασύνης ἐτέρα πάλιν διαφορὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς καὶ πρὸς τὰς ὑπερχειούσας δυνάμεις· Ἐντὴν καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπεξέλθειν, ἀλλ' ὄρω τὸν λόγον εἰς μῆκος πολὺ ἐκτενιόμενον· διὸ περαιτέρω παυσάμενοι προσλθεῖν, ὑμῖν ἀφήσομεν τὰ λειπόμενα μεταχειρίζαι. Ἐξέσται γὰρ καὶ ὑμῖν κατ' οἶκον ταῦτα συλλέγουσι συνιδεῖν τὴν διαφορὰν, καὶ τοῖς λοιπαῖς ὁμοίως ἐπεξέταται. Δίδου γὰρ, φησὶ, σοφὴ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται. Ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ παρ' ἡμῶν, τὸ δὲ τέλος ἔσται παρ' ὑμῶν. Ἰμῖν δὲ ἀναγκαῖον πάλιν ἀψασθαι τῆς ἀκολουθίας.

Εἰπὼν, Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς ἀντὶς ἐλάβομεν, ἐπήγαγε, Καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος· δεικνύς ὅτι χάριτι καὶ Ἰουδαῖοι ἐσώζοντο. Οὐ γὰρ διὰ τὸ πολυπληθεῖν ὑμᾶς, φησὶν, ἀλλὰ διὰ τοὺς πατέρας ὑμᾶς ἐξελεξάμεν. Εἰ τοίνυν οὐκ ἐξ οἰκείων κατορθωμάτων [81] ἐξελεξάντο παρὰ Θεοῦ, δῆλον ὅτι χάριτι ταύτης ἔτυχον τῆς τιμῆς. Καὶ ἡμεῖς δὲ χάριτι πάντες ἐσώθημεν, ἀλλ' οὐκ ὁμοίως. Οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ πολλῶν μείζονσι καὶ ὑψηλοτέροις. Οὐ τοίνυν τοιαύτη παρ' ἡμῶν χάρις. Οὐδὲ γὰρ δὴ μόνον ἀμαρτημάτων συγχώρησις ἡμῖν ἐδόθη (ἐπεὶ κατὰ τοῦτο κοινωνοῦμεν ἐκείνοις· πάντες γὰρ ἥμαρτον), ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμός, καὶ υἰοθεσία, καὶ Πνεύματος χάρις φαιδρωτέρα· πολλῶν καὶ θαυμάσιότερα. Διὰ ταύτης τῆς χάριτος ἐγενόμεθα τῷ Θεῷ ποθεινοί, οὐκ ἔτι μόνον ὡς δοῦλοι, ἀλλὰ καὶ ὡς υἱοὶ καὶ ὡς φίλοι. Διὰ τοῦτο φησὶ, Χάριν ἀντὶ χάριτος. Καὶ γὰρ τὰ τοῦ νόμου καὶ αὐτὰ χάριτος ἦν, καὶ αὐτὰ τὸ γενέσθαι ἡμᾶς ἢ ἐξ οὐκ ὄντων. Οὐ γὰρ κατορθωμάτων προὔπηργμένων ταύτην ἐλάβομεν τὴν ἀμοιβήν, (πῶς γὰρ οἱ μηδὲ ὄντες;) ἀλλὰ Θεοῦ πανταγάρπτοντας, κολάζεσθαι κατάρχοντος. Οὐ τὸ γενέσθαι δὲ μόνον ἐξ οὐκ ὄντων, ἀλλὰ καὶ τὸ γενομένους εὐθὺς μαθεῖν τὰ τε πρακτέα, καὶ τὰ μὴ πρακτέα, καὶ τοῦτον ἐν τῇ φύσει λαθεῖν τὸν νόμον, καὶ τὸ τοῦ συναϊδοῦς κριτήριον ἀδέκαστον ἡμῖν παρακαταθέσθαι τὸν ποιήσαντα, χάριτος ἦν μεγίστης καὶ φιλανθρωπίας ἀπάτου. Καὶ τὸ τὸν νόμον δὲ τοῦτον διαφθαρέντα ἀνακτήσασθαι διὰ τοῦ γρασίου, χάριτος ἦν. Τὸ μὲν γὰρ ἐπόρνεον ἦν, τοὺς τῶν ἁπᾶς δοθείσαν ἐντολὴν παραχαρττοντας, κολάζεσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι· τὸ δὲ γεγόμενον οὐ τοῦτο ἦν, ἀλλὰ πάλιν διόρθωσις, καὶ συγγνώμη οὐκ ὑπεριουμένη. ἀλλ' ἀπὸ ἐλέου καὶ χάριτος διδομένη. Ὅτι γὰρ χάριτος ἦν καὶ ἐλέου, ἄκουσον τί φησιν ὁ Δαυὶδ· Ποιῶν ἐλεημοσύνας ὁ Κύριος, καὶ κρίμα πᾶσι τοῖς ἀδικουμένοις. Ἐγνώρισε τὰς ἐδίους αὐτοῦ τῷ Μωϋσῆϊ, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ. Καὶ πάλιν· Χρηστὰς καὶ εὐθὴς ὁ Κύριος· εἰ δὲ τοῦτο γενομένη ἔσται ἐν ἐσθ' ἀμαρτανότου.

\* Sic Mor. Sav. ὁ διὰ τῶν γραμμάτων τῶν λευκῶν ἐπὶ τοῦ μ., et sic mss. plurimi; unus tamen habet πραγμάτων τῶν λευκῶν. \* Alii et Savil. πόθεν οὖν δεῖ ποιήσασθαι. Ἰτρονίς modo legas, idipsum est. \* Sav. et mss. plurimi ἀποχῇ, ἀλλ' ἐν τῇ. Ἰι nos, ita Mor. et alii, etiam recte. \* Savil. et mss. fere omnes τὸν Σεραφίμ φερομένην ὁ πρ. (alii αὐτομένην.) Mox post ἐγὼ Mor. et mss. pauci ad hunc ὅτι κατανοοῦμαι, sed haec desunt in Sav. et in mss. plurimis.

\* Sic Sav. Mor. vero ἀγιασύνης μείζον ἢ τοῦ Θεοῦ καὶ θαυμάσιον, ὡς περὶ καὶ πρὸς ἡμᾶς, οὕτω καὶ πρὸς τὰς ἐπὶ ἡμᾶς δυνάμεις. \* Alii οὐ γὰρ τοῦτο παρ'. \* Morf. σοφώτερος. Sav. et eod. l. 706, 706 φαιδρωτέρα. \* Savil. et dicti eod. l. γενέσθαι ἀμαρτανότου.

entus; et rursum, *Spiritu Deo servientes*<sup>1</sup> (*Philip. 3. 3*); duplex quoque testamentum: *Disponam vobis testamentum novum, non secundum testamentum quod disposui cum patribus vestris* (*Jer. 31. 31*); duplex quoque sanctificatio, duplex baptisma, duplex sacrificium, duplex templum, duplex circumcisio; sic et duplex gratia. Sed illa quidem ceu figura sunt; hæc ut veritas: quæ homonyma quidem, sed non synonyma sunt. Nam in typis et imaginibus qui colore albo et nigro pingitur, homo vocatur, ut et verus homo nativo colore instructus: in statuis quoque aurea perinde atque figlina, statua dicitur; sed illa typus sunt, hæc veritas.

2. *Inter vetera et nova discrimen.* — Ne igitur ex nominum consortio, res easdem, sed neque diversas esse putes. Nam si typus erat, non erat alienus a veritate; si umbram servabat, minor erat veritate. Quid ergo discriminis est inter hæc omnia? Vultis unum aut duo ex dictis tractemus? Sic cætera vobis manifesta erunt: videbimusque illa puerorum præcepta, hæc virorum fortium fuisse; illa quasi hominibus, hæc quasi angelis constituta. Unde igitur ordiemur? Vultis ab ipsa adoptione ordiamur? Quid discriminis inter hanc et illam est? Illa nomine tenus erat; hæc re ipsa. De illa dicitur, *Ego dixi, Dii estis, et filii Altissimi omnes* (*Psal. 81. 6*). De hac autem, *Ex Deo nati sunt*. Quomodo et qua ratione? Per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti. Et illi quidem postquam filii appellati sunt, spiritum servitutis adhuc habebant: nam servi cum essent, hæc appellatone ornabantur; nos autem liberi tunc effecti, non nomine, sed re honorem accepimus. Et hoc Paulus dicebat: *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater* (*Rom. 8. 15*). Generati namque superne, et ut ita dicam, reformati, sic vocati sumus filii. Sanctitatis vero modum si quis didicerit, quis hic, quis ille, multam hic quoque differentiam videbit. Illi namque quando idola non colebant, cum nec fornicabantur, nec mæchabantur, hoc vocabantur nomine: nos autem non abstinendo ab illis rebus tantum, sed et majora possidendo sancti efficitur. Et primo quidem ex ipso Spiritu illapsu hoc consequimur donum: deinde ex vita longe præstantiore quam Judaica. Et ne ex jactantia dicta putes, audi quid illis dicat: *Nolite lustrare, neque unificare filios vestros, quia populus sanctus estis* (*Deut. 18. 10*). Itaque apud illos hæc sanctitas erat, ab idolorum legibus abstinere; apud nos vero non ita, sed, *Ut sit sancta*, inquit, *corpore et spiritu* (*1. Cor. 7. 34*). *Pacem persequimini et sanctificationem, sine qua nemo videbit Dominum* (*Hebr. 12. 14*); et, *Perficiantur sanctificationem in timore Dei* (*2. Cor. 7. 1*). Non enim hoc nomen, sanctus, in omnibus, de quibus dicitur, eandem habet significationem. Nam Deus sanctus dicitur, sed non sicut nos. Cum enim propheta hanc vocem a Seraphinis audivit, attende

quid dixerit: *Hei mihi, miser ego<sup>1</sup>, quia homo cum sim, impura labia habeo, et in medio populi impura labia habentis ego habito* (*Isai. 6. 5*). Etsi ille et sanctus et purus esset. Verum si nostram cum superna illa sanctitatem comparemus, impuri sumus. Sancti sunt angeli, sancti sunt archangeli, et Cherubim atque Seraphim; sed hujus sanctitatis alia rursum differentia est inter nos videlicet et superiores illas potestates<sup>2</sup>. Possem cætera omnia persequi, sed video orationem longius progressam; quapropter ulteriore missa perquisitione, vobis cætera exploranda relinquemus. Vobis enim licet domi hæc colligendo, differentiam internoscere, et reliqua similiter indagare. *Da sapienti, inquit, occasionem, et sapientior erit* (*Prov. 9. 9*). Initium namque a nobis est, finis erit a vobis. Operæ pretium autem est seriem persequi.

*Gratiam pro gratia* quid significet. — Cum dixisset, *De plenitudine autem ejus nos omnes accepimus*, subdidit, *Et gratiam pro gratia*: ostendens Judæos quoque per gratiam salvos fuisse. Non enim quod multiplicati sitis, sed propter patres vestros elegi vos. Si ergo non ex propriis meritis a Deo electi sunt, palam eos per gratiam hunc esse consequutos honorem. Et nos quoque gratia salvi facti sumus: sed non simili modo. Neque enim iisdem in rebus, sed in multo majoribus et sublimioribus. Non itaque talis est apud nos gratia. Neque enim peccatorum tantum venia nobis collata est; hujus namque cum illis consortes sumus: omnes enim peccaverunt; sed datur etiam justitia, sanctificatio, adoptio, Spiritus gratia longè splendidior et uberior. Per hanc gratiam Deo cari facti sumus, non ultra ut servi tantum, sed etiam ut filii et amici. Ideo inquit, *Gratiam pro gratia*. Etenim legalia quoque ex gratia erant, necnon quod ex nihilo facti simus: non enim ex præcedentibus meritis hanc remunerationem accepimus: quomodo enim, cum non essemus? sed Deus semper beneficiis nos prævenit. Non modo cum nos ex nihilo produxit, sed etiam cum creatis dat ut quæ agenda, quæ non agenda sunt sciamus: et hanc in natura legem nanciscamur: et quod nobis conscientie tribunal incorruptum indiderit, id gratiæ maximæ et ineffabilis benignitatis fuit. Quod item hanc legem jam corruptam, per scriptam legem restauraverit, id gratiæ erat. Nam consentaneum erat, ut qui semel datam legem adulterassent, supplicio et ultioni traderentur. Non hoc autem factum est; sed concessa est emendatio, et venia non debita, sed per misericordiam et gratiam data. Quod enim id ex gratia et misericordia prodierit, audi Davidem dicentem: *Faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriarum patientibus. Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas* (*Psal. 102. 6. et 7*). Et iterum: *Dulcis et rectus Dominus; propter hoc legem dubit delinquentibus in via* (*Ibid. 24. 8*).

<sup>1</sup> Post illud, *miser ego*, Morel. et Mss. pauci addunt, *maxime compunctus*; sed hæc desunt in savil. et in Mss. plurimis.

<sup>2</sup> Juxta Morel., legendum esset, *sed sanctitas Dei tum sanctitati nostræ tum sanctitati potestatum, quæ supra nos sunt, præstat et dissimilis est.*

<sup>1</sup> Juxta alios legendum esset, *Spiritui Dei servientes.*

3. Misericordiæ igitur et miserationum et gratiæ opus illud est, legem accipere. Ideo cum dixisset, *Gratiam pro gratia*, vehementius <sup>1</sup> magnitudini donorum insistens subjungit: 17. *Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est.* Videte quam placide ac paulatim uno verbo et Joannes Baptista et discipulus ad supremam auditores cognitionem evehant, postquam eos in humilioribus exercitarunt? Ille namque postquam secum contulerat eum, qui sine comparatione omnes excedit, sic ejus postea excellentiam ostendit dicens: *Qui ante me factus est*; deinde subdens illud, *Prior me erat*: hic vero multo majus præstitit, minus tamen quam Unigeniti dignitas postularet. Non enim Joanni, sed ei, qui majori quam Joannes apud Judæos erat admirationi, Moysi nempe, ipsum comparat dicens, *Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est.* Et vide prudentiam. Non personarum, sed rerum disquisitionem facit. Nam cum res ipsæ longe majores demonstrarentur, necessario ingrati illi sententiam et opinionem de Christo excipere debebant. Cum enim opera ipsa, quæ nullam habeant vel gratiæ vel odii suspicionem, testificantur, certum etiam impudentibus præbent indicium. Nam qualia illa auctores ediderunt, talia manent et conspicua sunt: quamobrem omni suspitione et exceptione majus est illorum testimonium. Animadvertite autem quam modestam faciat comparationem etiam apud infirmiores. Non enim excellentiam illam verbis extollit, sed nudis nominibus differentiam ostendit, dum gratiani et veritatem, legi, et hanc vocem, *Facta est, huic, Data est*, opponit. Multum autem est inter utramque discrimen. Nam illud, *Data est*, ministri erat, qui ab alio acceptum dedit quibus jussus erat; illud vero, *Facta est*, gratia et veritas, Regis est qui cum potestate peccata omnia dimittit, et donum præparat suum. Quamobrem dicebat, *Dimittuntur tibi peccata* (Marc. 2. 9); et rursum, *Ut autem sciatis quia potestatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Surgens tolle lectum tuum, et vade in domum tuam* (Ibid. v. 10. et 11). Viden' quomodo gratia per eum fiat? Veritatem quoque vide. Gratiam igitur, et hæc et quæ ad latronem spectant, et baptismatis donum, et Spiritus gratia per ipsum data <sup>2</sup> ostendunt; necnon alia plurima: veritatem autem manifestius intelligemus, si figuras didicerimus. Nam quæ in Novo Testamento dispensanda erant, figuræ prius ut figuræ descriperant; Christus autem veniens consummavit. Paucis ergo figuras illas videamus. Neque enim omnia illa recensere præsentis est temporis; a paucis quæ nunc præferam cætera intelligetis. Vultis ab ipsa passione incipiamus? Quid ait figura: Accipite agnum per domos, et immolate, et facite ut præcepit et statuit Dominus (Exod. 12. 3). Christus vero non sic; neque enim præcipit hoc agere: sed ipse sese oblationem et hostiam Patri offert.

<sup>1</sup> Alias legitur, *clarius*, pro, *vehementius*.

<sup>2</sup> Sic Savil., et plurimi Mss.; Morel. vero habet, et *filiorum adoptio nobis per Spiritum data*.

4. Vide quo pacto figura per Moysen data sit, veritas autem per Jesum Christum facta sit. Et rursum in monte Sina, cum Amalecitis contra Hebræos pugnam committerent, manus Moysis ab Aarone et Or utrinque extensæ sustinebantur; Christus autem ipse per sese manus extensas tenuit in cruce. Viden' quomodo figura data, veritas autem facta sit? Rursum lex dicebat, *Maledictus omnis qui non manet in iis quæ scripta sunt in libro hoc* (Deut. 27, 26); gratia vero quid dicit? *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* (Matth. 11. 28); et Paulus, *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum* (Gal. 3. 13). Quia igitur tanta fruimur gratia et veritate, obsecro ne propter doni magnitudinem segniores evadamus. Quanto majori enim dignati sumus honore, tanto majorem virtutem exhibere tenemur. Nam qui parvis acceptis beneficiis parva retulerit, non usque adeo culpandus est: qui vero ad supremum honoris culmen ascendit, posteaque vilia exiguaque rependit, longe majori erit supplicio dignus. Sed absit, ne de vobis talia umquam suspicemur. Confidimus enim in Domino, vos animas vestras versus cælum ceu alis quibusdam extulisse, et a terra abstraxisse, ac dum in mundo versamini, mundana non tractare. Attamen licet tali instructi fiducia, non cessamus vos frequenter de iisdem ipsis monere. Nam et in externis illis certaminibus non prostratos, non supinos jacentes, sed strenuos, currentes, hortantur spectatores omnes. Illos enim semel a victoria exclusos, qui nullo possint hortatu moti surgere, ne vane laborent, sinunt decussos jacere: hic autem non de vobis modo qui vigilatis, sed etiam de iis qui collapsi sunt, est aliquid sperandum, si respiscere velint. Quamobrem nihil non agimus, rogantes, hortantes, exprobrantes, increpantes, laudantes, ut vestram salutem operemur. Ne itaque frequentiore ad probam vitam hortationem ægre fêratis. Non enim ita loquimur ut vos in desidiæ crimen vocemus, sed bona spe fulti monemus. Neque ad vos solum, sed ad nos etiam spectant et hæc et quæ postea dicentur: etenim nos quoque hac egemus doctrina. Etiam si enim a nobis dicantur, nihil tamen vetat quominus hæc nos etiam attingant. Sermo namque peccatis obnoxium corrigit; probum vero ac scelere vacuum ab eo longius adducit. Neque enim nos a peccatis puri sumus. Communis est medicina, remedia omnibus prostant; sed curatio non communis est, licet usus singulorum arbitrio permittatur. Quapropter is qui ut par est remedio utitur, valetudinem recuperat; qui vulnere remedium non admovent, malum auget, et ad deteriorem finem vergit. Ne itaque medicinam ægre feramus; ino potius gaudeamus, si doctrinæ modus acerbum inferat dolorem: nam suavissimum postea nobis fructum afferet. Nihil ad hoc non agamus, ut a plagis et vulneribus, quæ peccati dentes animæ infligunt, liberi, ad æternam vitam proficiscamur; ut Christi conspectu digni, ne ultricibus immanibusque potestatibus illo die tradamur, sed illis quæ nos ad cælorum hereditatem inducant, quæ præparata iis est qui dili-

γ. Ἐλεημοσύνης οὖν ἄρα καὶ οἰκτιρῶν καὶ χάριτος τὸ τὸν νόμον λαβεῖν. Διὰ τοῦτο εἰπὼν, *Χάρις διὰ χάριτος*, ἔτι θερμώτερον \* ἐπαγωνιζόμενος τῷ μεγέθει τῶν δεδομένων, ἐπάγει λέγων· Ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. Εἶδετε πῶς ἡρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἐνὶ βήματι, ὃ τε Βαπτιστῆς Ἰωάννης, ὃ τε μαθητὴς πρὸς τὴν ὑψηλοτάτην τοὺς ἀκροατὰς ἐνάγουσι γνῶσιν, πρότερον τοὺς ταπεινότεροις ἐγγυμνάσαντες; Ἐκεῖνο; μὲν γὰρ πρὸς ἑαυτὸν συγκρίνας τὸν ἀσυγκρίτως ἢ ἀπάντων ὑπερέχοντα, οὕτως αὐτοῦ μετὰ ταῦτα δείκνυσσι τὴν ὑπεροχὴν λέγων, Ὅς ἐμπροσθέρ μου γέγονεν· εἶτα ἐπάγων τὸ, *Πρώτος μου ἦν*· οὗτος δὲ ἐκεῖνον μὲν πολλῶ μείζων ἐποίησε, τῆς δὲ ἀξίας τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἔλαττον. Οὐ γὰρ πρὸς Ἰωάννην, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐκεῖνον μᾶλλον θαυμαζόμενον παρὰ Ἰουδαίους ποιεῖται τὴν σύγκρισιν, τὸν [82] Μωϋσέα λέγων· Ὁ νόμος γὰρ, φησὶ, διὰ Μωϋσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. Καὶ θέα τὴν σύνεσιν· Οὐ τοῦ προσώπου ποιεῖται τὴν ἐξέτασιν, ἀλλὰ τῶν πραγμάτων. Τούτων γὰρ ἀποδειχθέντων πολλῶ μειζόνων ε, ἐξ ἀνάγκης καὶ τοὺς ἀγνώμονας εἰκὸς ἦν παραδέξασθαι τὴν ψῆφον καὶ τὴν ὑπόνοιαν περὶ τοῦ Χριστοῦ. Ὅταν γὰρ τὰ πράγματα μορτυρῆ, τὰ μηδεμίαν ἔχοντα ὑπόψιαν ὡς ἢ πρὸς χάριν τινός, ἢ καὶ πρὸς ἀπέχθειαν τοῦτο ποιοῦντα, ἀναμνησθήτητον καὶ τοὺς ἀγνώμοσι τὴν ψῆφον παρίστησιν. Οἷα γὰρ ἂν αὐτὰ διαθῶσιν οἱ ποιήσαντες, τοιαῦτα μένει φαινόμενα διὰ μάλιστα πάντων ἀνυπόπτος ἢ παρὰ τούτων ἐστὶ μαρτυρία. Ὅρα δὲ καὶ πῶς ἀνεπαχθῆ ποιεῖται τὴν παράθεσιν καὶ παρὰ τοὺς ἀσθενεστέρους. Οὐ γὰρ κατατρεχάζει τὴν λόγῳ τὴν ὑπεροχὴν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὀνομάτων γυμνῶν τὴν διαφορὰν παραδείκνυσσι, χάριν καὶ ἀλήθειαν ἀντιθεῖς νόμῳ, καὶ τὸ, Ἐγένετο, τῷ, Ἐδόθη. Πολὺ δὲ τὸ μέσον ἑκατέρων. Τὸ μὲν γὰρ διακονουμένου ἦν τὸ, Ἐδόθη, λαβόντος παρ' ἑτέρου καὶ ὄντος οἷς προσετάγη δοῦναι· τὸ δὲ, Ἐγένετο, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια, βασιλέως μετὰ ἐξουσίας πάντα ἀφιέντος τὰ ἀμαρτήματα, καὶ αὐτοῦ κατασκευάζοντος τὴν δωρεάν. Διὸ ἔλεγεν· *Ἀφέονται σου αἱ ἁμαρτίαι*· καὶ πάλιν *Ἴνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας*, λέγει τῷ παραλυτικῷ· *Ἐγερθεὶς ἄρον τὴν κλίνην σου, καὶ ἔπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου*. Ὅρᾳ; πῶς ἡ χάρις γίνεται δι' αὐτοῦ; Σκόπει δὲ καὶ τὴν ἀλήθειαν. Τὴν μὲν οὖν χάριν, καὶ ταῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν ληστὴν, καὶ ἡ τοῦ βαπτίσματος; δωρεὰ, καὶ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις; ἡ δὲ αὐτοῦ διδομένη δείκνυσσι ε, καὶ ἕτερα πολλά· τὴν δὲ ἀλήθειαν σαφεστέρην εἰσόμμεθα, ἂν τοὺς τύπους καταμάθωμεν. Τὰς γὰρ μελλούσας ἐπιτελεῖσθαι ἴ ἐν τῇ Κατῆ οἰκονομίᾳ προλαβόντες προδιέγραψαν οἱ τύποι ὡς τύποι· ἐλθὼν δὲ ἐπετέλεσεν αὐτὴν ὁ Χριστός. Ἴδωμεν τοίνυν καὶ τοὺς τύπους ἐν ὀλίγοις· οὐδὲ γὰρ ἅπαντα διελεῖν τὰ τῶν τύπων τοῦ νῦν καιροῦ· ἂν ὡν δὲ παραθήσῃαι τινα μαθόντες, καὶ τὰ λοιπὰ εἴσεσθε. Βούλεσθε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πάθους ἀρξώμεθα; Τί οὖν φησιν ὁ τύπος; Λάβετε ἄρνιον κατ' οἰκίαν, καὶ θύσατε, καὶ ποιήσατε ὡς προσέταξε καὶ ἐνομοθέτησεν. Ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ προστάττει τοῦτο γενέσθαι· ἀλλ' αὐτὸς αὐτὴ γίνε-

ται, θεοσίαν ἑαυτὸν καὶ προσφορὰν τῷ Πατρὶ προσεγγυών.

δ. Ὅρα πῶς ὁ μὲν τύπος ἐδόθη διὰ Μωϋσέως, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐγένετο διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ πάλιν ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ τῶν Ἀμαληκίων πολεμούντων Ἑβραίοις, αἱ χεῖρες ἢ μὲν ἐστηρίζοντο τοῦ Μωϋσέως, αἰρούμεναι ὑπὸ Ἀαρὼν καὶ Ὁρ ἑκατέρωθεν ἐστύτων· ὃ δὲ Χριστὸς παραγενόμενος, αὐτῆς δι' ἑαυτοῦ τὰς χεῖρας τείνας εἶχεν ἴ ἐν τῷ σταυρῷ. Εἶδες πῶς ὁ μὲν τύπος ἐδόδοτο, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐγένετο; Πάλιν ὁ νόμος ἔλεγεν· *Ἐπικατάρατος πῆς ὅς οὐκ ἐμμένει ἐν πίσει τοῖς γῆραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ*· ἡ δὲ χάρις τί φησι; Δεῦτε [83] πρὸς με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πειρομένοις, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· καὶ ὁ Παῦλος, *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρευεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κἀτάρα*. Ἐπεὶ οὖν τοσαύτης ἀπολαύκαμεν χάριτος, καὶ ἀληθείας, παρακάλῳ, μὴ διὰ τὸ μέγεθος τῆς δωρεᾶς γενόμεθα βραθυμότεροι. Ὅσῳ γὰρ μείζονος ἤξιώθημεν τιμῆς, τοσοῦτῳ καὶ πλειονὸς ἐσμεν ἀρετῆς ὀφειλέται. Ὁ μὲν γὰρ μικρὰ εὐεργετηθεὶς, κἂν μικρὰ ἐπιδείξηται, οὐ τοσαύτης ἰκαταγνωσεως ἄξιός ἐστιν· ὃ δὲ πρὸς τὴν ἀνωτάτῃ κορυφῇ τῆς τιμῆς ἀναβῆς, εἶτα χαμαιζήλια καὶ ταπεινὰ ἐπιδεικνύμενος, πολλῶ μείζονος ἔσται κολάσεως ἄξιός. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο περὶ ὁμῶν τοιαῦτα ὑποπτεῦσαι ποτε. Πεποιθᾶμεν γὰρ ἐν Κυρίῳ, ὅτι πρὸς τὸν ὀρατὸν τὰς ψυχὰς ὁμῶν ἐπερωτάτε, καὶ τῆς γῆς ἀπανέστητε, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ ὄντες, οὐ τὰ τοῦ κόσμου μεταχειρίζεσθε. Ἀλλ' ὁμῶς καὶ πεπεισμένοι, οὐ παυόμεθα συνεχῶς τὰ αὐτὰ παρακαλοῦντες. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἐξωθεν ἀγῶσιν, οὐ τοὺς ἀναπατωχάτας, οὐδὲ τοὺς ὑπίτους κειμένους, ἀλλὰ τοὺς ἐνεργούντας, τοὺς ἐτι τρέχοντας ἅπαντες προτρέπονται οἱ θεαταί. Ἐπ' ἐκεῖνων μὲν γὰρ ὡς ἀνόνητα πονοῦντες ἔ, καὶ οὐ δυνάμενοι διὰ τῶν παρακλήσεων αὐτοῦ ἀναστήσασαι, ἀποβραγύντας καθάπαξ τῆς νίκης, οὕτω παύονται ἀκαταγινώσκοντες· ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐφ' ὁμῶν μόνον τῶν νηφόντων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀναπεσόντων, εἰ βουληθεῖεν μεταβαλέσθαι, ἐστὶ τι προσδοκῆσαι χρηστόν. Διὸ καὶ πάντα πράττομεν, παρακαλοῦντες, ἐνεργίζοντες, προτρέποντες, ἐπαίνουντες, ὥστε τὴν ὑμέτεραν πραγματεύεσθαι σωτηρίαν. Μὴ τοίνυν τῆ συνεχῆ τῆ περὶ τῆς πολιτείας δυσχεράνης παραινέσει. Οὐ γὰρ βραθυμίαν κατεγνωκότων ἐστὶ τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ χρηστὰς σφόδρα ἐπιβίδας ἐγόντων περὶ ὁμῶν. Οὐ πρὸς ὑμᾶς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς λέγοντας ταῦτα εἴρηται καὶ εἰρήσεται· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς δεόμεθα διδασκαλίας. Εἰ γὰρ καὶ παρ' ἡμῶν λέγεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲν κωλύει ταῦτα λέγεσθαι. Τὸν μὲν γὰρ εὐρὺν ὑπεύθυνον δεῖτα, ὁ λόγος διωρλώσατο, τὸν δὲ ἐκτὸς καὶ ἀππλλαγμένον, ὡς ποβρωτάτῳ, πάλιν ἀπήγαγεν. Οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἐσμεν καθαροί. Ἥ τε οὖν ἰατρεία καινῆ, τὰ τε φάρμακα ἅπασι πρόκειται· ἡ δὲ θεραπεία λοιπὸν οὐ κοινῆ, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν χωρμένων προαίρεσιν γίνεται. Διὸ καὶ ὁ μὲν δεόντως μεταχειρίζεται ἢ τὸ φάρμακον, ἀπὸνάτῳ τῆς θεραπείας· ὃ δὲ μὴ ἐπιθεῖς τῷ τραύματι, μείζον ἐργάσατο τὸ κακόν, καὶ εἰς τὴν χαλεπωτάτην κατέστρεψε τελευτήν. Μὴ τοίνυν ἀλγῶμεν ἰατρούμενοι, ἀλλὰ πολλῶ μᾶλλον χαίρωμεν, κἂν πικρὰς φέρῃ τὰς δόνας τῆς διδασκαλίας ἢ μεθοδεία· πολὺ γὰρ ἥδιστον ἡμῖν ὑπερον ἐπιδείξεται τὸν καρπὸν. Πάντα οὖν εἰς τοῦτο πράττομεν<sup>m</sup>, ὅπως καθαροὶ τραυμάτων καὶ πληγῶν, ἄς οἱ τῆς ἁμαρτίας ὀδόντες ἐντιθέσῃ τῆ ψυχῇ, εἰς τὸν αἰῶνα ἀπάρωμεν ἐκεῖνον, ἵνα ἄξιοι τῆς δόξης γενώ-

\* Codd 705, 706, σαφέστερον. ἢ Alii ἀσύγκριτον. ἴ Codd. 705 et Savil. μείζονα. ἴ Quidam ἔχοντα αἰτίαν, ὡς. ἴ Sic Sav et plurimi mss. Morel καὶ ἡ διὰ τοῦ Πνεύματος ὑπόθεσις ἡμῶν διδομένη δείκνυσσι. ἴ Alii et Savil. μελλούσας τελεῖσθαι. ἴ Alii et Savil. τοῦ παρόντος καιροῦ. Quidam ibidem ἀπὸ τῶν ὀλίγων δὲ τὸ πᾶν μαθόντες, τοὺς λοιποὺς εἴσεσθε.

ἢ Savil. τῶν Ἀμαληκίων ἐπιστρατεύοντων, αἱ χεῖρες. ἴ Sav. et codd. 705, 706, ἐπέκεινεν ἐν τῷ σταυρῷ. ἴ Savil. οὐ τῆς αὐτῆς, et non ἀνωτέρω. ἴ Alii ἀνόνητα πονοῦντες. ἴ Alii et Savil. γίνεται ὁ μὲν γὰρ ὄρατος δεόντως μεταχειρίζεται. ἴ Sic Savil.; at Morel. πράττομεν καὶ λαγῶμεν.



gunt illum : quam utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Chri-

sti, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA XV.

18. *Deum nemo vidit umquam : Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.*

1. Non ea est Dei voluntas, ut sacræ Scripturæ nomina tantum et verba audiamus, sed ut cum multa prudentia intelligamus. Ideo beatus David plerumque sic Psalmos suos inscripsit, *In intellectum*, et dicebat : *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua (Psal. 118. 18)*. Post ipsam Filius ejus docet, sapientiam quasi argentum exquirendam esse; imo plusquam aurum comparandam (*Prov. 16. 16*). Dominus vero Judæos hortatur, ut scrutentur Scripturas, ad majoremque nos inducit perquisitionem. Neque enim sic loquutus fuisset, si statim a prima lectione hæc intelligi possent. Quod enim in medio positum statim percipitur, nemo scrutatus fuerit; sed id tantum quod obscurum est et multo eget examine. Ideo thesaurum absconditum Scripturas esse dicit, ut ad inquisitionem nos excitet. Hæc autem ideo diximus, ut ne obiter et perfunctorie Scripturæ verba aggrediamur, sed cum accuratone multa. Si quispiam enim sine examine ejus dicta audiat, et omnia secundum litteram accipiat, absurda multa de Deo suspicabitur. Nam illum hominem esse, et æneum, iracundum, furibundum putabit, et his deteriora de illo dogmata excipiet. Si vero profundam ejus mentem edidicerit, absurdus hujusmodi opinionibus liber erit. Nam in hac proposita lectione Deus dicitur sinum habere, quod est corporibus proprium. At nemo ita stultus est, ut incorporeum corpus esse putet. Ut itaque omnia spirituali sensu percipiamus, age alius hunc locum exploremus. *Deum nemo vidit umquam*. Ex qua illud consequentia evangelista dicit? Postquam ostenderit tantam illam donorum Christi magnitudinem, et quam immenso hæc discrimine illa quæ a Moyse dispensata fuerant superarent, vult demum consentaneam differentiam causam aperire. Ille enim servus cum esset, humiliorum rerum minister fuit; hic vero Dominus, rex, regis Filius, longe majora nobis attulit, qui cum patre semper est et videt eum perpetuo. Propterea hæc intulit, *Deum nemo vidit umquam*. Quid ergo dicemus vocalissimo Isaïæ dicenti : *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum (Isai. 6. 1)*? quid Joanni testificantem ipsum hæc dixisse, quando vidit gloriam ejus? quid Ezechieli? nam et ipse super Cherubim sedentem illum vidit: quid Danieli, qui et ipse dicit, *Antiquus dierum sedit (Dan. 7. 9)*? quid et ipsi Moysi dicenti, *Ostende mihi gloriam tuam, ut manifeste videam te (Exod. 33. 13)*? Jacob vero hinc appellationem accepit, Israel vocatus: Israel enim, videns Deum, significat. Alii quoque ipsam viderunt.

*Deus secundum nudam substantiam a nemine visus est.* — Quid ergo Joannes ait, *Deum nemo vidit umquam?* Ut ostenderet illa omnia attemperacionem

quamdam esse, non nudæ substantiæ visionem. Nam si ipsam naturam vidissent, non diverso vidissent modo. Simplex enim illa est, sine figura, sine compositione, incircumscripita; non sedet, non stat, non ambulat. Hæc quippe omnia ad corpora pertinent. Quomodo autem sit, ipse solus novit. Et hoc per prophetam quemdam ipse Deus et Pater declaravit. *Ego, inquit, visiones multiplicavi, et in maxibus prophetarum assimilatus sum (Osee 12. 10)*; id est, Me attemperavi, neque id quod eram apparui. Quia enim Filius ejus in vera carne nobis adventurus erat, jam olim illos exercitabat, ut Dei substantiam viderent, quantum videre poterant. Nam id quod Deus est, non modo prophetæ, sed nec angeli nec archangeli vident: sed si interroges illos, nihil de substantia respondententes audies, sed tantum canentes, *Gloria in excelsis Deo et in terra pax, in hominibus bona voluntas (Luc. 2. 14)*. Si a Cherubinis et Seraphinis aliquid ediscere velis, mysticum sanctificationis melos audies, et, *Pleni sunt cæli et terra gloria ejus (Isai. 6. 3)*. Si supernas virtutes perconteris, nihil aliud comperies, nisi totum illis opus esse Deum laudare : *Laudate, inquit, eum, omnes virtutes ejus (Psal. 148. 2)*. Solus ergo Filius ipsum videt, itemque Spiritus sanctus. Creata quippe natura quomodo increatum videre possit? Nam si incorpoream quamlibet virtutem, etsi ea creata sit, clare conspiciere nequimus, et hoc sæpe in angelis ostensum est, multo minus incorpoream et non factam naturam videre poterimus. Ideo Paulus quoque ait : *Quem nemo hominum vidit, neque videre potest (1. Tim. 6. 16)*. Soline igitur Patri hoc præcipuum competit, non autem Filio? Apage: etiam Filio inest. Quod et illi insit, audi Paulum declarantem : *Qui est imago Dei invisibilis (Coloss. 1. 15)*. Qui autem invisibilis imago est, et ipse invisibilis est; alias non esset imago. Quod si alibi dicat : *Deus manifestatus est in carne (1. Tim. 3. 16)*; ne mireris: nam manifestatio per carnem, non secundum essentiam facta est. Siquidem ipsum invisibilem esse, non modo hominibus, sed etiam supernis virtutibus, ostendit Paulus. Cum dixisset enim, *Manifestatus est in carne*, subdidit, *Visus est angelis*.

2. Itaque tunc angelis visus est, cum carnem induit: antea autem ipsum non ita videbant, siquidem substantia ipsis invisibilis erat. Et quomodo, inquires, dicit Christus, *Ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quod angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est (Matth. 18. 10)*? Quid enim? num faciem habet Deus, et in cælis circumscribitur? Verum nemo ita insanit, ut hæc dicat. Quid ergo nunc dicitur? Quemadmodum cum ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (Matth. 5. 8)*; de illa quæ secundum mentem est visione loquitur, nobis possibili, et de cogitatione Deum respi-

ciente : sic et de angelis dicendum est, ipsos per puram et vigilem naturam suam nihil aliud, quam Deum, semper imaginari. Ideo ipse quoque ait, *Nemo novit patrem, nisi Filius (Matth. 11. 27)*. Quid igitur? omnesne in ignorantia sumus? Absit : sed nemo sic novit, ut Filius. Ut igitur multi <sup>1</sup> pro captu suo ipsum viderunt, substantiam vero, nemo vidit; sic et nunc omnes Deum novimus, substantiam vero ejus quæ sit nemo novit, nisi is qui ex ipso natus est. Cognitionem enim hic dicit certam visionem et comprehensionem, talemque qualem Pater de Filio habet. *Sicut enim cognoscit me Pater, inquit, et ego cognosco Patrem (Joan. 10. 15)*.

*Christus quod in sinu Patris sit, accurate Patrem novit.* — Quapropter vide cum quanta securitate <sup>2</sup> loquatur evangelista. Cum dixisset enim, *Deum nemo vidit unquam*, non addidit, Filius qui vidit, narravit; sed aliquid aliud amplius, quam videre, posuit, cum dixit, *Qui et in sinu Patris*; multo enim amplius quam videre, est esse in sinu Patris. Nam qui solum videt, non accuratam omnino rei visæ cognitionem habet : qui autem in sinu versatur, nihil ignoraverit. Ne ergo audiens, *Nemo novit Patrem, nisi Filius*, dicas, Si amplius quam alii novit, at non novit quantus sit; ideo evangelista dicit ipsum in sinu Patris versari; ipseque Christus se tantum illum nosse dicit, quantum Pater Filium. Contradicentem ergo interroga : cognoscitne Pater Filium? Respondebit, Etiam, nisi insaniat. Deinde interrogare pergamus : Accuratane visionem et cognitionem ipsum novit et videt, ac quidnam sit plane cognoscit? Illud etiam fatebitur. Hinc collige accuratam Filii de Patre cognitionem. Ipse namque dixit, *Sicut novit me Pater, ita et ego cognosco Patrem*; et alibi, *Deum nemo vidit, nisi qui est ex Deo (Joan. 10. 15. et 6. 46)*. Ideo, ut dixi, evangelista solum commemorat, quia hoc uno verbo nobis declarans, quod multa sit substantiæ cognatio et unitas; quod omnino par sit utriusque cognitio, quod par potestas. Non enim aliquem alterius substantiæ Patrem in sinu habuerit : neque ille auderet, si servus et ex aliorum numero esset, in sinu Patris versari : hoc enim veri filii tantum est, qui multa fiducia cum patre utatur, nihilque minus quam ille habeat. Vis æternitatem ejus discere? Audi quæ dicat Moyses de Patre. Cum enim interrogaret, quid, quærentibus Ægyptiis, quis ipsum misisset, responsurus ipse esset, jussus est dicere, *Qui est, misit me (Exod. 3. 14)*. Illud autem, *Qui est*, ipsum semper esse significat, atque etiam sine principio, vere et proprie esse. Hoc significat etiam illud, *In principio erat*, ipsumque semper esse indicat. Hoc igitur dicto hic usus est Joannes, ostendens Filium sine principio et ab æterno in sinu Patris esse. Ne itaque ob nominis consortium putares illum ex eorum numero esse qui per gratiam filii sunt, adest articulus qui distinguat illum ab iis qui per gratiam sunt filii. Quod si hoc tibi non sit

satis, et si adhuc versus terram pronus incedis, magis proprium audi nomen, *Unigenitus*. Sin adhuc humum respicias, non dubitabo humanum de Deo proferre verbum, nempe sinum; tantum ne quidpiam humile suspicaris. Vidistin' benignitatem et providentiam Domini? Indignas sibi voces adscribit <sup>3</sup> Deus, ut vel sic videas, ac magnum quid et sublime cogites; et tu humi repis? Dic enim mihi cur sinus hic memoratur, quod crassum et carnale nomen est? an ut Deum esse corpus suspicemus? Absit, inquires. Cur ergo? Nam si per hoc verbum nec verus Filius esse probatur, nec Deum incorporeum esse statuitur, frustra jactatur hoc dictum nullius usus. Cur ergo dictum est? neque enim ab hac quæstione desistam. Annon palam est ideo prolatum esse, ut non aliud ex illa percipiamus, quam quod ille sit vere Unigenitus, quod coæternus Patri? *Ille enarravit, inquit. Quid enarravit? Deum nemo vidit unquam. Unus est Deus. Sed hoc et reliqui prophetæ, et Moyses frequentissime clamat : Dominus Deus tuus, Dominus unus est (Deut. 6. 4); et Isaias, Ante me non est factus alius Deus, et post me non est (Isai. 43. 10)*.

3. *Quæ, quomodo et quos docuerit Filius Dei. Caritas commendatur. Christiani unum corpus sunt, quod est maximum amicitiae vinculum.* — Quid ergo aliud a Filio didicimus, utpote qui sit in sinu Patris? quid ab Unigenito? Primo quod hæc sint ex ejus operatione : deinde, nos longe clariorem accepisse doctrinam, et cognoscere quod Spiritus sit Deus, et quod qui adorant eum, in spiritu et veritate adorare debeant : insuperque illum ipsum, impossibile esse Deum videre, et neminem ipsum cognoscere, nisi Filium (Joan. 4. 23) : et quod sit Pater veri Unigeniti; et quæcumque alia de illo enarrata sunt. Illud autem, *Enarravit*, clariorem et apertiolem effert doctrinam, quam non Judæis modo, sed etiam toti orbi tradidit et complevit. Prophetis certe ne Judæi quidem omnes attendebant; Unigenito autem Dei totius orbis cessit et credidit. Enarratio itaque hic doctrinæ evidentiam significat : ideoque et Verbum dicitur, et magni consilii Angelus. Quoniam igitur et majore et perfectiore doctrina dignati sumus, Deo non ultra per prophetas, sed per proprium Filium nobis extremis hisce diebus loquente, vitæ institutum longe melius, et tanto honore dignum exhibeamus. Absurdum enim esset, si cum ipse tantum descenderit, ut non ultra per servos suos nos alloqui velit, sed per seipsum : nos nihil amplius quam illi priores exhiberemus. Illi Moysen, nos Moysis Dominum doctorem habemus. Tanti ergo honoris dignam philosophiam proferamus, nihilque habeamus cum terra commune. Ideo namque ille de cælis nobis doctrinam attulit, ut eo cogitationem nostram transferret, et pro virili nostra imitatores Doctoris nostri simus. Et quomodo possumus, inquires, imitatores Christi esse? Si omnia ad communem utilitatem faciamus nec quæ nostra sunt quæramus. *Nam et Christus*

<sup>1</sup> Morel. habet, *prophete*, pro, *multi*.

<sup>2</sup> Idem legit, *accuratione*, pro, *securitate*.

<sup>3</sup> Alii et Morel., *adscribere solet*.





ὁ Θεὸς ἔχει, καὶ ἐν οὐρανοῖς περιγράφεται; Ἄλλ' οὐκ ἂν τις οὕτω μανείη, ὥστε ταῦτα εἰπεῖν. Τί ποτ' οὖν ἔστι τὸ λεγόμενον; Ὡσπερ ἔταν λέγει· *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῆ καρδία, ὅτε αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται*· τὴν κατὰ διάνοιαν ὄψιν φησὶ, τὴν ἡμῖν δυνατὴν, καὶ τὴν ἔννοιαν τὴν περὶ Θεοῦ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀγγέλων εἰπεῖν ἔστιν, ὅτι διὰ τὴν καθαρὰν αὐτῶν καὶ ἀγρυπνον φύσιν οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τὸν Θεὸν αἰετὸν φαντάζονται. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὺς πάλιν φησὶν, *Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός*. Τί οὖν; πάντες ἐν ἀγνοίᾳ ἐσμέν; Μὴ γένοιτο· ἀλλ' οὕτως οὐδεὶς οἶδεν ὡς ὁ Υἱός. Ὡσπερ οὖν εἶδον αὐτὸν οἱ πολλοὶ ἢ κατὰ τὴν ἐγγυρωσάν αὐτοῖς ὄψιν, τὴν δὲ οὐσίαν οὐδεὶς ἐθεάσατο· οὕτω καὶ νῦν ἴσμεν πάντες μὲν τὸν Θεόν, τὴν δὲ οὐσίαν οὐδεὶς οἶδεν ὅ τί ποτὲ ἐστίν, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννηθεὶς ἐξ αὐτοῦ. Γνωσὶν γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἀκριβῆ λέγει· θεωρίαν τε καὶ κατάληψιν, καὶ τοσαύτην ὅσην ὁ Πατὴρ ἔχει περὶ τοῦ Παιδός. *Καθὼς γὰρ γινώσκει με ὁ Πατὴρ, καθὼς γινώσκω τὸν Πατέρα*.

Διὸ καὶ Ὁ εὐαγγελιστὴς ὄρα μεθ' ὅσης φθέγγεται τῆς περιουσίας ε'. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, οὐκ εἶπεν, ὅτι ὁ Υἱὸς ἰδὼν ἐξηγήσατο, ἀλλ' ἕτερον τι πλέον τοῦ ἰδεῖν ἔθηκεν, εἰπὼν, ὅτι Ὁ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρὸς. Τοῦ γὰρ ἰδεῖν τὸ καὶ ἐν τῷ κόλπῳ ἐνδαιτῆσθαι πολλῶν πλέον ἐστίν. Ὁ μὲν γὰρ ἀπλῶς ὄρων, οὐ πάντως ἀκριβῆ τοῦ φαινομένου τὴν γνῶσιν ἔχει· ὁ δὲ τοῖς κόλποις ἐνδαιτῆσθαι, οὐδὲν ἀγνοήσειε ποτε. Ἀκούων οὖν, ὅτι *Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός*, ἵνα μὴ λέγῃς δ, ὅτι εἰ πλέον ἀπάντων οἶδε τὸν Πατέρα, ἀλλ' οὐκ ὅσος ἐστὶν οἶδε· διὰ τοῦτο δὲ Ἐὐαγγελιστὴς ἐν τῷ κόλπῳ αὐτὸν δαιτῆσθαι τοῦ Πατρὸς λέγει, αὐτὸς τε ὁ Χριστὸς τοσοῦτον αὐτὸν εἰδέει φησὶν, ὅσον ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν. Ἐρωτήσων οὖν τὸν ἀντιλέγοντα· Ἀρά γε, εἰπέ, γινώσκει τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ; Καὶ ἐπεὶ πάντως, ἂν μὴ μαίνηται, ὅτι Ναί. Μετὰ τοῦτο κάκεινο ἐρώμεθα ε' πάλιν αὐτόν· Τί δὲ, ἀκριβῆ τὴν ὄρασιν καὶ γνῶσιν αὐτὸν ὄρεξαι καὶ γινώσκει, καὶ τοῦτο ὅπερ ἐστὶν οἶδε σαφῶς; Καὶ πάντως καὶ τοῦτο ἐρεῖ. Ἀπὸ γοῦν τούτου λοιπὸν συνάγαγε τὴν ἀκριβῆ τοῦ Υἱοῦ περὶ τοῦ Πατρὸς κατάληψιν. Αὐτὸς γὰρ εἶπεν, ὅτι *Ὁς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, οὕτω καὶ ἐγὼ [87] αὐτὸν γινώσκω*· καὶ ἄλλαχθ, *Οὐχ ὅτι Θεὸν τὶς ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ*. Διὰ τοῦτο, ὅπερ ἔφη, καὶ ὁ Ἐὐαγγελιστὴς τοῦ κόλπου μέμνηται, πάντα διὰ τοῦ ἐνὸς ῥήματος τούτου ἡμῖν ἐμφαίνων, ὅτι πολλὴ τῆς οὐσίας ἡ συγγένεια καὶ ἡ ἐνότης ε', ὅτι ἀπαράλλακτος ἡ γνῶσις, ὅτι ἴση ἡ ἐξουσία. Οὐ γὰρ τὸν ἑτεροῦσιον ἐν τοῖς κόλποις ἂν ἔσχεν ὁ Πατὴρ· ἀλλ' οὐδὲ ἂν αὐτὸς ἐτόλμησε, δοῦλος ὢν καὶ τῶν πολλῶν εἰς, ἐν τῷ κόλπῳ στρέφεσθαι ε' τοῦ Δεσπότη· τοῦτο γὰρ υἱοῦ γνησίου μόνου. καὶ πολλῆ τῆ παρῆσις πρὸς τὸν γεννηνηκῶτα χρωμένον, καὶ οὐδὲν ἕλαττον ἔχοντος. Βούλει καὶ τὸ ἄτιδον μαθεῖν; Ἀρωσον εἰ φησὶν ὁ Μωϋσῆς περὶ τοῦ Πατρὸς. Ἐρωτήσας γὰρ, εἰ ἐρωτηθεὶς παρὰ τῶν Αἰγυπτίων, τίς ὁ ἀπεσταλκὸς αὐτὸν εἶη, τί ποτε δὴ καὶ ἀποκρίνηται πρὸς αὐτούς, κελύεται

εἰπεῖν, ὅτι Ὁ ὢν ἢ ἀπέσταλκέν με. Τὸ δὲ, Ὁ ὢν, τοῦ αἰετὸν εἶναι σημαντικόν ἐστίν, καὶ τοῦ ἀνάρχως εἶναι, καὶ τοῦ ὄντως εἶναι καὶ κυρίως. Τοῦτο καὶ τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν*, ἐμφαίνει, τοῦ αἰετὸν εἶναι δηλωτικόν ὄν. Τούτω δὴ οὖν ἐνταῦθα κέχρηται τῷ ῥητῷ ὁ Ἰωάννης, δεικνύς ὅτι ἀνάρχως καὶ αἰδίως ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρὸς ἐστὶν ὁ Υἱός. Ἴνα τοίνυν μὴ ἰ διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος κοινωνίαν ἕνα τινὰ τῶν χάριτι γενομένων υἱῶν εἶναι νομίσης αὐτὸν, πρῶτον μὲν πρόσκειται τὸ ἄρθρον διαιροῦν αὐτὸν τῶν κατὰ χάριν. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἀρκεῖ σοι, ἀλλ' ἔτι κάτω κύπτεις, τούτου κυριώτερον ἄκουε ὄνομα τὸ, *Μονογενῆς*. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν κάτω βλέπεις, οὐ παρατήσομαι πως καὶ ἀνθρωπίνην τινὰ ῥῆσιν εἰπεῖν περὶ τοῦ Θεοῦ, τὴν τοῦ κόλπου λέγω, μόνον ἵνα μὴδὲν ὑποπεύσῃς ταπεινῶν. Εἶδες φιλανθρωπίαν καὶ κηδεμονίαν Δεσπότη; Ἀνάξια ῥήματα περιτίθεισιν ἑαυτῷ ὁ Θεός, ἵνα καὶ ἰ οὕτω διαβλήσῃ, καὶ μέγα τι καὶ ὑψηλὸν ἐνόησῃ; καὶ σὺ κάτω μένεις; Εἰπέ γὰρ μοι· τίνος ἕνεκεν ὁ κόλπος ἐνταῦθα παρείληπται, τὸ παχὺ τοῦτο ὄνομα καὶ σαρκικόν; Ἴνα σῶμα τὸν Θεὸν ὑποπεύσωμεν; Ἀπαγε, οὐδαμῶς, φησὶ. Τίμος οὖν ἕνεκεν εἰρηται; Εἰ γὰρ μήτε ἡ γνησιότης τοῦ Υἱοῦ παρίσταται διὰ τοῦτο, μήτε τὸ μὴ σῶμα εἶναι τὸν Θεόν, περιττῶς προσῆρῖπται τὸ ῥητὸν, οὐδεμίαν χρεῖαν πληροῦν. Τίμος οὖν ἕνεκεν εἰρηται; οὐ γὰρ ἀποστήσομαι σου τοῦτο πυνθανόμενος. Οὐκ εὐθελον ἔτι οὐδὲν ἕτερον· ἢ ἵνα μὴ ὑπελάθωμεν δι' αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ τὸ γνήσιον τοῦ Μονογενούς, καὶ τὸ συναίδιον τῷ Πατρί; Ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, φησὶ. Τί ἐξηγήσατο; Ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὅτι εἰς ἐστὶν ὁ Θεός. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ οἱ λοιποὶ προφήται, καὶ Μωϋσῆς ἄνω καὶ κάτω βοᾷ· *Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἰς ἔσθι*· καὶ ὁ Ἡσαίας· *Ἐμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος Θεός, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἐστίν*.

γ'. Τί οὖν πλέον ἐμάθομεν ἢ παρὰ τοῦ Υἱοῦ, ὡς ἐν τοῖς κόλποις ὄντος τοῖς πατρικοῖς; τί παρὰ τοῦ Μονογενούς; Ὅτι πρῶτον μὲν καὶ αὐτὰ ταῦτα τῆς ἐνεργείας [88] ἐστὶ τῆς ἐκείνου· ἔπειτα, πολλῶν τρανοτέρων ἐδεξάμεθα τὴν διδασκαλίαν, καὶ ἔγνωμεν ὅτι πνεῦμα ὁ Θεός, καὶ τοὺς προσκυνούοντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν· καὶ ἔτι αὐτὸ τοῦτο, ὅτι Θεὸν ἰδεῖν ἀδύνατον, καὶ δεῖ οὐδεὶς αὐτὸν γινώσκειν, εἰ μὴ ὁ Υἱός· καὶ δεῖ ὁ Πατὴρ εἶναι γνησίον Μονογενούς· καὶ τὰ ἄλλα ὅσα περὶ αὐτοῦ διελέχθη. Τὸ δὲ, *Ἐξηγήσατο*, τὴν τρανοτέραν καὶ σαφετέραν δεικνύσι διδασκαλίαν, ἣν οὐ πρὸς Ἰουδαίους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπασαν ἐποιήσατο τὴν οἰκουμένην. καὶ κατάρθωσε. Τοῖς μὲν οὖν προφήταις οὐδὲ Ἰουδαῖαι πάντες προσεῖχον· τῷ δὲ Μονογενεῖ τοῦ Θεοῦ πᾶσα ἡ οἰκουμένη καὶ εἶξε καὶ ἐπέσθη. Ἡ τοίνυν ἐξήγησις ἐνταῦθα τὸ σαφέστερον τῆς διδασκαλίας δηλοῖ· διὸ καὶ Λόγος λέγεται, καὶ Μεγάλῃς βουλῆς ἄγγελος. Ἐπεὶ οὖν καὶ μελίζονος καὶ τελειοτέρας κατηξιώθημεν τῆς διδασκαλίας, οὐκ ἔτι διὰ προφητῶν, ἀλλὰ διὰ τοῦ Υἱοῦ λαλήσαντος ἡμῖν τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων, πολλῶν μελίζονα καὶ ἀξίαν πολιτεῖαν ἐπιδειξόμεθα τῆς τιμῆς. Καὶ γὰρ ἄποπον, αὐτὸν μὲν καταβῆναι τοσοῦτον, ὡς μηκέτι διὰ τῶν δούλων ἡμῖν ἐθέλειν διαλέγεσθαι, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ· ἡμεῖς δὲ τῶν προτέρων μὴδὲν ἐπιδειξάσθαι πλέον. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν Μωϋσῆα, ἡμεῖς δὲ τὸν Μωϋσῆως Δεσπότην διδάσκα-

\* Sav. ἐπὶ τῶν ἀγγέλων ἐκλήπτεον. ἢ Sic Savil. Morel. οἱ προφῆται. ε' Sic Savil. et mss. Mor. τῆς ἀκριβείας. δ Sic alii et Savil. Morel. ἰν' οὖν ἀκούων ὅτι οὐδεὶς... ὁ Υἱός, μεθ' αὐτῶν λέγει. \* Alii ἐροῦμεν. † Ἡ συγγένεια καὶ ἡ ἐγγύτης, sic Savil. et Morel. et quidam mss. nostri. Col. 705, 706 καὶ ἐγγύτης, sine articulo. Unus meius καὶ ἐνότης, quem sequimur. Ἐγγύτης enim etiam de eo qui alterius sit substantivus dici potest, scilicet de ἑτεροῦσιον, contra quam Chrysostomus subinfert: οὐ γὰρ τὸν ἑτεροῦσιον ἐν τοῖς κόλποις ἂν ἔσχεν ὁ Πατὴρ. § Morel. et mss. p. urini στρέφεσθαι. Savil. τρέφεσθαι.

ἢ Alii et Savil. εἶη, τί κελύεται ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς; ἤκουσαν εἰπέ ὅτι « Ὁ ὢν. » † Savil. ἵνα γὰρ μὴ. ‡ Alii et Morel. περιτιθέειν ἑαυτῷ δέχεται, ἵνα καὶ. \* Alii et Morel. οὐκ ἐστὶν ἔτι ἡμεῖς δὲ καὶ τὸ πλέον ἐμάθομεν· deinde post τοῖς πατρικοῖς; τί παρὰ τοῦ μονογενούς; πρῶτον μὲν. In Mor. ed. hac sensus jacent. Sed inss. cum Sav. consonant.

λον ἔχομεν. Οὐλοῦν ταύτης τῆς ἁ τιμῆς ἀξίαν φιλασκαίαν ἐπιδειξόμεθα, καὶ μὴδὲν ἔχομεν κωνὸν πρὸς τὴν γῆν. Διὰ γὰρ τοῦτο ἡμῖν ἀνωθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν διδασκαλίαν ἐκόμισεν, ἵνα ἐκεῖ μεταστήσῃ τὴν διάνοιαν, ἵνα μιμηταὶ τοῦ διδασκάλου γενώμεθα κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν. Καὶ πῶς, φησὶν, ἔστι μιμητὰς ἢ γενέσθαι τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ κοινωφελὲς ἅπαντα πραγματευομένους, καὶ μὴ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦντας. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς, φησὶν, οὐχ ἑαυτῷ ἤρρεσεν, ἀλλὰ καθὼς γέγραπται· *Οἱ ὄνειδιζομενοὶ τῶν ὄνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. Μηδεὶς τοιγαροῦν τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖτω.* Οὕτω γὰρ τις τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖ, ἂν τὸ τοῦ πλησίον σκοπῇ· καὶ γὰρ τὰ ἐκείνων ἡμέτερα. *Σῶμά ἐσμεν ἐν, καὶ ἀλλήλων μέρη καὶ μέλη.* Μὴ τοῖνον ὡς διεσπασμένοι διακώμεθα, μὴδὲ λεγέτω τις· *Ὁ δεῖνά μοι φίλος οὐκ ἔστιν, οὐδὲ συγγενῆς, οὐδὲ γείτων, οὐδὲ ἔχω τι κοινὸν πρὸς αὐτόν· πῶς προσελεύσομαι; πῶς διαλέξομαι;* Εἰ γὰρ καὶ μὴ συγγενῆς, μὴδὲ φίλος ἔστιν, ἀλλ' ἀνθρωπὸς ἔστι, τῆς αὐτῆς σοῦ μετέωρος φύσεως, τὸν αὐτὸν ἔχων Δεσπότην, ὁμοδουλος καὶ ὁμόσκηνος· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ γέγονε κόσμος. Εἰ δὲ καὶ τῆς πίστεως μετέχει τῆς αὐτῆς, ἰδοὺ σοὶ καὶ μέλος γέγονε. Ποία γὰρ φιλία τοσαύτην ἔνωσιν ἐργάσασθαι δύναται· ἂν, ὅσην τῆς πίστεως ἢ συγγενείας; Οὐ γὰρ ὅσην φίλους πρὸς φίλους ἐπιδεικνύσθαι χρῆ τὴν ἐγγύτητα, καὶ τοσαύτην ἡμᾶς ἔχειν δεῖ τὴν πρὸς ἀλλήλους οἰκειώσιν· ἀλλ' ὅσην μέλος πρὸς μέλος. Τοῦτου γὰρ τοῦ τρόπου τῆς φιλίας καὶ κοινωνίας ὁ ἄλλην μείζονα οἰκειώσιν οὐκ ἂν τις εὕροι ποτέ. *Ἄσπερ οὖν οὐκ ἂν δύνατο λέγειν [89]· Πόθεν μοι οἰκειότης καὶ ἐγγύτης πρὸς αὐτόν; καταγέλαστον γὰρ τοῦτο· οὕτως οὐδὲ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ δυνήσῃ τοῦτο εἰπεῖν. Οἱ γὰρ πάντες εἰς ἐν σῶμα ἐβαπτίσθημεν,*

<sup>a</sup> Al. ei Sav. ἔχομεν. Ταύτης οὖν τῆς. <sup>b</sup> Alii ἡμέτεραν. Πῶς δὲ ἔστι μμ. <sup>c</sup> Alii φιλίας καὶ κηδεμονίας.

φῆσι. Διατί εἰς ἐν σῶμα; Ὅστε μὴ διεσκάσθαι, ἀλλὰ τῇ πρὸς ἀλλήλους συνόδῳ καὶ φιλίᾳ σώματος ἐνὸς ἀκολουθίαν διατηρεῖν. Μὴ δὲ καταφρονήσωμεν ἢ ἀλλήλων, ἵνα μὴ ἑαυτῶν ὑπερίδωμεν. Οὐδεὶς γὰρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησε, φησὶν, ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτήν. Διὰ τοῦτο οἰκίαν μίαν τοῦτον ἡμῖν τὸν κόσμον ἔδωκεν ὁ Θεός, πάντα ἐξίσου διένειμεν, ἵνα ἀνῆψε πᾶσιν ἥλιον, ἵνα ἐξέτειναν ὄροφον, τὸν οὐρανὸν, μίαν ἀνῆκε τράπεζαν, τὴν γῆν. Ἐδῶκε καὶ ἕτεραν ταύτης πολλῶ μείζονα τράπεζαν, ἀλλὰ καὶ ταύτην μίαν· ἴσασι οἱ συμμύζται τὸ λεγόμενον· ἕνα τρόπον γεννήσεως ἅπασιν ἐχαρίσατο τὸν πνευματικόν· μία πᾶσι πατρίς, ἢ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἐκ τοῦ πηγήριου τοῦ αὐτοῦ πάντες γενόμενοι. Οὐ τῶ μὲν πλουτοῦντι πλεόν καὶ τιμιώτερον, τῶ πέντη δὲ εὐτελέστερον καὶ ἔλαττον ἐχαρίσατο, ἀλλὰ πάντας ἐξίσης ἐκάλεσε· τὰ σαρκικὰ ὁμοτιμῶς, τὰ πνευματικὰ ὁμοίως παρέσχε. Πόθεν οὖν ἡ ἀνωμαλία πολλὴ κατὰ τὸν βίον; Ἐκ τῆς τῶν πλουτοῦντων πλεονεξίας τε καὶ ἀλαζονείας. Ἄλλὰ μὴ, ἀδελφοί, μηκέτι ταῦτα γενέσθω, μὴδὲ τῶν καθολικῶν καὶ ἀναγκαιοτέρων εἰς τὸ αὐτὸ συναγόντων ἡμᾶς, ἀπὸ τῶν γῆινων καὶ εὐτελῶν· διαιρώμεθα, πλοῦτου λέγω, καὶ πενίας, καὶ συγγενείας σωματικῆς, καὶ ἐχθρας καὶ φιλίας. Ταῦτα γὰρ πάντα σκιά, καὶ σκιάς εὐτελέστερα, τοῖς τὸν σύνδεσμον ἔχουσι τῆς ἀγάπης ἀνωθεν. Τοῦτον οὖν φυλάττωμεν ἀβραγῆ, καὶ οὐδὲν ἐπεισελεῖν δυνήσεται τῶν πνευματικῶν τῶν πονηρῶν· καὶ διαιρούντων τὴν τοσαύτην ἔνωσιν· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>d</sup> Savil. et alii διατηρεῖν. Μὴ δὲ καταφρονώμεν, κ. τ. λ. Mor. οὐκοῦν οὕτω κηδόμεθα τῶν πλησίον, ὡς ἕκαστος ἡμῶν τὴν ἑαυτοῦ μὴ ὑπερορῶν σάρκα. Οὐδεὶς. <sup>e</sup> Mor. γῆινων, καὶ μερικῶν. Savil. γῆινων καὶ εὐτελῶν. <sup>f</sup> Sic Sav. et Mor. Alii τῶν παθημάτων τῶν πονηρῶν, καὶ διαιρούντων τῆς ποδὸς αὐτὸν ἐνώσεως.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΙΓ'.

*Αὕτη γὰρ ἔστιν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευῖτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτόν· Σὺ τίς εἶ;*

α'. Δεινὸν ἢ βασκανία, ἀγαπητὲ, δεινὸν καὶ ὀλέθριον τοῖς βασκανοῦσιν, οὐ τοῖς βασκανογόμενοις. Πρώτους γὰρ αὐτούς λυμάνεται καὶ διαφθείρει, καθάπερ ἰός τις θανατηφόρος ἐγκαθάρμενος αὐτῶν ταῖς ψυχαῖς. Εἰ δὲ που καὶ τοὺς φθονομένους παραβιάσει, μικρὴν καὶ οὐδεὶν; ἀξίαν βλάβην, καὶ μείζον τῆς ζημίας τὸ κέρδος ἔχουσαν. Καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς βασκανίας [90] μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων, οὐχ ὁ παθὼν κακῶς, ἀλλ' ὁ δράσας κακῶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὴν βλάβην δεξάμενος. Οὐδὲ γὰρ ἂν, εἰ μὴ τοῦτο ἦν, ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν προσέταξεν ὁ Παῦλος τοῖς μαθηταῖς, *Διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; λέγων· διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε;* Οἶδε γὰρ ἀκριβῶς οὐ τῷ πείνοντι κακῶς, ἀλλὰ τῷ ποιοῦντι κακῶς, τὸν βλεβρον ἐπόμενον πανταχοῦ. Ταῦτα δὲ μοι πάντα διὰ τὴν βασκανίαν εἰρηται· τὴν Ἰουδαϊκὴν. Οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν πλείων ἐκχυθέντες πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων καταγόντες τῶν οἰκείων, καὶ βαπτισόμενοι, αὐτοῦ μετὰ τὸ βάπτισμα καθάπερ ἐκ τινος μεταμελείας πέμπουσιν ἐρωτῶντες αὐτόν· *Σὺ τίς εἶ;* Ὅντως γεννήματα ἐχιδνῶν καὶ ὄφεις, καὶ εἰ τι τοῦτων χαλεπώτερον. Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς καὶ δειστρομμένη, μετὰ τὸ βάπτισμα, τότε τὸν βαπτιστὴν περιεργάζη καὶ πολυπραγμονεῖς; Καὶ τί ταύτης τῆς ἀλογίας ἀλογώτερον γένοιτ' ἂν; Πῶς ἐξήγετε ἃ; πῶς

<sup>a</sup> Mor. πῶς ἐξήγετε, male. Savil. πῶς· ἐξήγετε. Quidam mss. πῶς· ἐξήγετε. Alii πῶς· ἐξήγεσθε.

ἐξωμολογήσθε τὰ ἁμαρτήματα; πῶς ἐπετρέχετε τῷ βαπτίζοντι; πῶς αὐτὸν ἠρωτᾶτε περὶ τῶν πρακτέων; Ταῦτα γὰρ ὑμῖν ἅπαντα ἀλόγως ἐπράττετε, τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἀγνοοῦσιν. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων εἶπεν, οὐδὲ ἐνεκάλεσεν ὁ μακάριος Ἰωάννης, οὐδὲ ὠνείδισεν, ἀλλὰ μετὰ ἐπιεικείας ἀπάσης; ἀποκρίνεται πρὸς αὐτούς. Τίνος δὲ ἔνεκεν τοῦτο ἔποιε, ἐκεῖνο μαθεῖν ἄξιον, ὥστε πᾶσιν αὐτῶν κατὰδῆλον τὴν κακουργίαν γενέσθαι καὶ φανεράν· Πολλάκις πρὸς Ἰουδαίους ἐμαρτύρησεν ὁ Ἰωάννης τῷ Χριστῷ, καὶ ὅτε ἐβάπτισεν αὐτούς, συνεχῶς αὐτοῦ πρὸς τοὺς παρόντας ἐμέμνητο, καὶ ἔλεγεν· *Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω ἐν ὕδατι· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστίν· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ.* Ἐπαθον ἂν τι ὁ πρὸς αὐτὸν ἀνθρώπινον πάθος. Εἰς γὰρ τὴν τοῦ κόσμου δόξαν ἐπονημένοι, καὶ τὰ κατὰ πρόσωπον βλέποντες, ἀνάξιον εἶναι ἐνόμιζον ὑποτάσσεσθαι αὐτὸν τῷ Χριστῷ. Τὸν μὲν γὰρ Ἰωάννην πολλὰ τὰ δεικνύοντα λαμπρῶν ἦν· καὶ πρῶτον, τὸ γένος ἐπίσημον καὶ περιφανές· ἀρχιερέως γὰρ ἦν υἱός· ἔπειτα ἡ δαίτια καὶ ἡ σκληραγωγία, ἢ τῶν ἀνθρωπίνων ὑπεροφία πάντων· καὶ γὰρ ἐσθῆτος, καὶ τραπέζης, καὶ οἰκίας, καὶ τροφῆς δὲ αὐτῆς ὑπεριδῶν, κατὰ τὴν ἔρημον τὸν ἐμπροσθεν διέτριβε χρόνον. Ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ πᾶν τούναντίον ἦν· τό τε γὰρ γένος εὐτελές· ὃ καὶ πολλάκις αὐτὸ προῦφερον λέγοντες· *Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτορος υἱός;*

<sup>b</sup> Savil. τίος οὖν ἔνεκεν. Ibid. Savil. ἐκεῖνο μαθεῖν· ἔτιον Mor. εἰπεῖν. <sup>c</sup> Savil. ἐπαθόν τι.

enim parvam injecerat scintillam, repente flamma in altam erupit. Nam qui prius Joannis verbis non at-tenderant, demum dicunt : *Omnia quæ Joannes dixit, vera sunt (Joan. 10. 42).*

3. Alioquin autem si circumeundo ista dixisset, hæc humano studio peracta visa fuissent, ac prædicatione deinceps in suspicionem venisset. *Et audierunt eum duo discipuli ejus, et sequuti sunt eum.* Atqui alii quoque erant Joannis discipuli, verum illi non modo non sequuti sunt, sed etiam ipsi invidebant : dicebant enim, *Rubbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, et omnes veniunt ad eum (Joan. 3. 26).* Ac rursus iidem ipsi ineusantes dicunt : *Quare nos jejunamus, et discipuli tui non jejunant (Matth. 9. 14)?* Verum qui aliis erant meliores, non ita affecti erant, sed statim atque audierunt, sequuti sunt. Sequuti sunt autem, non quod pristinum doctorem spernerent, sed quod ipsi maxime obtemperarent; et argumentum erat maximum illos ex rectæ mentis ratiocinio id egisse. Non enim hortatu ad id adducti sunt, quod suspiciosum fuisset; sed quia tantum prædixerat ipsum esse baptizatum in Spiritu sancto, sequuti sunt eum. Non ergo magistrum reliquerunt, sed ediscere voluerunt quid amplius ille ferret, quam Joannes. Et animadvertite verecundam diligentiam. Non enim statim accedentes Jesum interrogarunt de necessariis magnisque rebus : neque palam omnibus præsentibus, et perfunctorie : sed seorsim ipsum alloqui studuerunt. Scribant enim doctoris sui verba non ex modestia, sed ex veritate profisci-sci. 40. *Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant a Joanne, et sequuti sunt eum.* Cur ergo alterius nomen non profert? Quidam dicunt eum qui hoc scripsit, ipsum esse qui sequutus est; alii contra, quia ille non ex conspicuis erat, nihil præter necessaria sibi dicendum esse putasse. Quid enim utilitatis ex indicato nomine, quando neque septuaginta duo discipulorum nomina proferuntur? Id quod etiam apud Paulum observes dicentem : *Misimus cum illo fratrem in multis sæpe studiosum, cujus laus est in evangelio (2 Cor. 8. 18).* Andreæ autem meminît ob aliam causam. Quænam illa? Ut cum audieris, Simonem ubi cum illo audisset, *Venite post me, et faciam vos piscatores hominum (Matth. 4. 19)*, non dubitasse de tam inexpectata promissione, discas fratrem ejus jam ante fidei fundamenta jecisse. 38. *Conversus autem Jesus, et videns eos sequentes, dicit eis : Quid quæritis?* Hinc docemur Deum donis non prævenire voluntates nostras; sed ubi nos incepimus, cum voluntatem præmissimus, tunc plurimas ille nobis dat salutis occasiones (a). *Quid quæritis?* Quid hoc est? qui novit corda hominum, cui cogitationes nostræ patent, hic interrogat? Sed non ut discat, (quomodo enim id dici possit?) sed ut per interrogationem illos sibi magis conciliet, majoremque indat fiduciam, illosque colloquio dignos

ostendat. Verisimile enim est illos, utpote ignotos, erubuisse et formidasse, qui talia de magistro audissent. Hæc itaque omnia abigens, verecundiam nempe et metum, interrogat illos; nec sinit cum silentio domum pervenire. Etiam si vero non interrogasset, perstitissent ipsum sequendo, et in domum usque cum illo pervenissent. Cur ergo interrogat? Ut id quod dixi efficeret, ut erubescerent illos hæsitantesque firmaret, ac fiduciam inderet. Neque tantum sequendo, sed etiam per interrogationem illam desiderium suum exhibuerunt. Cum enim nihil ab illo edidicissent vel audissent, magistrum tamen vocant, sese discipulis annuerantes, et cur sequantur ostendentes, ut nempe utilia audirent. Animadvertite, quæso, illorum prudentiam. Non dixerunt, *Doctrina aut re quapiam necessaria nos imbue : sed quid dicunt? Ubi manes?* Nam quiete, ut jam dixi, ipsum alloqui, audire et discere cupiebant. Ideo nec differunt, nec dicunt, *Die crastino veniemus, et te publice loquentem audiemus : sed magnum audiendi studium præ se ferunt, quod ne quidem instante hora recedant* ; nam sol ad occasum vergebat : *Erat quippe hora circiter decima, inquit.* Ideo Christus domum non docet, non locum, sed ut sequantur magis allicit, ostendens se illos in suos accepisse. Ideoque non quid simile dicit : *Intempestivum esset vos nunc domum ingredi, audietis cras quod voletis, nunc domum abite ; sed quasi amicos ex diuturna consuetudine ipsos alloquitur.* Cur ergo alibi dicit : *Filius hominis non habet ubi caput reclinet (Luc. 9. 58) ;* hic vero, 39. *Venite, et videte ubi maneam?* Quoniam illud, *Non habet ubi caput reclinet,* significat illum proprium sibi diversorium non habuisse, non quod in domo quapiam non maneret : id enim parabola significat. Evangelista porro dicit, ipsos die illa cum eo mansisse : cur autem ita factum sit, non addidit, quod manifesta res esset. Neque enim alia de causa sequuti sunt eum, vel Christus accivit eos, quam ut doctrinam acciperent : quam tam copiose et cum tanto studio una nocte per-ceperunt, ut mox uterque ad alios advocandos properaret.

4. *Doctrinæ Christi omnia postponenda. Cibi animæ qui sint. Contra theatra.* — Hinc nos quoque discamus omnia divinæ doctrinæ postponere, nullumque tempus non opportunum æstimare; sed etsi in alienam domum ingredi oporteat, etiamsi ignotum homines proceres ignotos adire, etiamsi intempestive et quovis tempore, nunquam hoc commercium esse negligendum. Cibus ergo, balnea, cœnæ, aliaque ad vitam pertinentia, suum tempus habeant : doctrina vero supernæ philosophiæ nullam habeat definitam horam, sed omne tempus ipsi proprium esto. *Oppor-*

<sup>1</sup> Hic multa addit Fr. Aretinus, quæ in nullo exemplari Græco habentur: vertit enim : *Ne horam quidem dimittentes. [ Et animadvertite animi ardorem. O memorabilem illorum sapientiam, o diligentiam, o in magistrum fidem! ] Et enim iam sol, etc. Quæ vero clauduntur uncinis nusquam exstant in Græcis editis et manuscriptis.*

<sup>2</sup> Juxta Morel. legendum esset, *ad aliorum januam properaret.*

(a) Hæc cum quadam exceptione intelligenda sunt.

tunc, inquit, importune argue, obsecra, increpa (2. Tim. 4. 2). Propheta quoque ait: *In lege ejus meditabitur die ac nocte* (Psal. 1. 2): Moyses quoque Judæis hoc semper facere præcipiebat. Nam ea quæ ad vitam spectant, balnea dico et cœnæ, etsi necessaria sint, si frequentius adhibeantur, corpus extenuant: animæ autem doctrina quanto magis inculcatur, tanto fortiolem reddit animam. Nunc autem nugis inutiliter omne tempus consumimus, auroram, matutinum, meridiem, vesperam in constituto loco vane impendimus; divina autem dogmata si semel aut bis per hebdomadam audiamus, torpescimus, nauseamus. Quare? Quia animo prave affecti sumus. Appetitum studiumque ejus circa istæc omne dissolvimus; ideoque spiritualem escam non appetimus. Magnum hoc præter alia est ægritudinis indicium, cum non esurimus, nec sitimus, sed utrumque nobis fastidiosum est. Si autem hoc, cum in corpore accidit, gravis morbi indicium et causa est; multo magis in anima. Quomodo igitur illam lapsam et dissolutam erigere poterimus? quibus operibus? quibus verbis? Si divinos sermones, propheticos, apostolicos, evangelicos aliosque omnes tractemus. Tunc enim sciemus longe melius esse his uti cibis, quam impuris aliis; sic enim licet intempestivas nugas et confabulationes vocare. Quid enim, quæso, melius, de forensibus, de judicialibus, de militaribus rebus, an de cælestibus loqui, deque iis quæ post hanc vitam eveniunt? quid utilius, de vicino et ejus negotiis loqui, ac de alienis curiose perquirere, an de angelis, et de rebus quæ ad nostram vertuntur utilitatem, verba facere? Quæ enim vicini tui sunt, non tua; quæ ad cælos pertinent, tua sunt. Sed licet, inquires, ei qui semel hæc dixit, omnia implere. Quid vero de iis, quæ frustra et temere disputatis, non idipsum cogitatis, sed totam in illis vitam impendentes, nullum disputationis finem invenitis? Necdum dico his longe graviora. Nam qui

modestiores sunt, his de rebus mutuo fabulantur, segniores autem ignavioresque, mimos, saltatores, aurigas in sermone semper versant, auditum deturpantes, animam labefactantes; naturamque hujusmodi narrationibus præcipitem agunt, et in omne flagitii genus animum inducunt. Nam simulatque saltatoris nomen prolatum fuit, statim in anima depingitur ejus facies, coma, mollis vestis, illeque totus his longe mollior. Alius rursus flammam excitat et fovet, dum meretricem in confabulationem inducit, ejusque verba, habitum, oculos lascivos, mollem aspectum, concinnos capillorum, fucatas pietasque genas. Annon quid humanum passi estis dum hæc narrarem? Sed ne pudeat vobis, ne erubescatis: naturæ namque necessitas id exigit, et sic anima afficitur pro ratione eorum quæ narrantur. Quod si me loquente, si in ecclesia stantes, si ab illis semoti rebus, aliquid humanum audientes patimini, cogita quo affectu sint ii qui in theatro sedent, licentia fruentes multa, extra hunc honestum venerandumque consensum, cum impudentia magna illa videntes et audientes. Et cur, dicet fortasse quispiam ex iis qui non adhibent animum, si naturæ necessitas sic animam afficit, illa relicta, nos accusas? Quia hæc audiendo emolliri, illud opus est naturæ: talia autem audire, non naturæ est, sed arbitrii peccatum. Quandoquidem cum qui se igni admoveat, uri necesse est; id nempe vult naturæ infirmitas: verum non natura nos igni et usioni admovet: id enim ex perversa solum voluntate pendet. Hoc igitur admoveri volo et corrigi, ut ne sponte vos præcipites detis, neque ad profundum nequitiae vos impellatis, vel sponte curratis ad rogam; ne flammæ diabolo paratæ nos obnoxios reddamus. Utinam vero nos omnes ab hac et illa flamma erepti, in sinum Abraham recipiamur, gratia et benigne Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, simulque sancto Spiritui, in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XIX.

41. *Invenit hic primus fratrem suum Simonem, et dicit ei: Invenimus Messiam, quod est interpretatum Christus: 42. et adduxit illum ad Jesum.*

1. *Unitio bona.* — Deus initio cum fecit hominem, non reliquit illum solum, sed dedit ei adjutricem mulierem, ut habitaret cum eo: cum ex hoc contubernio multum lucri accessorum nosset. Quid enim si non, uti par erat, hoc beneficio usa sit mulier? Atamen si rei naturam quis exploraverit, magnam comperiet ex hoc contubernio utilitatem in eos qui mente valent derivatam. Neque id de viro tantum et uxore dicitur; sed etiam si fratres una vixerint, pari beneficio fruuntur. Quamobrem propheta dicebat: *Quam bonum et quam jucundum, habitare fratres in unum* (Psal. 132. 1)? Paulusque (Hebr. 10. 25) monet ne nostrum cœlum deseramus. Ille quippe est in quo a feris differimus. Ideo urbes construimus, fora, domos, ut una collecti simus, non habitaculo tantum,

sed et caritatis vinculo. Cum enim natura nostra a Conditorum ita facta sit, ut aliis egeat, nec sibi ipsi satis sit: rem sic apte dispensavit Deus, ut indigentia hujusmodi a mutuo consortio et a conventibus juvetur. Ideoque nuptiæ constitutæ sunt<sup>1</sup>, ut quod alteri deest, ab altero suppleatur, sicque natura, quæ egena erat, sibi tandem sufficit; ita ut licet mortalis facta sit, successione ceu diuturnam immortalitatem servet. Poteram hæc fusius prosequi, ostendereque quantum ex intima et sincera conjunctione lucri accedat. Sed aliud instat tractandum, cujus gratia hæc a nobis dicta sunt. Andreas cum apud Jesum mansisset, multaque didicisset, non thesaurum in se abscondit, sed festinat et currit ad fratrem, ejus ipsum consortem redditurus. Cur vero non narravit Joannes quid dixerit eis Christus? et undenam cognoscimus ipsos

<sup>1</sup> Hæc, ideoque nuptiæ constitutæ sunt, desunt in Savil. textu et quibusdam manuscriptis; sed habentur in aliis, nec videntur supervacanea.

περὶ δεληγῆς, καὶ μεσημέριαν, καὶ ἑσπέραν δὲ αὐτὴν συνεδρεύουσαν εἰκῆ, καὶ τόπους εἰς τοῦτο ἀπετάξαμεν· τῶν δὲ θείων δογμάτων ἀπαξ ἢ δις τῆς εβδομάδος ἀκούοντες, ναυτιῶμεν, διακορεῖς γινόμεθα. Τί οὖν τὸ αἴτιον; Κακῶς διακείμεθα τὴν ψυχὴν. Τὸ ἐπιθυμητικὸν αὐτῆς τὸ περὶ ταῦτα καὶ ὀρεκτικὸν ἐξελύσαμεν ἅπαν. Διὰ τοῦτο οὐκ ἔρρωται πρὸς τὴν τῆς πνευματικῆς τροφῆς ὄρεξιν. Μέγα δὲ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἀβρωστίας τεκμήριον, τὸ μὴ πεινῆν, μηδὲ δυσψῆν, ἀλλὰ δυσαρέστως πρὸς ἀμφοτέρω ἔχειν. Εἰ δὲ ἐπὶ σωμάτων τοῦτο συμβαῖνον, νοσήματος χαλεποῦ τεκμήριον καὶ ἀβρωστίας ποιητικόν· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ψυχῆς. Πῶς οὖν αὐτὴν ἀναπεπτωκυῖαν καὶ ἐκλελυμένην ἀναβρῶσαι δυνατοίμεθα; τί ποιοῦντες, φησὶ, καὶ τί λέγοντες; Ἀποτόμεον τῶν λόγων τῶν θείων, προφητικῶν, ἀποστολικῶν, εὐαγγελικῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων. Τότε γὰρ εἰσόμεθα, ὅτι πολλῷ βέλτιον ταῦτα σιτεῖσθαι, ἢ τὰς ἀκαθάρτους τροφάς· οὕτω γὰρ χρὴ τὰς ἀκαίρους φλυαρίας καὶ συνδόους καλεῖν. Τί γὰρ ἄμεινον, εἰτέ μοι, περὶ πῶν κατὰ τὴν ἀγορᾶν, περὶ τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, περὶ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ διαλέγεσθαι, ἢ περὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς καὶ περὶ τῶν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημῶν; Τί βέλτιον, περὶ τοῦ γείτονος λαλεῖν καὶ τῶν τοῦ γείτονος πραγμάτων, καὶ τὰ ἀλλότρια πολυπραγμαίνειν, ἢ τὰ τῶν ἀγγέλων καὶ τὰ ἡμῖν αὐτοῖς διαφέροντα ἀναζητεῖν; Τὰ μὲν γὰρ τοῦ γείτονος, οὐ πάντως σά· τὰ δὲ τῶν οὐρανῶν, σά. Ἄλλ' ἔνεστι, φησὶν, ἀπαξ εἰπόντα ταῦτα, πληρῶσαι τὸ πᾶν. Τί δὲ περὶ ὧν διαλέγεσθε μάτην καὶ εἰκῆ, οὐκ ἐννοεῖτε τοῦτο, ἀλλὰ πάντα τὸν βίον εἰς τοῦτο καταναλλασκόντες, τὴν ὑπόθεσιν τὴν περὶ τούτων οὐδέποτε καταδεσπανάσατε; Καὶ οὕτω λέγω τὰ πολλῶν τούτων φορτικώτερα. Οἱ μὲν γὰρ ἐπιεικέστεροι, ταῦτα πρὸς ἀλλήλους διαλέγονται· οἱ δὲ βρθημότεροι καὶ μᾶλλον ἡμελημένοι, μίμους καὶ ὀρχηστὰς καὶ ἡνίοχους ἐν τοῖς αὐτῶν περιφέρουσι λόγους, τὴν ἀκοὴν μολύνοντες, τὴν ψυχὴν διαφθείροντες, τὴν φύσιν ἐκδακχεύοντες τοῦτο δὴ διηγῆμασιν, ἅπαν κακίας εἶδος εἰς τὴν ἐστωτῶν διάνοιαν διὰ ταύτης εἰσάγοντες τῆς διαλέξεως. Ἄμα γὰρ ἐφθέξατο ἡ Sic Savil., Morel. τούτων οὕτω καὶ νῦν κατεῖ.

γλώττα τοῦ ὀργουμένου τὸ ὄνομα, καὶ εὐθέως ἀνετύπωσεν ἢ ψυχὴ τὴν ὄψιν, τὴν κόμην, τὴν ἐσθῆτα τὴν ἀπαλὴν, αὐτὸν ἐκείνον τούτων μαλακώτερον ὄντα. Ἄλλος πάλιν ἐτέρωθεν ἀνεβρίπτει τὴν φλόγα, γυναῖκα [110] πόρνην εἰς τὴν διάλειξιν εἰσαγαῶν. κακείνης τὰ ῥήματα, τὰ σχήματα, τῶν ὀμμάτων τὰς διαστροφάς, τῆς ὄψεως τὸ ὕψος, τῶν τριχῶν τὰς στρεβλώσεις, τῶν παρεῖων τὰ ἐπιτρίμματα, τὰς ὑπογραφάς. Ἄρα οὐκ ἐπάθετέ τι καὶ ἐμοὶ ταῦτα διηγούμενου; Ἀλλὰ μὴ αἰσχυνοῖτε, μηδὲ ἐρυθρίασητε· ἢ γὰρ τῆς φύσεως ἀνάγκη τοῦτο ἀπαιτεῖ, καὶ οὕτω διατίθησι τὴν ψυχὴν, ὡς ἂν ἡ τῶν ἀπαγγελλομένων δύναμις ἔχη. Εἰ δὲ ἐμοὶ φεβγομένου, εἰ δὲ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐστῶτες, εἰ δὲ ἐκείνων ἀπέχοντες ἐπάθετέ τι πρὸς τὴν ἀκράσιν· ἐνόησον πῶς εἰκὸς διακίεσθαι τοὺς ἐν αὐτῷ τῷ θεάτρῳ καθήμενους, τοὺς ἄδειαν πολλὴν ἔχοντας, τοὺς ἐκτὸς τοῦ σεμνοῦ τούτου καὶ φρικτοῦ συνεδρίου, τοὺς μετὰ πολλῆς ἀναισχυνίας καὶ ὀρώντας ἐκεῖνα καὶ ἀκούοντας. Καὶ τί δὴ ποτε, φήσειεν ἂν ἴσως τις τῶν οὐ προσεχόντων, εἰ τῆς φύσεως ἢ ἀνάγκη τὴν ψυχὴν οὕτω διατίθησιν, ἐκείνην ἄφελος, ἡμῖν ἔγκαλεῖς; Ὅτι τὸ μὲν, ἀκούοντα τοιαῦτα μαλάττεσθαι, τῆς φύσεως ἔργον· τὸ δὲ τοιαῦτα ἀκούειν, οὐκ ἔστι τῆς φύσεως, ἀλλὰ τῆς προαιρέσεως ἀμάρτημα. Ἐπαὶ καὶ τὸν ὀμιλοῦντα πυρὶ διαφθείρεσθαι· δεῖ, καὶ τοῦτο ἢ τῆς φύσεως ἀσθένεια βούλεται· ἀλλ' οὐκ ἔστι καὶ πρὸς τὸ πῦρ ἡμᾶς καὶ τὴν ἐκείθεν ἄγει διαφθορὰν ἢ φύσις· τοῦτο γὰρ τῆς κατὰ προαίρεσιν μόνης ἂν εἴη διαστροφῆς. Τοῦτο οὖν ἀνελεῖν ἀξίω καὶ διορθῶσαι, ὥστε μὴ ἐκόντας ἑαυτοὺς κατακρημνίζειν, μηδὲ πρὸς τὰ βάραθρα τῆς κακίας ὠθεῖν, μηδὲ αὐτομάτως τρέχειν ἐπὶ τὴν πυρᾶν· ἵνα μὴ καὶ τῆ τῷ διαδόλῳ κατασκευασμένη φλογὶ καταστήσασιν ὑπευθύνους ἑαυτοῦς. Γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς, καὶ ταύτης κακείνης ἀπαλλαγέντας, πρὸς αὐτοὺς τοῦ Ἀβραάμ χωρησαί· τοὺς κόλπους, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ ὄδα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

b Quidam ἡμῖν ἔγκαλοῖς.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΙΘ'.

*Εὐρίσκει οὕτω πρῶτος τὸν ἀδελφὸν τὸν Ἰδιον Σίμωνα, καὶ λέγει αὐτῷ· «Εὐρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, ὃ ἔστι μεθερμηνεύμενον Χριστός· καὶ ἤρηνεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν.»*

α'. Ὁ Θεὸς παρὰ τὴν ἀρχὴν ποιήσας τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἀφῆκεν εἶναι μόνον, ἀλλ' ἔδωκεν αὐτῷ βοηθὸν τὴν γυναῖκα, καὶ συνοικεῖν ἐποίησεν, εἰδῶς ἀπὸ τῆς συσκηρίας ταύτης πολὺ τὸ κέρδος ἐσόμενον. Τί γὰρ εἰ μὴ πρὸς τὸ θεῖον ἐχρήσατο τῆ ἐυεργεσίᾳ ταύτῃ ἢ γυνῆ; Ἄλλ' ὅμως εἰ τοῦ πράγματος αὐτοῦ τὴν φύσιν τις καταμάθοι, πολλὴν ἀπὸ τῆς συνοικησεως ταύτης ὄφεται τὴν ὠφέλειαν ἐπὶ τῶν νοῦν ἐχόντων γινόμενῃ. Οὐκ ἐπὶ γυναικὸς δὲ μόνον καὶ ἀνδρός, ἀλλὰ καὶ ἀδελφοὶ τοῦτο ποιῶσι, καὶ αὐτοὶ τῆς ἐυεργεσίας ἀπολαύσονται. Διὰ καὶ ὁ Προφήτης ἔλεγε· *Τί καλὸν ἢ τί τερπικόν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφούς ἐπὶ τὸ αὐτό;* Καὶ ὁ [111] Παῦλος παρήγει μὴ ἐγκαταλιπεῖν τὴν ἐπισυναγωγὴν τὴν ἑαυτῶν. Καὶ γὰρ τοῦτο ἔστιν ὧ τῶν θηρίων διεστῆκαμεν. Διὰ τοῦτο καὶ πόλεις ἔδειμάμεθα, καὶ ἀγορὰς καὶ οἰκίας, ἵνα ὁμοῦ καὶ μετ' ἀλλήλων ὦμεν, οὐ κατὰ τὴν οἰκήσιν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν τῆς ἀγάπης σύνδεσμον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐνδείξῃ ἡμῖν ἢ φύσις παρὰ τοῦ πεποικηκότος ἐγένετο, καὶ οὐκ αὐτάρκτης ἐστὶν ἑαυτῆ, συμφερόντως ὀκονόμενῃ οὐ

Θεὸς τὴν ἐντεῦθεν ἐνδειαν λοιπὸν ἐκ τῆς κατὰ τὴν σύνοδον παρ' ἀλλήλων γινομένης ὠφελείας διορθωθῆναι. Διὰ τοῦτο γάμος οἰκονομεῖται, ὥστε τὸ λείπον ἐτέρῳ παρ' ἐτέρου πληροῦσθαι, καὶ τὴν ἐνδεῆ γενέσθαι οὕτως αὐτάρκτη, ὡς αὐτὴν ἔχειν καὶ νηστῆν γινόμενῃν, τῆ διαδοχῇ μέχρι πολλοῦ τὴν ἀθανασίαν διατηρεῖν. Καὶ ἦν μὲν μακρότερον ἐπεξελθεῖν τούτῳ τῷ λόγῳ, δεικνύντα ὅσα ἀπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλους συνόδου τῆς γνησίας καὶ εἰλικρινούς τὰ κέρδη τοῖς συνερχυμένοις γίνεται· ἀλλ' ἕτερον ἔστι τὸ κατεπεῖνον νῦν, οὐ δὴ καὶ ἐνεκεν ἡμῖν ταῦτα εἴρηται. Ὁ γὰρ Ἀνδρέας μέγας παρὰ τῷ Ἰησοῦ, καὶ μαθὼν ἄπερ ἔμαθεν, οὐ κατέσχε παρ' ἑαυτῷ τὸν ὀθησαυρὸν, ἀλλ' ἐπίγειται καὶ τρέχει ταχέως παρὰ τὸν ἀδελφόν, μεταδώσων αὐτῷ τῶν ἀγαθῶν ὧν εἰλήγει b. Τίνος δὲ ἐνεκεν οὐκ εἶπεν ὁ Ἰωάννης, τίνα ἐστὶν ἃ διελέχθη πρὸς αὐτοὺς ὁ Χριστός; πόθεν δὲ καὶ δῆλόν ἐστιν ὅτι διὰ τοῦτο ἔμειναν παρ' αὐτῷ; Ἀπεδείχθη μὲν ἡμῖν τοῦτο καὶ πρῶτον· ἔξεστι δὲ καὶ ἐκ τῶν τῆμερον ἀναγνωσθέντων μαθεῖν. Ὅρα γὰρ τί φησιν οὗτος πρὸς τὸν ἀδελφόν· *Εὐρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, ὃς ἐρμηνεύεται Χριστός.*

a In Savil. et quibusdam mss. hæc, διὰ τοῦτο γάμος οἰκονομεῖται, desunt. b Alii μεταθέτου. Paulo post Morel. Χριστός· ἀπὸ συνήθους αὐτοῦ καὶ μετὰ τὰς παρ' αὐτῷ.

Είδες πῶς ὅσα ἐν βραχεί ἔμαθεν, ἔδειξεν ἐντεῦθεν; Καὶ γὰρ καὶ τὴν τοῦ διδασκάλου ἰσχὴν παρίστησι πείσαντος αὐτοῦ<sup>α</sup>, καὶ τὴν αὐτῶν προθυμίαν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ταῦτα μεριμνόντων. Τοῦτο γὰρ τὸ ῥῆμα ψυχῆς ἐστὶν ὠδινούσης τὴν παρουσίαν αὐτοῦ, καὶ προσδοκίῃς τὴν ἄφῃν ἄνωθεν καὶ περιχαροῦς γεγενημένης μετὰ τὸ φανῆναι<sup>β</sup> τὸ προσδοκώμενον, καὶ ἐπιγιομένης ἐτέρους μεταδοῦναι τῶν εὐαγγελίων. Τοῦτο ἀδελφικῆς εὐνοίας, τοῦτο φιλίας συγγενικῆς, τοῦτο εὐκρινούς διαθέσεως, ἐν τοῖς πνευματικαῖς σπουδάζειν χεῖρα ὀρέγειν ἀλλήλοις. Ἄκουσον δὲ καὶ τοῦτο μετὰ τῆς τοῦ ἄρθρου προσθήκης λέγοντος. Οὐ γὰρ εἶπε, Μεσσίαν, ἀλλὰ, τὸν Μεσσίαν· οὕτως ἕνα τινὰ Χριστὸν προσεδόκων, οὐδὲν κοινὸν πρὸς τοὺς ἄλλους ἔχοντα. Θεὰ δὲ μοι<sup>γ</sup> καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς τὴν εὐπαιθὴ καὶ εὐήθειον τοῦ Πέτρου διάνοιαν. Εὐθέως γὰρ ἐπέδραμε μὴδὲν μελλήσας. Ἥγαγε γὰρ αὐτὸν, φησὶ, ἐν πῶρον τὸν Ἰησοῦν. Ἀλλὰ μηδεὶς εὐκόλιαν αὐτοῦ καταγιωσκέτω, εἰ μὴ πολλὰ ζητήσας οὕτω τὸν λόγον ἐδέξατο. Εἰκὸς γὰρ καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀκριθέστερον εἰρηκέναι αὐτῷ ταῦτα, καὶ διὰ μακρῶν· ἀλλ' οἱ εὐαγγελισταὶ πανταχοῦ πολλὰ ἐπιπέμνουσαι βραχυλογίας ἐπιμελούμενοι. Ἄλλως δὲ, οὐδὲ εἰρηται δτι ἐπίστευσεν ἀπλῶς, ἀλλ' ὅτι Ἥγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. ἐκείνῳ λοιπὸν παραδώσων, ὥστε τὸ πᾶν παρ' ἐκείνου μαθεῖν· καὶ γὰρ καὶ ὁ ἕτερος μαθητῆς συνῆν καὶ συνεβάλετο πρὸς ταῦτα. Εἰ δὲ ὁ Βαπτιστῆς Ἰωάννης εἶπὼν, ὅτι Ἄμνός ἐστι, καὶ ὅτι [112] ἐν Πνεύματι βαπτίζει, τὴν σαφεστέραν περὶ τούτου διδασκαλίαν ἐπέτρεψε παρ' ἐκείνου μαθεῖν· πολλῶν μᾶλλον Ἀνδρέας ἂν τοῦτο ἐποίησεν, αὐτὸς μὲν οὐχ ἠγούμενος πρὸς τὴν ἐξήγησιν πᾶσαν ἐξαρκεῖν, εἰς δὲ αὐτὴν τοῦ φωτὸς ἔλκων τὴν πηγὴν μετὰ τριασύτης σπουδῆς καὶ χαρᾶς, ὡς μηδὲ τὸ τυχόν ἀναβαλεῖσθαι καὶ μελλῆσαι ἐκείνον. Καὶ ἐμβλεψας αὐτῷ, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς λέγει· Σὺ εἰ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰωῆ· σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἔρμηνεύεται Πέτρος. Ἀρχεται λοιπὸν ἐνταῦθα ἀποκαλύπτειν τὰ τῆς θεότητος, καὶ κατὰ μικρὸν αὐτὴν παρανοίγειν ἀπὸ τῶν προβήσεων. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Ναθαναὴλ ἐποίησε, καὶ ἐπὶ τῆς γυναίκος τῆς Σαμαρείτιδος.

β'. Τῶν γὰρ σημείων οὐχ ἤττον αἱ προφητεῖαι προσάγονται, καὶ τὸ ἀκόμπαστον ἔχουσι. Τὰ μὲν γὰρ θαύματα κἂν διαβληθεῖη παρὰ τοῖς ἀνοήτοις (Ἐν Βεελζεβοὺλ γὰρ, φησὶν, ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια), περὶ δὲ τῆς προφητείας οὐδὲν τοιοῦτον ἐλέγθη ποτέ. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Σίμωνος καὶ τοῦ Ναθαναὴλ τούτῳ τῆς διδασκαλίας τῷ τρόπῳ χέρηται. ἐπὶ δὲ Ἀνδρέου καὶ Φιλίππου τοῦτο οὐκ ἐποίησε. Τί δήποτε; Ὅτι ἐκείνοι μὲν εἶχον τὴν μαρτυρίαν Ἰωάννου, οὐ μικρὰν παρασκευήν· ὁ δὲ Φίλιππος τοὺς παρόντας ὁρῶν, ἀξιόπιστον τεκμήριον ἐλάμβανε πίστεως. Σὺ εἰ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰωῆ, σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἔρμηνεύεται Πέτρος. Ἀπὸ τοῦ παρόντος καὶ τὸ μέλλον πιστοῦται. Ὁ γὰρ τὸν Πατέρα εἰπὼν, ὄηλον ὅτι καὶ τὸ μέλλον προφῆσει· καὶ μετ' ἔγκωμιτόν ἡ πρόβησις. Τοῦτο δὲ οὐ κολακεύοντος ἦν, ἀλλὰ τὸ μέλλον προλέγοντος· καὶ ὄηλον ἐκείθεν. Σκόπει γοῦν ἐπὶ τῆς Σαμαρείτιδος, πῶς μετὰ σφοδρῶν ἐλέγχων ποιεῖται<sup>δ</sup> τὴν πρόβησιν. Πέντε γὰρ, φησὶν, ἄνδρας ἔσχε· καὶ νῦν δὲ ἔχεις, οὐκ ἐστὶ σου ἀνὴρ. Οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ πολλὴν περὶ προφητείας ποιεῖται λόγον, πρὸς τὴν τῶν εἰδώλων δόξαν ἰστάμενος. Ἀπαγγελλάτωσαν γὰρ

ὅμιν τι μέλλει ἐφ' ὑμᾶς ἐρχεσθαι· καὶ πάλιν· Ἀπηγγεῖλα καὶ ἔσωσα, καὶ οὐκ ἦν ἐν ὅμιν ἀλλότριος· καὶ δι' ὅλης τούτου τῆς προφητείας εἰς μέσον ἄγει. Τοῦτο γὰρ μάλιστα ἔργον Θεοῦ, ὅπερ οὐδὲ μιμήσασθαι δύναται· ἂν οἱ δαίμονες, κἂν σφόδρα φιλονεικῶσιν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν θαυμάτων καὶ φαντασία γένοιτο ἂν· τὸ δὲ τὰ μέλλοντα προεἰπεῖν μετὰ ἀκριθείας, τῆς ἀκηράτου φύσεως ἐκείνης μόνῃς ἐστίν. Εἰ δὲ που καὶ δαίμονες τοῦτο πεποιθήκασιν, ἀλλ' ἀπατῶντες τοὺς ἀνοητοτέρους· ὅθεν καὶ εὐφώρατα αὐτῶν πανταχοῦ τὰ μαντεῖα. Ὁ δὲ Πέτρος οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀποκρίνεται· οὐδέτω γὰρ οὐδὲν ἦδει σαφῶς, ἀλλὰ τέως ἐμάνθανεν. Ὅρα δὲ οὐδὲ δόλοκληρον τὴν πρόβησιν κειμένην. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐγὼ σε μετονομάσω Πέτρον, καὶ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ταύτῃ, ἀλλὰ, Σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς. Ἐκεῖνο γὰρ αὐθεντίας ἦν καὶ ἐξουσίας μερίζονος. Ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ εὐθέως οὐδὲ ἐξ ἀρχῆς τὰ τῆς ἐξουσίας ἐπιδείκνυται πάντα, ἀλλὰ τέως ταπεινότερον φθέγγεται. Ὅτε γοῦν ἔδωκε τῆς αὐτοῦ [113] θεότητος ἀπόδειξιν, λοιπὸν αὐθεντικώτερον αὐτὸ τίθησι, λέγων· Μακάριος εἶ, Σίμων, ὅτι ὁ Πατὴρ μου ἀπεκάλυψέ σοι· καὶ πάλιν· Κάγω σοι λέγω· σὺ εἰ Πέτρος<sup>ε</sup>, καὶ ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ταύτῃ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν. Τούτον μὲν οὖν οὕτως ὠνόμασε· τοὺς δὲ περὶ Ἰάκωβον, υἱὸς βροντῆς. Τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ; Δεικνύς ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὴν Παλαιὰν δεδωκώς, καὶ τὰ ὀνόματα μεταρρυθμίζων, ὁ τὸν Ἄβραμ, Ἄβραμ καλέσας, καὶ τὴν Σάραν Σάρραν· καὶ τὸν Ἰακώβ Ἰσραὴλ. Πολλοὶ μὲν καὶ ἐκ γενετῆς τὰ ὀνόματα ἔθηκεν, ὡς τῷ Ἰσαάκ, ὡς τῷ Σαμψὼν, ὡς τοῖς ἐν τῷ Ἠσαΐα καὶ Ἰσάη· τοῖς δὲ μετὰ τὴν παρά τῶν γονέων προστηγορίαν, ὡς τοῖς τε εἰρημέτοις, καὶ τῷ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ. Ἔθος δὲ καὶ τοῦτο τοῖς παισὶ τοῖς ἦν, ἀπὸ τῶν πραγμάτων τὰ ὀνόματα τίθεσθαι, ὅπερ δήπου<sup>ς</sup> καὶ Ἠλίας πεποίηκε. Τοῦτο δὲ οὐχ ἀπλῶς γίνεται, ἀλλ' ἵνα τὴν προστηγορίαν ἔχουσιν ὑπόμνημα τῆς εὐαγγελίας τοῦ Θεοῦ, ἵνα μνήμη διηνεκῆς τῆς δαΐ τῶν ὀνομάτων προφητείας ἐνηχητὰ τοῖς ἀκούουσιν. Οὕτω καὶ τὸν Ἰωάννην ἄνωθεν ἐκάλεσεν. Οἷς μὲν γὰρ ἐμελλεν ἐκ πρώτης ἡλικίας ἡ ἀρετὴ διαλάμπειν, ἐκείθεν τὰ ὀνόματα ἐλάμβανον· τοῖς δὲ μετὰ ταῦτα μέλλουσιν ἐπιδοδόναι, μετὰ ταῦτα καὶ ἡ προστηγορία ἐτίθετο.

γ'. Ἀλλὰ τότε μὲν διάφορα ἕκαστος ἐλάμβανεν ὄνομα· νῦν δὲ ἐν πάντες ἔχομεν, τὸ πάντων μερίζον ἐκείνο, τὸ Χριστιανὸν προσαγορευέσθαι<sup>ς</sup>, καὶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ φίλος καὶ σῶμα. Ἰκανὴ γὰρ αὕτη ἡ προστηγορία πασῶν μᾶλλον ἐκείνων ἡμᾶς διαναστήσαι, καὶ ποιῆσαι προθυμοτέρους<sup>η</sup> πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν. Μὴ τοίνυν ἀνάξια πράττωμεν τῆς κατὰ τὴν προστηγορίαν τιμῆς, ἐνοήσαντες τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀξίας οἱ τοῦ Ἰ Χριστοῦ καλούμεθα. Οὕτω γὰρ ἡμᾶς Παῦλος ὠνόμασεν. Ἐνοήσωμεν καὶ αἰδεσθῶμεν τῆς προστηγορίας τὸ μέγεθος. Εἰ γὰρ στρατηγοῦ τινος ἐπιστήμου, ἢ καὶ ἄλλου λαμπροῦ τινος εἶναι λεγόμενός τις, μέγα φρονεῖ τοῦ δεῖνος ἀκούων εἰ τοῦ δεῖνος, καὶ ἀξίωμα τὸ βνομια νομίζει μέγα, καὶ πάντα ποιεῖ ὥστε μὴ διὰ τῆς οἰκείας βραθυμίας βλασφημίαν τῷ ᾧ ἐστὶν ἐπώνυμος προστρέψασθαι· ἡμεῖς οὐ στρατηγοῦ, οὐδὲ ἀρχοντός τινος τῶν ἐπὶ γῆς, οὐκ ἀγγέλου, οὐδὲ ἀρχαγγέλου, οὐδὲ τῶν Σεραφίμ, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ τούτων βασιλέως καλούμενοι ἀπὸ τῆς προστηγορίας, οὐχὶ καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν προσσόμεθα,

<sup>α</sup> Savil. ἔμαθεν, ἔδειξε καὶ τὴν τοῦ διδασκάλου σοφίαν κείσαντος αὐτοῦ. <sup>β</sup> Savil. μετὰ τὸ συμβῆναι. <sup>γ</sup> Morel. δέ μοι, ἀγαπῆτέ. <sup>δ</sup> Mss. plurimi μετὰ σπουδῆς ἐλέγχων ποιεῖ. Paulo aute ἀκούων γοῦν Savil. et cod. 70ῦ.

<sup>ε</sup> Alli λέγων· Κάγω σοι λέγω σὺ εἰ Σίμων, σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς. ὃ ἔρμηνεύεται Πέτρος. <sup>ς</sup> Quidam ὅπερ οὖν. <sup>η</sup> Savil. ἐκ., χρ. προσαγορευόμενοι. <sup>θ</sup> Savil. et cod. 706 σφοδρότερους. <sup>ι</sup> Quidam ἐνόησαν γοῦν ὑπερβολὴν τιμῆς, εἰ τοῦ

ideo apud illum mansisse? Id nuper a nobis ostensum est: licetque etiam ex iis quæ hodie lecta sunt id ediscere. Animadvertite enim quid hic fratri suo dixerit: *Invenimus Messiam, quod interpretatum est Christus*. Viden' quo pacto quæ brevi tempore didicerat, hinc ostendat? Nam et Magistri virtutem declarat, qui hoc ipsis suaserit, et ipsorum studium diligentiamque, qui hæc jam a principio curarent. Hoc quippe verbum est animæ adventum ejus summe desiderantis et de cælo venturum expectantis, gaudioque exsultantis, postquam apparuit, atque festinantis tantam rem cæteris nuntiare. Hoc fraternæ erat benevolentiae, amicæ cognationis, sinceri affectus, in spiritualibus manum mutuo porrigere. Audi autem illum cum articuli additione loquentem. Non enim simpliciter dixit, Messiam, sed, Messiam illum. Sic quemdam Christum exspectabant, qui nihil commune cum aliis haberet. Animadvertite autem, vel a principio, mortiferum facilemque Petri animum. Statim nihilque moratus occurrit. *Adduxit eum*, inquit, *ad Jesum*. Sed nemo facilitatem ejus damnet, quod sine multo examine verbum acceperit. Verisimile enim est fratrem hæc ipsi accurate et pluribus narrasse; verum evangelistæ ubique multa compendio narrant, brevitati studentes. Alioquin autem, non dicit eum statim credidisse; sed, *Adduxit eum ad Jesum*, ipsi traditurus eum, ut omnia ab illo ediceret: nam alius quoque discipulus aderat, et ad hæc concurrebat. Quod si Joannes Baptista cum dixit, Agnus est, et in Spiritu baptizat, clariorem hac de re doctrinam a Christo excipiendam reliquit: multo magis Andreas id effecit, qui non ad totum explicandum sufficere censebatur, sed ad ipsum lucis fontem deduxit fratrem, ita festinum et gaudentem, ut ne tantillum quidem cunctaretur. 43. *Intuitus autem eum Jesus dixit: Tu es Simon filius Jonæ, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*. Illic jam incipit divinitatem suam sensim revelare ex prædictionibus. Sic etiam cum Nathanaele fecit, et cum Samaritana muliere.

2. Prophetiæ quippe non minus quam signa movent, nec factum præ se ferunt. Nam miracula ab insipientibus saltem traducuntur (*In Beelzebub*, dicebant, *ejecit dæmonia* [Matth. 12. 14]): de prophetia nihil umquam tale dictum est. In Simone igitur et in Nathanaele hoc doctrinæ usus est modo: in Andrea autem et Philippo non idipsum fecit. Quare? Quia illi testimonium Joannis habuerant non modicam præparationem: Philippus vero cum adstantes videret, fide dignum accepit ad fidem amplectendam indicium. *Tu es Simon filius Jonæ, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*. A præsentī futurum credibile reddit. Nam qui patrem ejus memoravit, sine dubio futurum prævidebat: prædictio autem cum hæc conjuncta est. Hoc porro non adulantis erat, sed futurum prædicentis; idque inde patiam est. Animadvertite autem quam vehementer Samaritanam, præterita revelans, reprehendat. *Quinque viros ha-*

*busti*, inquit, *et is quem nunc habes, non vir tuus est* (Joan. 4. 18). Sic et Pater ejus multa de prophetia verba facit contra idolorum cultum. *Annuntiant quæ vobis ventura sunt*; et rursus, *Annuntiavi et salvos feci, et non erat in vobis alienus* (Isai. 47. 13. et 43. 12); et in tota prophetia hoc ipsum tractat. Hoc enim maxime opus Dei est, quod non possint dæmones imitari, etiamsi admodum contendant. Nam in miraculis potest quædam species decipere: futura vero accurate prædicere, unius immortalis naturæ est. Quod si id dæmones aliquando fecerint, insipientes fallendo fecerunt: unde et vaticinia eorum semper falsa deprehenduntur. Petrus vero nihil ad hæc respondet: nondum enim quidpiam clare noverat, sed interim ediscebat: neque prædictionem illam clare videbat. Neque enim dixit, Ego te cognominabo Petrum, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: sed, *Tu vocaberis Cephas*. Illud enim auctoritatis et potestatis majoris erat. Christus vero non statim et ab initio totam potestatem exhibet suam, sed interim humiliter loquitur. Postquam autem divinitatem suam demonstravit, cum majore agit auctoritatem dicens: *Beatus es Simon, quia Pater meus revelavit tibi*; et rursus: *Et ego dico tibi, Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*<sup>1</sup> (Matth. 16. 17. 18). Hunc ergo sic vocavit, Jacobum autem et fratrem, filios tonitruī. Quare? ut ostendat se eundem ipsum esse qui et Vetus Testamentum dedit, et nomina mutavit, qui Abram Abraham vocavit, Saram Sarram, Jacob Israel. Multis etiam ab ortu nomina imposuit, ut Isaac, Samsoni, et aliis ab Isaia et Osee memoratis; quibusdam etiam eam quam a parentibus acceperant appellationem mutavit, ut supra dictis et Jesu filio Nave. Nam id in more erat apud veteres, ut ex rebus nomina imponerent, quod et Elias fecit. Id vero non sine causa, sed ut ipsum nomen beneficii divini monumentum esset, et memoria perpetua per expressam nominibus prophetiam auditorum auribus insideret: sic Joannem a principio vocavit. Nam qui a puero virtute clari futuri erant, inde nomina sumebant: iis vero qui postea clari futuri erant, postea nomen imponebatur.

3. *Christiani nomen quam venerandum. Agendi ratio tanto nomine digna commendatur. Pecunias auget qui pauperibus distribuit*. — Sed tunc diversa singuli nomina accipiebant; nunc autem unum omnes habemus, illis omnibus majus, quando Christiani appellamur et filii Dei, et amici et corpus unum. Illa quippe appellatio plus quam aliæ omnes nos excitat, diligentioresque ad virtutem exercendam efficit. Ne ergo indigna faciamus tanti nominis honore, cogitantes dignitatis excellentiam, qua Christi nomine vocamur. Sic enim nos Paulus appellavit. Cogitemus revereamurque nominis magnitudinem. Si enim, qui ducis cujuscumque insignis, vel conspiciui viri esse dicitur, altum sapit cum se illius vel illius esse dicitur, nomenque illud magno sibi ducit esse honori, totisque

<sup>1</sup> In morel. legitur.... *quid dixerit eis Christus, ut eum repetere sequerentur illicque hærent?*

<sup>1</sup> Alii habent.... *« Tu es Simon, tu vocaberis Cephas, quod est interpretatum Petrus ».*

viribus nititur, ne per ignaviam suam tanto nomine notam infamiae inurat; nos qui non a duce vel principe terreno, non ab angelo, vel archangelo, vel Seraphino, sed ab eorum Rege nomen sortiti sumus, annon animam quoque nostram potius exponemus, ut ne is qui nos hoc honore affectit, contumelia afficiatur? Annon imperatorios ordines nostis, scutorum, hastatorum, qui Imperatorem stipant, quanto nempe fruuntur honore? Ita et nos, qui longe propinquiores Regi nostro sumus, et tanto propinquiores, quanto propinquus est corpus capiti, nihil non acturi sumus, ut Christum imitemur. Quid ergo ait Christus? *Vulpes foveas habent, et volucres caeli nidus, Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet* (Luc. 9. 58). Hoc si a vobis exigamus, forte grave et onerosum multis videbitur: quapropter tam accuratam imitationem non exposcam, ut infirmitati vestrae parcam. Rogo autem ne pecuniis nimis hæreatis; sed ut ego ob infirmitatem vestram tantam a vobis virtutem non exigo: sic et vos multo magis a nequitia recedatis. Non accuso eos qui domos habent, agros, pecunias, servos; sed volo ut licite et cum decore illa possideatis<sup>1</sup>. Quid est, cum decore? Ut domini, non servi illorum sitis, ut ea possideatis, non illa vos possideant; iis utamini, non abutamini. Opes ideo sic vocantur, ut iis in opera necessaria utamur, non ut illas custodiamus. Hoc quippe servi est, illud heri. Custodire, servi est; impendere, heri et potestatem habentis. Non ideo accepisti, ut in ter-

<sup>1</sup> Alii legunt, *illis utamini, pro, illa possideatis.*

ram defodias, sed ut distribuas. Si vellet Deus ut illa servarentur, non hominibus dedisset, sed in terra occulta dimisisset. Quia autem vult illas impendi, ideo permisit ut illas haberemus, ut illas mutuo communicarem. Sin apud nos retineamus, non ultra domini illarum sumus. Si autem illas augere velis, ideoque servas: illa profecto optima erit agendi ratio, si dispergas et undique distribuas. Nihil enim proventus sine sumptu, nullæ divitiæ sine expensa: id quod in rebus sæcularibus videre est. Sic mercator, sic agricola facit; hic semina, ille pecunias spargit: ille navigat et pecunias impendit, hic per totum laborat annum, serit, excolit. Hic autem nullo eorum est opus; non apparanda navis est, non jungendi boves sunt, non aranda terra, non aeris intemperies observanda, non grando timenda. Non hic fluctus sunt, non scopuli. Hæc navigatio, hæc sementis, hoc uno opus habet, ut facultates dispergantur; cætera vero omnia agricola ille curabit, de quo ait Christus: *Pater meus agricola est.* Quomodo absurdum non fuerit, ubi sine labore omnia sumere possumus, supinos et oscitantes manere; ubi vero multi sudores, labores, sollicitudines, et postea spes incerta, ibi omnem diligentiam adhibere? Ne quæso, ne cum de salute nostra agitur, tantopere desquamus; sed onerosiora illa mittentes, ad faciliora et utiliora curramus, ut et futura consequamur bona, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patri gloria, una cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XX.

43. *In crastinum voluit exire in Galilæam, et invenit Philippum, et dicit ei: Sequere me. 44. Erat autem Philippus a Bethsaida civitate Andreæ et Petri.*

1. Sollicite quærenti aliquid superest (a), ut in proverbio fertur (Prov. 14. 23). Christus vero aliquid magis subindicavit dicens, *Qui quærit invenit* (Matth. 7. 8). Unde mirari subit cur Philippus Christum sequutus sit. Andreas quippe venit, cum audisset a Joanne, Petrus vero, cum audisset ab Andrea: hic autem cum nihil ab alio didicisset, tantum dicente Christo, *Sequere me*, obtemperavit statim, nec recessit, sed et prædicator aliis fuit. Accurrens enim ad Nathanaelem, ait: *Quem scripsit Moyses in lege et propheta, invenimus* (Joan. 1. 45). Viden' quam vigilaret, et quam frequenter Moysis scripta meditaretur, atque expectaret Christi adventum? Nam illud, *Invenimus*, ejus est qui semper quærit. *In crastinum exiit Jesus in Galilæam.*

(a) Proverbum illud sic Græce legitur, *ὅστις τὸ περισσεύον ἐπιζητᾷ τὸ περισσεύον*. Hæc, si ad verbum explices, significant, *Omni curanti, vel, accurate quærenti aliquid superfluum est.* sed hoc sensu non ita consonat cum sequentibus. Nam inquit Chrysostomus: Christus aliquid amplius subindicat cum dicit, *Qui quærit invenit.* Quapropter melius intelligitur proverbium, hoc pacto, *omni sollicite quærenti aliquid superest quærendum, vel aliquid deest.* Cæterum in Hebraico *בְּכָל-עֲצָב יִדְוֶה מְצוֹרָה* in omni labore erit emolumentum; vel ut in Vulgata legitur, *in omni opere erit abundantia.*

Antequam enim ipsi ullus hæreret, neminem vocat. Id vero non sine causa fecit, sed summa sapientia atque prudentia. Nam si nemine sponte accedente ipsos ille attraxisset, fortasse postea resiliissent: ubi autem illud ultro delegerunt, firmi postea mansere. Philippum autem vocat sibi magis notum, nupte qui in Galilæa natus et educatus esset. Assumptis ergo discipulis, ad reliquorum venatum proficiscitur, ac Philippum et Nathanaelem attrahit. De hoc autem non tam mirabile fuit, quia Jesu fama per totam Syriam pervolaverat; sed mirum erat quod Petrus et Jacobus et Philippus sequuti sint, non modo quod ante signa crediderint, sed etiam quod ex Galilæa essent, unde nec propheta prodibat, neque aliquid boni exhibit: rustica quippe gens erat, agrestis, aspera. Verum inde Christus potentiam ostendit suam, dum ex terra nullum ferente fructum, selectam discipulorum partem eduxit. Verisimile igitur est Philippum, quod Petrum vidisset et Joannem audisset, sequutum esse; credibile quoque est Christi vocem aliquid in illo operatam esse: noverat enim Christus quinam idocui futuri essent. Evangelista autem hæc omnia carptim enarrat. Quod Christus venturus esset, hoc ille sciobat: quod vero hic esset Christus ignorabat, id quod ipsum vel a Petro vel a Joanne audivisse puto. Jo-



ὥστε μὴ ὑβρίσαι τὸν τιμήσαντα. Οὐκ ἴστε τὰ τάγματα τὰ βασιλικὰ τῶν ἀσπιθηφόρων καὶ λογχοφόρων τὰ περὶ ἃ τὸν βασιλέα, πόσης ἀπολαύει τιμῆς; Οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐγγὺς αὐτοῦ γενέσθαι καταβιωθέντες καὶ πολλῶ πλησιαιτέρον ἢ, καὶ τοσοῦτω ἐγγύτερον τῶν εἰρημένων, ὅσω τὸ σῶμα τῆ κεφαλῇ μᾶλλον τοῦτων πλησίον ἐστί, πάντα πράττωμεν δι' ὧν τὸν Χριστὸν μιμησόμεθα. Τί οὖν φησιν ὁ Χριστός; Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ [114] ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνη. Τοῦτο μὲν οὖν ἀν' ἀπαίτησιν παρ' ὁμῶν, φορτικὴν ἴσως καὶ ἐπαχθὴς εἶναι δοῖσι τοῖς πολλοῖς· διὸ τὴν μὲν ἀκριβείαν ταύτην ἀφήμι, διὰ τὴν ὑμετέραν ἀσθένειαν, ἀξίω δὲ μὴ προσηλωθῆναι τοῖς χρήμασιν, ἀλλ' ὡσπερ ἐγὼ τῆς ὑπερβολῆς ἀφίσταμαι τῆς κατὰ τὴν ἀρετὴν διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν τῶν πολλῶν, οὕτω καὶ ὁμᾶς τῆς κατὰ τὴν κακίαν ἀποστῆναι, καὶ πολλῶ πλείον. Οὐκ ἐγκαλῶ τοῖς οἰκίαις ἔχουσι, καὶ ἀγροῦς, καὶ χρήματα, καὶ ἀνδράποδα· ἀλλὰ μετὰ ἀσφαλείας ταῦτα κεκτησθαι ἢ βούλομαι καὶ μετὰ τοῦ πρέποντος. Τί δὲ ἐστί, μετὰ τοῦ πρέποντος; Ἐν τάξει δεσποτῶν, καὶ μὴ δούλων, ὥστε κρατεῖν αὐτῶν, καὶ μὴ κρατεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, ὥστε κεχρησθῆναι αὐτοῖς, καὶ μὴ παρακεχρησθῆναι. Χρήματα διὰ τοῦτο εἰρηται, ἵνα αὐτοῖς εἰς τὰς ἀναγκαίας χρώμεθα διακονίας, οὐχ ἵνα φυλάττωμεν· τοῦτο γὰρ οἰκέτου, δεσπότου δὲ ἐκείνο· δούλου, τὸ τηρεῖν, τὸ δὲ ἀναλίσκειν, κυρίου καὶ πολλὴν ἔχοντος τὴν ἐξουσίαν. Οὐ διὰ τοῦτο ἔλαβες, ἵνα αὐτὰ καταχώσῃς, ἀλλ' ἵνα αὐτὰ διανείμῃς. Εἰ δὲ ἐβούλετο αὐτὰ ὁ Θεὸς φυλάττεσθαι, οὐκ ἂν αὐτὰ ἀνθρώποις ἔδωκεν, ἀλλ' ἔλασεν ἂν ἐν τῇ γῆ κείμενα

μένειν. Ἐπειδὴ δὲ βούλεται αὐτὰ δαπανᾶσθαι, διὰ τοῦτο αὐτὰ ἡμᾶς ἔλασεν ἔχειν, ἵνα ἀλλήλοις μεταδώμεν. Ἄν δὲ παρ' ἑαυτοῖς κατέχωμεν, οὐκ ἔτι δεσπόται τούτων ἐσμέν. Εἰ δὲ βούλει αὐτὰ πλείω ποιῆσαι, καὶ διὰ τοῦτο κατέχεις, καὶ ἐνταῦθα αὐτὴ πασῶν ἀρίστη μέθοδος, τὸ σκορπίαι καὶ πανταχοῦ διανείμα. Οὐδὲ γὰρ ἐνὶ γενέσθαι πρόσθεον δαπάνης χωρὶς, οὐδὲ πλοῦτον ἀνευ ἀναλωμάτων. Τοῦτο καὶ ἐν τοῖς βιωτικῶς γινόμενον ἴδοι τις ἂν. Οὕτως ὁ ἔμπορος, οὕτως ὁ γεωργός, ὁ μὲν τὰ σπέρματα, ὁ δὲ τὰ χρήματα ἐκβάλλοντες· καὶ γὰρ θάλασσαν ὁ μὲν πλείω τῶ σκορπίαι δὲ τὰ ἑαυτοῦ, ὁ δὲ ἐνιαυτὸν διόκληρον μοχλεῖ, τὰ σπέρματα καταβάλλον καὶ θεραπεύων. Ἐνταῦθα δὲ οὐδενὸς δεῖ τούτων, οὐ κατασκευάσαι πλοῖον, οὐ ζεύσαι βοῦς καὶ ἀρῶσαι γῆν, οὐκ ἀνομιλίαν ἀέρων μεριμνᾶν, οὐ χαλᾶς καταβολὴν φοβηθῆναι· οὐκ ἐνὶ κύματα ἐνταῦθα, οὐδὲ σκόπελος· οὕτως ὁ πλοῦς καὶ οὗτος ὁ σπόρος ἐνὸς δεῖται μόνου, τοῦ βίψαι τὰ ὄντα· τὰ δὲ λοιπὰ ἅπαντα ὁ γεωργός ἐκείνος ποιῆσει, περὶ οὗ φησιν ὁ Χριστός· Ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστί. Πῶς οὖν οὐκ ἄστοπον, ἐνθα μὲν ἐστιν ἀπονητὶ πάντα λαβεῖν, ὑπτιον εἶναι καὶ βῆθμον· ἐνθα δὲ πολλοὶ μὲν ἰδρωτῆς, πολλοὶ ἢ δὲ μόχθοι καὶ φροντίδες, καὶ μετὰ ταῦτα τῶν ἐπιπιδῶν ἄθλον, πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι προθυμίαν; Μὴ, παρακαλῶ, μὴ μέχρι τοσοῦτου ἀνοηταίνωμεν πρὸς τὴν οἰκίαν σωτηρίαν, ἀλλὰ τὰ φορτικώτερα ἀφέντες, πρὸς τὰ βῆστα καὶ κερδαλεώτερα τρέχωμεν, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἢ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>a</sup> Savil. τὰ περὶ Morel. τῶν περὶ. <sup>b</sup> Savil. et codd. 705, 706 πλησιαιτέρον. <sup>c</sup> Alii τοῖσις κεχρησθαι.

<sup>d</sup> Ὡστε σκορπ. Savil. et codd. cilt., eodem sensu. <sup>e</sup> Sic Savil. Morel. πλείους.

#### [115] ΟΜΙΛΙΑ Κ'.

*Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ἐξελεθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὐρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι. Ἦν δὲ ὁ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ, ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου.*

*α'*. Παντὶ τῷ μεριμνῶντι ἐνεστι τι περισσόν, ὁ παροιμιώδης λόγος φησὶ. Ὁ δὲ Χριστὸς καὶ τι πλεόν ἠνέξατο εἰπών· Ὁ ζητῶν ἢ εὐρίσκει. Ὅθεν καὶ ἐπεισὶ μοι ἢ λοιπὸν θαυμάζειν, πόθεν ὁ Φίλιππος ἠκολούθησεν τῷ Χριστῷ. Ὁ μὲν γὰρ Ἀνδρέας ἀκούσας παρὰ Ἰωάννου, καὶ ὁ Πέτρος παρὰ Ἀνδρέου· οὗτος δὲ παρ' οὐδενὸς οὐδὲν μαθὼν, ἢ τοῦτο μόνον εἰπόντος τοῦ Χριστοῦ πρὸς αὐτόν, Ἀκολούθει μοι, ἐπέσθη τε εὐθὺς καὶ οὐκ ἀνεχώρησεν, ἀλλὰ καὶ κήρυξ ἐτέρος γίνεται. Δραμῶν γὰρ ἐπὶ τὸν Ναθαναήλ, Ὁρ ἔγραψε, φησὶ, Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ, καὶ οἱ προσφῆται, εὐρήκαμεν. Ὁρᾶς πῶς μεμεριμνημένην διάνοιαν εἶχε, καὶ συνεχῶς ἐμελέτα τὰ Μωυσείως, καὶ προσεδόκα τὴν παρουσίαν; Καὶ γὰρ τὸ, Εὐρήκαμεν, ζητούντων πῶς ἐστὶν ἀεὶ. Τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Πρὶν ἢ γὰρ αὐτῷ τινα κολλήθηναί, οὐδένα καλεῖ. Ποιεῖ δὲ αὐτὸ οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτοῦ σοφίαν καὶ σύνεσιν. Εἰ μὲν γὰρ, μηδενὸς αὐτομάτου προσελθόντος, αὐτὸς αὐτοῦ; ἐφεικύνετο, κἂν ἀπεπῆδησαν ἴσως· νῦν δὲ ἀφ' ἑαυτῶν ἐλόμενοι τοῦτο, βέβαιος λοιπὸν ἔμενον. Τὸν δὲ Φίλιππον καλεῖ, μᾶλλον αὐτῷ γνωρίμων ὄντα· αἶτε γὰρ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ

γεννηθεὶς καὶ τραφεὶς, μᾶλλον αὐτὸν ἐπεγίνωσκε. Λαβῶν τοῖνον τοὺς μαθητὰς, ἔρχεται λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἄγραν τῶν λοιπῶν, καὶ τὸν Φίλιππον καὶ τὸν Ναθαναήλ ἐπισπάται. Ἄλλ' ἐπὶ μὲν τούτου οὐκ ἦν οὕτω θαυμαστὸν, ὅτι καὶ ἡ ἀκοή τοῦ Ἰησοῦ ἀπεληλύθει εἰς τὴν Συρίαν ἅπασαν· τὸ δὲ θαυμαστὸν, τὸ τῶν περὶ Πέτρον ἢ καὶ Ἰάκωβον καὶ Φίλιππον ἦν, οὐχ ὅτι μόνον πρὸ τῶν σημείων ἐπέσθησαν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὄντες, ὅθεν οὐδὲ προφήτης γέγερται, οὐδὲ δύναται τι ἀγαθὸν εἶναι. Ἀγροικότερον γὰρ πως καὶ ἀγριώτερον καὶ παχύτερον οὗτοι διέκειντο. Ὁ δὲ Χριστὸς κἀντεῦθεν αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν ἐνέφηγεν, ἀπὸ τῆς ὁ οὐδένα φερούσης καρπὸν γῆς τοὺς τῶν μαθητῶν ἐκκρίτους ἐκλέγων. Εἰκόσ μὲν οὖν τὸν Φίλιππον καὶ τοὺς περὶ Πέτρον ἰδόντα, καὶ παρὰ τοῦ Ἰωάννου ἀκηκόστα, ἀκολουθῆσαι· εἰκόσ δὲ καὶ τὴν φωνὴν τοῦ Χριστοῦ ἐργάσασθαι τι ἐν αὐτῷ. Οἶδε γὰρ τοὺς μέλλοντας ἐσεσθαι ἐπιτηδείους. Ὁ δὲ εὐαγγελιστὴς ἅπαντα ἐπιτέμνεται ταῦτα. Ὅτι μὲν οὖν ὁ Χριστὸς ἐμελέην ἤξειν, ἠπίστατο· ὅτι δὲ οὗτος ὁ Χριστὸς ἦν [116] ἠγνόει· ἔπερ αὐτὸν ἢ παρὰ Πέτρον, ἢ παρὰ Ἰωάννου ἀκηκοέναι φημί. Λέγει δὲ καὶ τὴν κώμην αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης, ἵνα μάθῃς· ὅτι τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός. Εὐρίσκει Φίλιππος τὸν Ναθαναήλ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ὁρ ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ οἱ προσφῆται, εὐρήκαμεν, Ἰησοῦν τὸν νῦν Ἰωσήφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ. Λέγει δὲ ταῦτα ἀξιόπιστον ποιῶν τὸ κήρυμα· εἰ γὰρ ἀπὸ Μωυσείως ἐστὶ καὶ τῶν

<sup>a</sup> Alii φησὶ. Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ, ὅτι Ὁ ζητῶν. <sup>b</sup> Savil. et codd. 705, 706 ὅθεν οὐδὲ ἐπεισὶ μοι. Morel. autem et plurimi mss. ὅθεν καὶ ἐπεισὶ, recte, ut ex serie liquet.

<sup>c</sup> Morel. περὶ τὸν Πέτρον.

<sup>d</sup> Alii et Savil. ἀπὸ γῆς.

προφητῶν, καὶ δυσωπῶν τὸν ἀκροατὴν ἐντεῦθεν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ναθαναὴλ ἀκριθῆς ἦν, καὶ πάντα διεσκεμμένος μετὰ ἀληθείας, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς ἐμαρτύρησε, καὶ τὸ ἔργον ἔδειξεν, εἰκότως αὐτὸν ἐπὶ τὸν Μωϋσῆα καὶ τοὺς προφῆτας παρέπεμψεν, ἵνα οὕτω παραδέξῃται τὸν κηρυττόμενον. Εἰ δὲ οὖν Ἰωσήφ αὐτὸν λέγει, μὴ θοροδηθῆς· ἔτι γὰρ τούτου παῖς ἐνομίζετο εἶναι. Καὶ πόθεν δὴλον, ὡς Φίλιππε, ὅτι ἄλλος ἐκεῖνός ἐστι; τί λέγεις ἡμῖν τεκμήριον; Οὐ γὰρ ἀρκεῖ μόνον τὸ ἀποφθνασθαι. Ποῖον σημεῖον εἶδες; ποῖον θαῦμα; Οὐκ ἔστιν ἀκίνδυνον πιστεῦειν ἀπλῶς ὑπὲρ τοιούτων πραγμάτων. Ποῖαν οὖν ἔχεις ἀπόδειξιν; Τὴν αὐτὴν τῷ Ἀνδρέᾳ, φησί. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος παραστήσει τὸν πλοῦτον ὃν εὗρεν οὐκ ἔχων, οὐδὲ διὰ ῥημάτων ἐπιδειξασθαι δυνάμενος τὸν θησαυρὸν, ἀγὲ πρὸς τὸν εὐρεθέντα τὸν ἀδελφόν. Οὕτω δὴ καὶ οὗτος, πῶς μὲν αὐτὸς ἐστὶν ἐκεῖνος ὁ Χριστὸς, καὶ πῶς αὐτὸν οἱ προφῆται προανεκήρυξαν, οὐκ εἶπεν· Ἐλκεῖ δὲ αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν, οὐκ ἀποστησόμενον λοιπὸν εἰδῶς, ἐν τῶν ῥημάτων γεύσῃται καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. *Καὶ εἶπεν αὐτῷ Ναθαναήλ· Ἐκ Ναζαρέτ δύναται τι ἀγαθὸν εἶναι;* λέγει αὐτῷ Φίλιππος· *Ἐρχου καὶ ἴδε. Εἶδεν ὁ Ἰησοῦς τὸν Ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ· Ἰδὲ ἀληθῶς Ἰσραηλῆτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστιν.* Ἐπειδὴ εἶπεν α, *Ἐκ Ναζαρέτ δύναται τι ἀγαθὸν εἶναι*, ἐπαινεῖ καὶ θαυμάζει τὸν ἄνθρωπον. Καὶ μὴν ἐγκληθῆναι αὐτὸν ἐχρῆν. Οὐδαμῶς. Οὐδὲ γὰρ ἀπιστοῦντος ἦν τὰ ῥήματα, οὐδὲ ἐγκλημάτων ἄξια, ἀλλ' ἐπαίνων. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ὅτι Φίλιππου μᾶλλον οὕτως ἐσκεμμένος ἦν τὰ προφητικά. Καὶ γὰρ ἦν ἀκούσας ὁ ἀπὸ τῶν Γραφῶν, ὅτι ἀπὸ Βηθλεὲμ δεῖ τὸν Χριστὸν ἐλθεῖν, καὶ ἀπὸ τῆς κώμης ἐν ἣ ἦν Δαυὶδ. Τοῦτο γοῦν καὶ παρὰ Ἰουδαίους ἐκράτει, καὶ ὁ προφήτης ἄνωθεν ἐκήρυττε λέγων· *Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγεύμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.* Ἐπεὶ οὖν ἤκουσεν, ὅτι ἐκ Ναζαρέτ, ἐθοροδῆθη καὶ διεπήρησεν, οὐχ εὐρίσκων συμβαίνουσαν τοῦ Φίλιππου τὴν ἐπαγγελίαν τῆ προφητικῆ προῤῥήσει. Θεὰ δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ διαπορήσει τῆς σύνοσιν καὶ ἐπιείκειαν. Οὐ γὰρ εἶπεν εὐθέως· Ἀπατῆς με, ὡς Φίλιππε, καὶ ψεύδη· οὐ πείθομαι, οὐ παραγίνομαι· ἔμαθον ἀπὸ τῶν προφητῶν, ὅτι ἀπὸ Βηθλεὲμ τὸν Χριστὸν ἐλθεῖν δεῖ· σὺ δὲ λέγεις, ἀπὸ Ναζαρέτ· οὐ τοίνυν οὗτος ἐκεῖνός ἐστιν. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων εἶπεν· ἀλλὰ τί; Πραγίνεταί καὶ οὗτος, τῷ μὲν μὴ καταδέξασθαι ἐκ Ναζαρέτ αὐτὸν εἶναι, τὴν ἀκριβείαν τὴν περὶ τὰς Γραφὰς δηλῶν, καὶ τὸ τῶν τρόπων ἀνεξαπάτητον· [117] τῷ δὲ μὴ διαπτύσαι τὸν ἀπαγγεῖλαντα, τὸν πολὺν πόθον, ὃν εἶχε περὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, ἐμφαίνων. Ἐγενόησε γὰρ, ὅτι εἰκὸς ἦν Φίλιππον περὶ τὸν τόπον ἐσφάλλθαι.

β. Θεὰ δὲ μοι καὶ τὴν παραλίθην, πῶς ἐπιεικῆ πεποιήται, καὶ ἐν ἐρωτήσεως τάξει. γ. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Οὐδὲν ἀγαθὸν ἢ Γαλιλαία φέρει· ἀλλὰ πῶς; Ἐκ Ναζαρέτ δύναται τι ἀγαθὸν εἶναι; Σφόδρα δὲ ἦν καὶ ὁ Φίλιππος συνετός. Οὐ γὰρ ὡς ἀπορηθεὶς ἀνανακτεῖ καὶ δυσχεραίνει, ἀλλ' ἐπιμένει τὸν ἄνδρα βουλόμενος ἀγαγεῖν, καὶ ἐκ προσομιλῶν τὴν ἀποστόλῳ προσήκουσαν εὐτονίαν ἡμῖν ἐνδεικνύμενος. Διὰ ταῦτα καὶ ὁ Χριστὸς φησιν· *Ἰδὲ ἀληθῶς Ἰσραηλῆτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστιν.* Ὡστε εἶναι καὶ ψευδῆς Ἰσραηλῆτης. Ἄλλ' οὐχ οὗτος τοιοῦτος· ἀδέκαστος γὰρ αὐτοῦ, φη-

Morel. οὐκ ἔστιν. Ἐντεῦθεν ἐπειδὴ εἶπεν. In Savil. et aliis ἐντεῦθεν δεest. ὁ Allius καὶ γὰρ ἤκουσεν. ὁ Allius πεποιήται ἐπερωτήσεως τάξει. ὁ Allii τούτων τόν.

σιν, ἢ κρίσις· οὐδὲν πρὸς χάριν, οὐδὲ πρὸς ἀπέχθειαν φθέγγεται. Καίτοι Ἰουδαῖοι ἐπερωτηθέντες, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται, εἶπον ὅτι ἐν Βηθλεὲμ, καὶ τὴν μαρτυρίαν παρήγαγον λέγοντες· *Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα.* Ἄλλ' ἐκεῖνοι μὲν πρὶν ἰδεῖν ἐμαρτύρουν ταῦτα· ἐπειδὴ δὲ εἶδον, ὑπὸ τῆς βασκανίας τὴν μαρτυρίαν ἀπέκρυψαν λέγοντες· *Τούτων δὲ οὐκ οἶδαμεν πόθεν ἐστίν.* Ὁ δὲ Ναθαναὴλ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἦν ἐξ ἀρχῆς περὶ αὐτοῦ γνώμην εἶχε, ταύτην ἔμεινε διατηρῶν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ Ναζαρέτ. Πῶς οὖν αὐτὸν Ναζωραῖον οἱ προφῆται καλοῦσιν; Ἀπὸ τῆς ἀνατροφῆς καὶ τῆς ἐκεῖ διαγωγῆς. Τὸ μὲν οὖν εἶπεν, Οὐκ εἶμι ἐκ Ναζαρέτ, καθὼς ἀπήγγειλέ σοι Φίλιππος, ἀλλ' ἐκ Βηθλεὲμ, παρήσιν, ὥστε μὴ εὐθέως ἀμφισβητήσιμον ποιῆσαι τὸν λόγον· χωρὶς δὲ τούτων, ὅτι, εἰ καὶ ἔπεισε, τοῦτο οὐκ ἂν ἱκανὸν τεκμήριον ἔδωκε τοῦ αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστόν. Τί γὰρ ἐκόλυσε καὶ μὴ ὄντα Χριστὸν ἀπὸ Βηθλεὲμ εἶναι κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐκεῖ γεννηθέντας; Τοῦτο μὲν οὖν παρήσιν· ὁ δὲ μάλιστα αὐτὸν δύνανται ἐπαγαγεῖσθαι, τοῦτο ποιεῖ· δεικνύσι γὰρ ἑαυτὸν παρόντα διαλεγόμενοις αὐτοῖς. Εἰπόντος οὖν ἐκεῖνου, *Πόθεν με γινώσκεις;* λέγει· *Ἐπὶ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι, διὰτι ὑπὸ τὴν συκῆν εἶδόν σε.* Ὅρα ἄνθρωπον εὐσταθῆ καὶ βεβηκότα. Εἰπόντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ· *Ἰδὲ ἀληθῶς Ἰσραηλῆτης, οὐκ ἔχων ὠθή τοῖς ἑπαίνοις, οὐκ ἐπέδραμε τοῖς ἐγκωμίοις, ἀλλ' ἐπιμένει ζητῶν καὶ ἀκριβέστερον διερευνώμενος, καὶ βούλεται τι σαφὲς μαθεῖν.* Αὐτὸς μὲν οὖν ὡς ἄνθρωπος ὁ ἐξήταζεν ἔτι· ὁ δὲ Ἰησοῦς ὡς Θεὸς ἀπεκρίνατο. Καὶ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἄνωθεν σε οἶδα· καὶ τῶν τρόπων αὐτοῦ τὴν ἐπιείκειαν, οὐχ ὡς ἄνθρωπος αὐτῷ παρηκολοθητός, ἀλλ' ἄνωθεν ὡς Θεὸς ἔγνω· καὶ, Νῦν εἶδόν σε ἐν τῇ συκῇ, ὅτε οὐδεὶς αὐτόθι παρῆν, ἀλλὰ μόνος Φίλιππος ἦν καὶ Ναθαναὴλ, καὶ κατ' ἰδίαν ἄπαντα ταῦτα εἶπον. Διὰ δὲ τοῦτο εἶρηται, ὅτι *Ἰδὸν αὐτὸν πόρρωθεν, εἶπεν· Ἰδὲ ἀληθῶς Ἰσραηλῆτης.* ἵνα μάθῃ ὅτι πρὶν ἢ πλησιάσαι [118] τὸν Φίλιππον ταῦτα ἐφθέγγετο ὁ Χριστὸς, ὥστε μὴ ὑποπτον γενέσθαι τὴν μαρτυρίαν. Διὰ καὶ τὸν καιρὸν εἶπε, καὶ τὸν τόπον, καὶ τὸ δένδρον. Εἰ μὲν γὰρ εἶπε μόνον, Πρὸ τοῦ Φίλιππον ἐλθεῖν πρὸς σέ, εἶδόν σε, κἄν ὑπωπτεῖσθῃ, ὡς αὐτὸς αὐτὸν ἀπεσταλκός, καὶ οὐδὲν μέγα λέγων· νῦν δὲ τῷ τὸν τόπον εἶπεν, καθ' ὃν διέτριβε φωνούμενος παρὰ τοῦ Φίλιππου, καὶ τοῦ δένδρου τὴν προσηγορίαν, καὶ τῆς διαλέξεως τὸν καιρὸν, ἀναμφισβήτητον τὴν πρόῤῥησιν ἔδειξεν οὖσαν. Οὐ τὴν πρόῤῥησιν δὲ μόνον ἐδήλωσεν, ἀλλὰ καὶ ἐτέρως αὐτὸν ἐπαίδευσεν. Εἰς ὑπόμνησιν γὰρ αὐτὸν ἤγαγε τῶν τότε λεχθέντων, οἷον, ὅτι *Ἐκ Ναζαρέτ δύναται τι ἀγαθὸν εἶναι;* ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα μειζύως αὐτὸν ἀπεδέξατο· καὶ ὅτι ταῦτα αὐτοῦ φθεγγαμένου, οὐ κατέγνω, ἀλλ' ἐπήνεσε καὶ ἰθαύμασε. Διὰ καὶ ἐκ τούτου συνεῖδεν, ὅτι ὁ Χριστὸς ὄντως ἐστίν, ἀπὸ τε τῆς πρόῤῥησεως, ἀπὸ τε τοῦ τὴν γνώμην ἐξετάσαι μετὰ ἀκριβείας αὐτοῦ ὅπερ δεικνύντος ἦν, ὅτι καὶ τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ ἠπίστατο· ἄλλως τε καὶ ὁ κατ' ἑαυτοῦ δόξαντα λέγειν, μὴ μέμψασθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπαίνεσθαι. Ὅτι μὲν οὖν ἐφώνησεν αὐτὸν ὁ Φίλιππος, εἶπε· τί δὲ αὐτῷ διελέχθη, καὶ τί οὗτος ἐκεῖνῳ, παρήκεν, ἀφελὲς αὐτοῦ ἰ τῷ συνεῖδόντι, καὶ οὐ βουλόμενος αὐτὸν ἐπὶ πλέον ἐλέγχειν.

Morel. ὡς ἄνθρωπον. Savil. ὡς ἄνθρωπος. Paulo post Morel. ἀπεκρίνατο· εἶπεν. Savil. ἀπεκρίνατο καὶ γὰρ εἶπεν. Unus οὐ γὰρ εἶπεν· Ἄνωθεν σε οἶδα, καὶ τὸν τρόπον, καὶ τὴν ἐκ. ὁ Savil. legendum putat ἵνα μάθῃ. ὁ Ὅτε καὶ Savil. et codd. cill. ὁ Morel. αὐτοῦ τὸν Ναθαναὴλ ὅπερ ἠπίστατο· τοῦτο συνελογίστατο. Ἄλλως τε καί. ὁ Ἄλλ' οὐτῷ.

*Mendacium ubique in seipsum impingit.* — Cur ergo accusarunt quod sabbatum non custodiret, nisi illud credidissent? cur non fidem habeis tantæ multitudini, et vicinis qui ipsum cognoscunt? Verum, ut dixi, ubique mendacium in seipsum impingit, per ea ipsa queis veritatem oppugnat; ipsamque veritatem clariorem efficit: quod etiam nunc evenit. Ne quis enim diceret vicinos et spectatores nihil accurate dixisse, sed de simili loquutos esse, parentes in medium adducunt, et sic inviti veritatem patefecerunt. Nam hi maxime omnium filium suum noverant. Quia enim ipsum perterrefacere non poterant, sed audacter ipse beneficium prædicabat, per parentes se miraculum infirmare posse sperabant. Et vide interrogationis nequitiam. Quid enim ait? Illos in medium adductos, ut terrorem incuterent, cum vehementia furentes interrogant: 19. *Hic est filius vester?* Nec dicunt, Qui pridem cæcus erat: sed quomodo? *Quem vos dicitis quia cæcus natus est*; ac si illi versute fingerent, ut opera Christi confirmarent. O execrandi, et plus quam execrandi! Equis pater hæc de filio confluxerit? Ac si dicerent: Quem vos cæcum dixistis; neque id tantum; sed hoc ubique sparsistis. *Quomodo ergo nunc videt?* O stultitiam! Vestrum est, inquit, hoc commentum, hæc simulatio vestra. Dupliciter ad id negandum inducunt, et his verbis, *Quem vos dicitis, et illis, Quomodo ergo nunc videt?*

2. Cum tres essent interrogationes, si filius eorum esset, si cæcus fuisset, et quomodo visum recepisset, duo tantum confitentur, tertium non addunt. Illudque ad veritatem firmendam conduxit, ut nemo alius quam cæcus curatus, qui fide dignus erat, hæc confiteretur. Et quomodo ad gratiam loquuti essent parentes, qui etiam quadam ex iis, quæ sciebant, tacerent propter metum Judæorum? Quid enim di-

<sup>1</sup> vs. orientalis savil. post *Beelzebub*, addit, *principe demoniorum.*





ἀλλὰ τὴν τεθεραπευμένον, τὸν καὶ ἀξιόπιστον ὄντα <sup>a</sup>, ταῦτα ὁμολογεῖν. Πῶς γὰρ ἂν ἐχαρίζαντο οἱ γονεῖς, ἢ οἱ καὶ ὧν ἤθεσαν τινα σιγήσαντες; διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων; Τί γὰρ φασιν; Ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν, ἡμεῖς οἴδαμεν, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη· πῶς δὲ νῦν βλέπει, ἢ τίς ἀπέφθεξε αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν· αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λόγον λαλήσει. Ἀξιόπιστον αὐτὸν ποιήσαντες, οὕτω παρητήσαντο· Οὐκ ἔστι παιδίον, φησὶν, οὐδὲ ἀτελής, ἀλλ' Ἰκάνῃν <sup>b</sup> ἐκυτῶ μαρτυρήσαι. Ταῦτα δὲ εἶπον διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων. Ὅρα πῶς πάλιν τὴν δόξαν αὐτῶν ὁ εὐαγγελιστὴς καὶ τὴν γνώμην εἰς μέσον ἤγει. Ταῦτα λέγω, διὰ τὸ βῆμα ἐκείνου, δὲ ἔμπροσθεν ἔλεγον, εἰπόντες, ὅτι Ἰσὸν ἔαυτὸν ποιεῖ τῷ Θεῷ· ὅτι εἰ καὶ ἐκείνου τῆς γνώμης ἦν τῶν Ἰουδαίων, ἀλλὰ μὴ τῆς κρίσεως τοῦ Χριστοῦ, προσεβήκειν ἂν καὶ εἶπεν, ὅτι γνώμη ἦν Ἰουδαϊκή. Ἐπεὶ οὖν παρέπεμψαν αὐτοὺς πρὸς <sup>c</sup> τὸν τεθεραπευμένον, πάλιν ἐφώνησαν ἐκ δευτέρου. Καὶ φανερώς μὲν καὶ ἀνασιγῶντος οὐ λέγουσιν· Ἄρνησαι ὅτι ὁ Χριστὸς ἐθεράπευσε· προσήματι δὲ εὐλαβείας τοῦτο κατασκευάσαι βούλονται. Δὸς γὰρ, φησὶ, δόξαν τῷ Θεῷ. Τοῖς μὲν γὰρ γονεῦσιν εἶπεν, Ἄρνησασθε ὅτι υἱὸς ὑμῶν ἐστί, καὶ ὅτι τυφλὸν [539] ἐγεννήσατε, σφόδρα ἐδόκει καταγενομένοι εἶναι· αὐτῷ δὲ πάλιν εἶπεν τοῦτο, φανερὰ ἦν ἀνασιγῶντα. Διὰ τοῦτο μὲν οὐ λέγουσιν, ἐτέρως δὲ αὐτὸ μεθοδεύουσι, Δὸς <sup>d</sup> δόξαν τῷ Θεῷ, λέγοντες· Οὐμολόγησον ὅτι οὗτος οὐδὲν εἰργάσατο. Ἠμεῖς οἴδαμεν ὅτι οὗτος ἄνθρωπος λέγοντα ἁμαρτωλὸς ἐστί. Πῶς οὖν αὐτὸν οὐκ ἠλέγησθε λέγοντα· Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει μὲ περὶ ἁμαρτίας; πόθεν δὲ ἴσπε ὅτι ἁμαρτωλὸς ἐστί; Εἰπόντων δὲ αὐτῶν, Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ, καὶ τούτου μηδὲν εἰπόντος, ἀπαντήσας ὁ Χριστὸς, ἐπήνεσε καὶ οὐκ ἐνεκάλεσεν, οὐδὲ εἶπε, Αἰατί οὐκ ἔδωκας δόξαν τῷ Θεῷ; ἀλλὰ τί; Πιστεύεις εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ <sup>e</sup>; ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτό ἐστι δούνα δόξαν τῷ Θεῷ.

Εἰ δὲ οὐκ ἦν ἰσότητος τῷ Πατρὶ, αὐτὴ δόξα οὐκ ἂν ἦν. Ἄλλ' ἐπειδὴ ὁ τιμῶν τὸν Υἱὸν οὗτός ἐστιν ὁ τιμῶν τὸν Πατέρα, εἰκότως οὐκ ἐπιτιμᾶται ὁ τυφλός. Ὅτε μὲν οὖν προσεδόκουν τοὺς γονεῖς; ἀνανεῖναι καὶ ἀρνεῖσθαι, οὐδὲν αὐτῷ ἔλεγον· ἐπειδὴ δὲ εἶδον οὐδὲν πλεον αὐτοῖς γεγεννημένον ἐκ τούτου, ἐπὶ τούτων ἔρχονται πάλιν, λέγοντες, ὅτι ἁμαρτωλὸς ἐστὶν οὗτος. Ἀπεκρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπεν· Εἰ ἁμαρτωλὸς ἐστί, οὐκ οἶδα· Ἐν οἶδα, ὅτι τυφλὸς ὢν, ἄρτι βλέπω. Ἄρα μὴ ἐφοβήθη ὁ τυφλός; Μὴ γένοιτο. Καὶ πῶς ὁ εἶπων, ὅτι Προφήτης ἐστί, λέγει, Εἰ ἁμαρτωλὸς ἐστί, οὐκ οἶδα; Οὐχ οὕτως ἔχων, οὐδὲ τοῦτο πεπεικώς; ἔκλυτον, ἀλλὰ βουλόμενος ἀπὸ τῆς τοῦ πράγματος μαρτυρίας, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς αὐτοῦ φωνῆς ἀπαλλάξαι τῶν ἐγκλημάτων αὐτοῦ, καὶ ἀξιόπιστον ποιῆσαι τὴν ἀπολογία, τῆς ἀπὸ τῆς εὐεργεσίας μαρτυρίας καταψηφισμένης αὐτῶν. Εἰ γὰρ μετὰ πλείονας λόγους εἰπόντος αὐτοῦ. ὅτι Εἰ μὴ οὗτος ἦν θεοσεβής, οὐκ ἠδύνατο τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν, οὕτως ἠγανάκτουν ὡς εἶπεν, Ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὄλος, καὶ σὺ διδύσκεις ἡμᾶς; εἰ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο εἶπεν, τί οὐκ ἂν ἐπραξάν; τί δὲ οὐκ εἶπαν <sup>f</sup>; Εἰ ἁμαρτωλὸς ἐστί, οὐκ οἶδα; ὡσαύτα εἴασι· Οὐδὲν ὑπὲρ τούτου λέγω νῦν, οὐδὲ ἀποφαίνο-

<sup>a</sup> Ms. Orient. καὶ ἀξιόπιστον ὄντα μάρτυρα. <sup>b</sup> Ἰκάνος Savil. et cod. 705; Ἰκάνος cod. 706. <sup>c</sup> Idem ἀλλὰ τὸ τῆς κρίσεως τοῦ Χριστοῦ προσήματι· καὶ εἶπεν ὅτι γνώμη τῶν Ἰουδαίων ἀποσυναγῆγους ποιεῖ τὸν ὁμολογούντα αὐτὸν Χριστόν. Ἐπεὶ οὖν οἱ γονεῖς παρητήσαν αὐτοὺς πάλιν πρὸς. <sup>d</sup> Idem μαρτυροῦνται ἔχοντες. Δὸς. <sup>e</sup> Ms. Orient. τοῦ ἀνθρώπου. <sup>f</sup> Ms. Orient. τοῦ τυφλοῦ καὶ ἀπο. <sup>g</sup> Ms. Orient. τοῦ τυφλοῦ καὶ ἀπο.

μαι τῶς· ἐκεῖνο μόνον οἶδα σαφῶς καὶ δισχυρισμῶν ἂν, ὅτι ἁμαρτωλὸς ὢν, οὐκ ἂν τοιαῦτα ἐποίησε. Διὰ τοῦτο καὶ ἀνυπόπτον ἐποίησεν ἑαυτὸν, καὶ τὴν μαρτυρίαν οὐδέκαστον, ὡς οὐκ ἔτι χαρίζομενος <sup>h</sup>, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πράγματος μαρτυροῦν. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἴσχυσαν ἀνατρέψαι οὐδὲ ἀνελεῖν τὸ γεγονός, πάλιν ἐπὶ τὸ πρότερον ἔρχονται, τὸν τρόπον τῆς θεραπείας περιεργαζόμενοι, καθάπερ τινὲς θῆραν ἀσφαλῶς προκαιμένην ἢ πάντοθεν διερευνώμενοι, καὶ νῦν μὲν ὧδε, νῦν δὲ ἐκεῖ περιτρέχοντες. Καὶ ἐπὶ τοὺς προτέρους ἔρχονται λόγους, ἵνα πάλιν σαφροὺς αὐτοὺς ποιήσασιν τῷ συνεχῶς ἑρωτᾶν, καὶ λέγουσι· Τί ἐποίησέ σοι; πῶς ἀπέφθεξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Τί οὖν ἐκείνου; Νικήσας αὐτοὺς καὶ καταβαλὼν, οὐκ ἔτι λοιπὸν ὑφαιμένως διαλέγεται. Ἔως μὲν γὰρ τὸ πρῶτον ἐξ-ετάσεως ἔδειτο καὶ ἐλέγχων, παρείχετο τὴν ἀπόδειξιν ὑπεσταλμένως φεγγόμενος· ἐπειδὴ δὲ εἴλε καὶ ἐνίκησε νίκην λαμπρὰν, θαρρῶν ἐπεμβαίνει αὐτοῖς λοιπὸν. Καὶ τί φησιν; Εἶπον ὑμῖν ἄπιστε, καὶ οὐκ [340] ἠκούσατε· τί πάλιν ὀλέετε ἀκοῦσαι; Εἶδες παρρησίαν ἐπαίτου πρὸς ἄνδρας γράμματις καὶ Φαρισαίους; Οὕτως ἰσχυρὸν ἢ ἀλήθεια, οὕτως ἀσθενὲς τὸ ψεῦδος. Ἐκείνη μὲν γὰρ, κἂν τῶν τυγχόντων ἐπιλάβηται, λαμπροὺς αὐτοὺς ἀποφαίνει· τοῦτο δὲ, κἂν μετὰ τῶν ἰσχυρῶν ἦ, ἀσθενεῖ; ἢ αὐτοὺς δείκνυσιν. Ὅ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Οὐ προσέχετε τοῖς λεγομένοις· διὰ τοῦτο οὐκ ἔτι ἐρῶ, οὐδὲ ἀποκρινοῦμαι συνεχῶς ὑμῖν, ἐρωτῶσιν εἰκῆ, καὶ οὐκ ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν βουλομένοις ἀκούσαι, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ τοῖς λεγομένοις ἐπιπράσσει. Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε μαθηταὶ αὐτοῦ γενέσθαι; Τῶς ἑαυτὸν εἰς τὸν τῶν μαθητῶν ἐγκατέταξε ἡ χορὸν. Τῷ γὰρ Μὴ καὶ ὑμεῖς, δεικνύοντες ἑαυτὸν ἐστί μαθητὴν ὄντα. Εἶτα αὐτοὺς; ἐκωμώθησε καὶ διέπληξεν ἰκανῶς.

γ. Ἐπειδὴ γὰρ ἤδει, ὅτι σφόδρα αὐτοὺς τοῦτο ἐπληττε, καθάψασθαι μεθ' ὑπερβολῆς αὐτῶν βουλόμενος, τοῦτο εἶρηκεν· ὅπερ ἦν ψυχῆς πεπαρρησιασμένης καὶ ἀνεπετραμμένης; καὶ ὑπερορώσης αὐτῶν τῆς μανίας, καὶ δεικνύουσης αὐτοῦ μέγα τὸ ἀξίωμα, ἐφ' ᾧ σφόδρα ἐθάμβει, καὶ δηλούσης ὡς ἐκείνου θαυμαστὸν ὄντα αὐτὸν ὑβρίζον, αὐτὸς δὲ οὐκ ὑβρίζετο, ἀλλ' ὅπερ ὡς ὑβρὶν προσέφερον, τοῦτο ὡς τιμὴν ἤραπασε. Σὺ εἰ μαθητὴς ἐκείνου, φησὶν ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωϋσέως ἐσμὲν μαθηταί. Ἄλλ' οὐκ ἂν ἔχοι λόγον τοῦτο. Ὑμεῖς γὰρ οὐτε Μωϋσέως, οὐτε τούτου. Εἰ γὰρ ἦτε Μωϋσέως, καὶ τούτου ἂν ἐγένεσθε. Διὰ τοῦτο ἀνωθεν ἔλεγον αὐτοῖς ὁ Χριστὸς· Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσῷ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἐγγυήσεν· ἐπειδὴ εἰς τούτου ἀπὸ τῶν λόγων κατέφευγον. Ἠμεῖς οἴδαμεν, ὅτι Μωϋσεὶ λελάληκεν ὁ Θεός. Τίνος εἰπόντος; τίνος ἀπαγγέλιαντος; Τῶν προγόνων. φησὶ, τῶν ἡμετέρων. Εἶτα, τῶν προγόνων, φησὶ, τῶν ὑμετέρων οὐκ ἐστὶν ἀξιόπιστοτερος ὁ διὰ τῶν σημείων τοῦτο διαβαθαίουμενος, ὅτι τε ἀπὸ Θεοῦ ἔχει, καὶ ὅτι τὰ ἀνωθεν φθέγγεται; Καὶ οὐκ εἶπαν· Ἠμεῖς ἠκούσαμεν, ὅτι Μωϋσεὶ λελάληκεν ὁ Θεός, ἀλλ' ὅτι οἴδαμεν. Τὰ ἐξ ἀκοῆς ὑμεῖς, ὡς Ἰουδαῖοι, ὡς εἰδότες δι-ισχυρίζεσθε· τὰ δὲ ἀπὸ τῆς ὕψους, ἀκοῆς ἐλάττωνα εἶναι νομίζετε; Καὶ μὴ ἐκεῖνα μὲν οὐκ εἶδατε ἢ, ἀλλ' ἠκούσατε· ταῦτα δὲ οὐκ ἠκούσατε, ἀλλ' εἶδατε. Τί οὖν ὁ τυφλός; Ἐν οὗτω γὰρ ἐστί τὸ θαυμαστόν, ὅτι ὑμεῖς οὐκ οἴδατε πόθεν ἐστί, καὶ τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖ· ὅτι ἄνθρωπος οὐ τῶν ἐπιστήμων παρ' ὑμῖν ὢν, οὐδὲ τῶν περιφανῶν, οὐδὲ τῶν δεδοξαμένων.

<sup>h</sup> Idem. ὡς οὐκ ἂν τι χαρίζομενος. <sup>i</sup> Αἱτι τινὲς κῶδες θῆραν ἀσφαλῶς συγκεκλεισμένην. Ibid. προκειμένην. Quiddam καίμενον. <sup>j</sup> Ms. Orient. ἀσθενεστερόν. Infra pro ἐρωτῶσιν Idem ms. ἐρωτῶσιν. <sup>k</sup> Idem ἐγκατέταξε. <sup>l</sup> Ms. Orient. οὐκ εἶδατε, recte. Ibid. οὐκ εἶδατε.

cunt? 20. *Quod hic est filius noster, scimus, et quod cæcus natus sit; 21. quomodo autem nunc videat, aut quis aperuit ejus oculos, nos nescimus. Ipse ætatem habet, ipse de se loquatur.* Fide dignum illum statuunt, et sic se excusant: Non est puer, inquit, neque infans; potest de se testimonium ferre. 22. *Hæc autem dixerunt propter metum Judæorum.* Vide quomodo evangelista illorum sententiam propositumque enuntiet. Hæc dico ob verbum illud ante dictum, *Æqualem se facit Deo.* Quia si illa fuisset Judaica sententia, non autem Christi judicium, id certe addidisset evangelista, dixissetque eam fuisse Judæorum sententiam. Cum igitur parentes illos ad cæcum sanatum remisissent, iterum vocaverunt eum. Nec tamen palam et impudenter dicunt, Nega Christum te sanasse, sed sub pietatis specie id volunt assequi. 24. *Da gloriam Deo,* inquit. Nam si parentibus dixissent, Negate filium vestrum esse, et cæcum natum, res admodum ridicula visa esset, idipsumque filio dicere, manifesta fuisset impudentia. Ideo non sic dicunt; sed alio modo insidias parant, dicentes: *Da gloriam Deo;* id est, Confitere ipsum nihil fecisse. *Nos scimus quia hic homo peccator est.* Cur ergo non reprehendistis eum cum diceret, *Quis ex vobis arguet me de peccato (Joan. 8. 46)?* unde scitis illum esse peccatorem? Cum dicerent autem illi, *Da gloriam Deo,* et ipse nihil respondisset, occurrens Christus laudavit eum, nec reprehendit quod gloriam Deo non dedisset; sed quid? *Credis in Filium Dei?* Ut discas illud esse, dare gloriam Deo.

*Filius æqualis Patri. Cæci testimonium explicatur.*—Quod si ipse non esset æqualis Patri, hæc gloria non esset. Sed quoniam qui Filium honorat, Patrem quoque honorat, jure non increpatur cæcus. Cum ergo expectabant ut parentes annuerent et negarent, nihil dicebant isti: cum vero se nihil hinc consequutos viderunt, jam huic dicunt, *Illic peccator est.* 25. *Respondit ille et dixit, Si peccator est, nescio: unum scio, quod cum cæcus essem, nunc video.* Numquid timuit cæcus? Minime. Et cur qui dixerat, *Propheta est,* nunc dicit, *Si peccator est, nescio?* Non ita affectus erat neque id putabat; sed quod vellet rei ipsius testimonio, non voce sua<sup>1</sup>, illum a crimine liberare, et fide dignam efferre defensionem, ex beneficii ipsos damnantis testimonio. Nam si post multa verba dicente illo, *Nisi esset Dei cultor, non potuisset talia signa facere,* ita indignati sunt ut dicerent, *In peccatis natus es totus, et tu doces nos?* si ab initio hæc dixisset, quid non fecissent? quid non dixissent? *Si peccator est, nescio;* id est; Nihil ea de re nunc dico, neque sententiam fero: illud probe scio et pronuntio, si peccator esset, non talia fecisset. Quibus verbis se et testimonium suum omni suspitione liberavit, ut qui non ad gratiam rem gestam narraret. Quia ergo non poterant illam evertere vel abolere, rursus ad modum curationis explorandum redeunt, velut si

<sup>1</sup> Morel. legit, in filium hominis.

<sup>2</sup> Morel. legit, et voce sua.

quipiam feram undique pervestigantes<sup>1</sup>, modo huc, modo illic accurrant. Ad priores ergo sermones redeunt, id curantes ut illos per crebras interrogationes infirmet, dicuntque: 26. *Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?* Quid ergo ille? Illis devictis et prostratis, non ultra remisse loquitur. Donec enim res examine et perquisitione opus habuit, moderate rem declaravit: postquam autem illos cepit, splendidamque victoriam retulit, audacter illos aggreditur, aitque: 27. *Dixi vobis semel, et non audistis; quid iterum vultis audire?* Vidistin' mendici adversus scribas et Phariseos confidentiam? Tam firma res est veritas, tam infirmum mendacium. Illa enim viros ex infirma plebe claros efficit; hoc vero fortes deprimit. Id porro vult cæcus significare: Dicitis non attendistis; ideo non ultra loquar, neque crebris et vanis interrogationibus respondebo, cum non discendi causa audiat, sed ut dicta insectemini. *Numquid et vos vultis discipuli ejus fieri?* Jam se discipulis annumerat. Illud enim, *Numquid et vos,* significat ipsum esse discipulum. Deinde vero illos satis traducit et incessit.

3. Cum enim sciret hoc illos maxime pungere, lacerandi causa dixit; quod erat animi fidentis, sublimis, illorumque furorem despicientis, atque illius, in quo fidebat, dignitatem celebrantis, ut ostenderet ipsos virum admirabilem contumelia afficere; ipsum autem non vere affici contumelia, sed contumeliam illatam in honorem sibi rapere. 28. *Tu es discipulus ejus,* inquit; *nos autem discipuli sumus Moysis.* Verum id non ratione nixum est. Vos enim neque Moysis, neque hujus discipuli estis. Si Moysis essetis, et Christi essetis. Ideo Christus supra dicebat illis: *Si crederetis Moysi, crederetis utique et mihi: de me enim ille scripsit (Joan. 5. 46):* quoniam ad hos semper sermones confugebant. 29. *Nos scimus quod Moysi loquutus est Deus.* Quo narrante? quo nuntiante? Majoribus, aiunt, nostris. Annon illis fide dignior est, qui hoc per signa confirmat, cum dicit se a Deo venire et cælestia loqui? Neque dixerunt, *Audivimus quod Moysi loquutus sit Deus;* sed, *Scimus.* Quæ ex auditu scitis, o Judæi, affirmatis; et quæ visu percipitis, minora putatis esse? Atqui illa quidem non vidistis, sed audistis, hæc vero non audistis, sed vidistis. Quid ergo cæcus? 30. *In hoc enim est mirabile, quod vos nescitis unde sit,* et talia signa facit: quod vir non insignis apud vos, neque clarus vel illustris, talia possit: ut omnino manifestum sit, esse Deum, qui ne minimo quidem humano egeat auxilio. 31. *Scimus autem quod Deus peccatores non exaudit.* Cum enim antea dixissent: *Quomodo potest homo peccator talia signa facere?* eorum nititur judicio, et hæc ipsis in mentem revocat. Hæc sententia, inquit, et mihi et vobis communis est: in hac persistite. Et vide mihi prudentiam. Signum semper in ore versat, quia illud tollere non poterant, et inde ratiocinatur. Vident' eum, cum initio diceret. *Si peccator est, nescio, id*

<sup>1</sup> Alii legunt, *velut si canes feram in tuto latentem undique pervestigante...*

non dubitando dixisse? absit, norat enim non esse peccatorem. Nunc ubi opportunum est tempus, video quomodo respondeat. *Scimus autem quod Deus peccatores non audiat; sed si quis Dei cultor est, et voluntatem ejus facit.* Hic non modo a peccatis absolvit, sed et Deo acceptum, et Dei opera facientem probat. Quia enim illi se Dei cultores dicebant, ideo addidit, *Et voluntatem ejus facit.* Non satis est, inquit, Deum cognoscere, sed ejus est facienda voluntas. Inde miraculum extollit. 32. *A sæculo non est auditum quod aperuerit quis oculos cæci nati.* Si ergo constemini<sup>1</sup>, Deum non exaudire peccatores; hic vero miraculum patravit, et tale miraculum, quale nemo fecit: palam est illum virtute omnia superasse, ejusque potentiam plus quam humanam esse. Quid ergo illi? 34. *In peccatis natus es totus, et tu doces nos?* Donec enim negaturum eum sperabant, fide dignum putantes, semel et iterum vocarunt. Quod si fide dignum non putabatis<sup>2</sup>, inquam, cur vocastis et secundo interrogastis? Cum porro nihil veritus, vera loqueretur, quando maxime mirari illum oportebat, tunc illum damnant. Quid porro sibi vult illud, *In peccatis natus es totus?* Illic illi cæcitatem exprobrant, ac si dicerent: A prima ætate in peccatis es; ac si ideo cæcus fuisset, quod præter rationem est. Hac in re ipsum consolans Christus dicebat: *In judicium ego veni in mundum, ut non videntes videant, et qui vident, cæci fiant.* *In peccatis natus es totus, et tu doces nos (Joan. 9. 39)?* Quid dixerat ille? num suam sententiam attulerat? annon potius communem, cum diceret, *Scimus quod Deus peccatores non exaudit?* nonne ea quæ vos dixeratis in medium attulit? *Et ejecerunt eum foras.* Vidiſtin' veritatis præconem, et quomodo paupertas philosophiam non inturbavit. Viden' quot et quanta a principio audierit et passus sit? et quomodo verbis et operibus testificatus sit?

4. Hæc porro scripta sunt, ut nos illa imitemur. Nam si mendicis, cæcus, qui Christum non viderat, tantum fiduciæ statim ostendit ante Christi hortamenta, stans contra populum totum, cædem spirantem, a dæmone actum, furentem, ex ejus voce Christum damnare cupientem: neque cessit ille, neque recessit, sed fidenter illos confutavit, maluitque foras eijci, quam veritatem prodere: quanto magis nos, qui tamdiu in fide viximus, qui per fidem sexcenta miracula vidimus, qui majora quam ille beneficia accepimus, qui interioribus oculis arcana mysteria vidimus, et ad tantum honorem vocati sumus, omnem fiduciam exhibere oportet adversus eos qui Christianos accusant, illosque confutare, neque eis temere parcere?

*Scripturarum lectioni vel auditioni assidue vacandum. Contra spectaculorum frequentiam.* — Hoc vero facere poterimus, si fiduciam assumamus et Scripturis attendamus, neque perfunctoriis illas audiamus. Nam

<sup>1</sup> Hinc locum sic effert Ms. Savil. Orientalis.. « *aperuerit quis oculos cæci nati* ». Deinde ratiocinatur: *si ille non esset a Deo nihil posset tale facere. Quod si in confesso sit, etc.*

<sup>2</sup> Idem Ms. habet, *putabant*, et mox, *interrogarunt*.

si quis assidue veniat, etiamsi domi non legat, sed hic dictis attendat: anni unius spatio poterit multa discere. Neque enim hodie has, cras alias Scripturas legimus, sed semper easdem. Attamen multi ita misere affecti sunt, ut post tantam lectionem ne nomina quidem librorum sciant; nec verentur, neque formidant tam negligenter ad divinam ingredi concionem. Sed si citharædus, si saltator vel alius quivis ad scenam vocarit civitatem, diligenter omnes accurrunt, et gratias habent vocanti, atque in spectaculo hujusmodi dimidium diei insumunt: Deo autem nos per prophetas et apostolos alloquente, oscitamus, nos scalpimus, fastidimus. In ætate quidem et æstu magno<sup>1</sup> forum petimus; in hieme vero a pluvia et luto domi continemur. At in hippodromis, ubi nullum est tectum quod a pluvia defendat, multi, imbre urcætim labente, vento aquam in vultum ferente, insaniam ducti stant, frigore, pluvia, luto, viæ longitudine despectis; nihil eos domi retinet, nihil a spectaculo cohibere potest: huc autem ubi tectum, ubi mirè temperatus calor, venire refugiunt, cum de animæ salute agatur. Hæcæcine, quæso, toleranda? Ideo in illis apprime edocti, in necessariis imperitiores quam pueruli sumus. Quod si quis te aurigam vel saltatorem appellet, id contumeliam dicis, licet nihil non agas ut tibi hoc vituperium attrahas; si vero ad rei spectaculum evocet, non resilis; artemque, cujus nomen refugis, totam fere prosequeris. Ubi vero et rem et nomen tenere debes<sup>2</sup>, atque esse et vocari Christianus, nequidem quid id sit intelligis. Quid hæc amentia pejus? Hæc frequenter vobis dicere velim; sed timeo ne frustra et sine ullo fructu vobis sim odiosus. Video namque insanientes, non modo juvenes, sed etiam senes: quorum maxime causa erubesco, cum virum cerno canitie venerandum, canos dehoneſtare, et filium secum trahere. Quid magis ridiculum? quid turpissimum? filius a patre turpiter agere docetur.

5. *Spectaculorum amatores redarguuntur: quodnam sit spectaculorum damnum.* — Mordent hæc verba? Hoc ego volo, ut mœrorem verba pariant, ut reipsa a tanta turpitudine liberemini. Sunt enim nonnulli his longe frigidiores, quos hujusmodi verborum non pudet, sed longam texunt hac de re orationem. Quis si interrogaveris quis sit Amos, quis Abdias, quot prophetae, quot apostoli, ne hiscere quidem possunt; sed circa equos et aurigas, graviorem quam sophiæ et rhetores afferunt defensionem: et post hæc omnia dicunt: Ecquid hinc detrimenti? quid damni? Ideo ingemisco, quod noxiam esse rem nescitis, neque in sensum malorum veneritis. Vitæ tempus dedit tibi Deus, ut ipsum colas: tu vero frustra et inutiliter consumens illud, quæris adhuc, quod sit damnum? Si tantillum frustra insumas pecunie, id damnum vocas; dum vero dies integros in satanicis pompis insumis, nihil absurde te facere putas? Cum oporteret precibus<sup>3</sup> et obsecrationibus totam vitam

<sup>1</sup> Alii legunt tantum: *In æstu magno.*

<sup>2</sup> Ms. Orient. Savil. habet, *cupis*, pro, *debes*.

<sup>3</sup> Editi habent, *elemosynis*, pro, *precibus*.

ων, τοιαῦτα δύναται· ὡς εἶναι πάντοθεν δῆλον, ὅτι Θεός ἐστιν, οὐδεμιᾶς ἀνθρωπίνης δεόμενος ἢ βοήθειας. *Οἴδαμεν δὲ ὅτι Θεός ἀμαρτωλῶν οὐκ ἀκούει.* Ἐπειδὴ γὰρ προλαβόντες εἶπον, Πῶς δύναται ἄνθρωπος ἀμαρτωλῶς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν; λοιπὸν καὶ τὴν ἐκείνων παραλαμβάνει κρίσιν, τῶν οικειῶν αὐτοῦς ὑπομιμνήσκων ῥημάτων. Ἡ δόξα, φησὶν, αὕτη καὶ ἐμοῦ καὶ ὑμῶν κοινή· ταύτη τοίνυν ἐμμενῆναι. Καὶ θεὰ μοι τὴν σύνεσιν· Πανταχοῦ τὸ σημεῖον περιπρέπει, ἐπειδὴ τοῦτο ἐλεῖν ἢ οὐκ εἶχον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ συλλογίζεται. Ὁρᾷς ὅτι καὶ ὁ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγεν, ὅτι *Εἰ ἀμαρτωλὸς ἐστίν, οὐκ οἶδα*, οὐχὶ ἀμφιβάλλων· μὴ γένοιτο [341] ἀλλ' εἰδὼς ὅτι οὐχ ἀμαρτωλὸς ἐστιν; Νῦν γοῦν ὅτε καιρὸν ἔσχεν, ὅρα πῶς ἀπελογήσατο. *Οἴδαμεν δὲ ὅτι ἀμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει, ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβῆς ἦ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ.* Ἐνταῦθα γὰρ οὐχὶ μόνον ἀμαρτημάτων αὐτὸν ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ δείκνυσι, καὶ τὰ ἐκείνου πάντα πράττοντα. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνους θεοσεβεῖς ἔλεγον ἑαυτοῦς, προσέθηκε, *Καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ.* Οὐκ ἀρκεῖ γὰρ τοῦτο, φησὶν, τὸ ἐπιγινώσκειν τὸν Θεόν, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν. Εἶτα ἐπαίρει τὸ γεγονός, λέγων, *Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη, ὅτι ἠνοιξέ τις σφραγισμὸς τυφλοῦ γεγεννημένου.* Εἰ τοίνυν ὁμολογεῖτε, ὅτι ἀμαρτωλῶν ἢ οὐκ ἀκούει, οὗτος δὲ θαῦμα ἐποίησε, καὶ θαῦμα τοιοῦτον, οἷον οὐδεὶς ἄνθρωπος ἐποίησεν, εὐδὴλον ὅτι πάντα ἐνίκησεν ἀρετῇ, καὶ μείζων αὐτοῦ ἐστὶν ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἢ δύναμις. Τί οὖν ἐκείνοι; *Ἐν ἀμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὄλος, καὶ σὺ διδάσκεις ἡμᾶς;* Ἔως μὲν γὰρ αὐτὸν προσέδοκον ἀρνεῖσθαι, καὶ ἀξιοπίστον εἶναι ἐνόμιζον, καὶ ἕπαυτο καὶ δεῦτερον καλοῦντες αὐτόν. Εἰ δὲ μὴ ἐνομιζετε ἀξιοπίστον, εἴποιμ' ἂν πρὸς αὐτοῦς, Τίνος ἔνεκεν ἐκαλεῖτε καὶ δεῦτερον ἠρωτᾶτε; Ἐπειδὴ δὲ τὴν ἀλήθειαν ἐφθέγγατο, οὐδὲν αἰδέσθεις, ὅτε μάλιστα αὐτὸν θαυμάσαι ἐχρῆν, τότε αὐτὸν καταδικάζουσι. Τί δὲ ἔστιν, *Ἐν ἀμαρτίαις ἐγεννήθης ὄλος;* Ἐνταῦθα αὐτοῦ ἢ καὶ τὴν τύφλωσιν ὀνειδίζουσι ἀφειδῶς· ὡσανεὶ ἔλεγον, Ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐν ἀμαρτίαις εἶσὺ, παραδηλοῦντες ὅτι διὰ τοῦτο γέγονε τυφλός, ὅπερ λόγον οὐκ εἶχεν. Ἐν τούτῳ γοῦν αὐτὸν παραμυθούμενος ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· *Εἰς κρίμα ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέψωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωται.* Ἐν ἀμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὄλος, καὶ σὺ διδάσκεις ἡμᾶς; Τί γὰρ εἶπεν ὁ ἄνθρωπος; μὴ γὰρ οικειῶν γνώμην ἐξέθετο; οὐχὶ κοινήν κρίσιν ἐξήτασε, λέγων· *Οἴδαμεν ὅτι ἀμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει; οὐχὶ τὰ παρ' ὑμῶν λεχθέντα εἰς μέσον ἤγαγε; Καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω.* Εἶδες τὸν κήρυκα τῆς ἀληθείας, πῶς ἠ πενία τῆς φιλοσοφίας οὐκ ἐγένετο κώλυμα; Ὁρᾷς ὅσα ἤκουσεν ἐκ προοιμίων, καὶ ὅσα ἔπαθεν; καὶ διὰ λόγων καὶ διὰ ἔργων πῶς ἐμαρτύρησε;

δ. Ταῦτα δὲ ἀναγέγραπται, ἵνα καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα. Εἰ γὰρ ὁ ἐπαίτης, ὁ τυφλός, ὁ μὴ δὲ ἔωρακώς αὐτόν, τοσαύτην εὐθέως παρῆρσιαν ἐπεδείξατο πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἢ παρακλήσεως, πρὸς ὀλόκληρον δῆμον στάς, φωνῶντα καὶ δαιμονιώντα καὶ μαινόμενον, καὶ ἀπὸ τῆς ἐκείνου φωνῆς βουλόμενον καταδικάζαι τὸν Χριστὸν, καὶ οὐκ εἰς ἔξω, οὐδὲ ὑπεχώρησεν, ἀλλὰ μετὰ παρῆρ-

ἢ Idem ms. οὐδὲν ἀνθρωπίνης ἐπεδέχόμενος. ἢ Idem ms. ἀνελεῖν. ἢ Idem ἐκείνον θεοσεβῆ ἔλεγε. Alius ἐκείνον θεοσεβῆ ἔλεγον. ἢ Ms. Orient. εἶτα καὶ συλλογίζεται. Εἰ μὴ ἦ, οὕτως παρὰ Θεοῦ, οὐκ ἔδύνατο ποιεῖν οὐδέν. Εἰ τοίνυν ὁμολογῆται ὅτι ἄμαρ. Paulo post. Idem. οὐδεὶς ἄνθρωπος ἐποίησεν ποτε. ἢ Idem εἰ δὲ μὴ ἐνόμιζον ἀξίως. τ. ἢ ἐκάλουν, καὶ δεῦτερον ἠρώτων. ἢ Alii ἐνταῦθα αὐτῶν. Ibid. pro ἀπειδῶς ms. Orient. σαφῶς. ἢ Idem ἀπὸ τῆς παρὰ τοῦ X.

σία; ἀπάσης αὐτοῦς ἐπιστόμισεν, καὶ εἴλετο βληθῆναι ἔξω μᾶλλον, ἢ προδοῦναι τὴν ἀλήθειαν· πόση μᾶλλον ἔμας τοὺς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἐν πίστει ζήσαντας, τοὺς μυρία θαύματα διὰ τῆς πίστεως ἑωρακότας, τοὺς μείζονα εὐεργετηθέντας ἐκείνου, καὶ τοὺς ἐνδοθεν ὀφθαλμοὺς ἀναθλέψαντας, καὶ τὰ ἀπόρρητα θεασαμένους μυστήρια, καὶ εἰς τοσαύτην κληθέντας τιμὴν, ἄπασαν παρῆρσιαν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπιδείκνυσθαι γρη [342] πρὸς τοὺς ἐγκαλεῖν ἐπιχειροῦντας καὶ λέγοντάς τι κατὰ Χριστιανῶν καὶ ἐπιστομίζειν, ἀλλὰ μὴ συγγινώσκειν ἀπλῶς!

Δυνησόμεθα δὲ τοῦτο ποιεῖν, ἐὰν καὶ παρῆρσιαν ἔχωμεν, καὶ ταῖς Γραφαῖς προσέχωμεν, καὶ μὴ παρῆργως αὐτάς ἀκούωμεν. Εἰ γὰρ τις ἀκριβῶς ἐνταῦθα εἰσέρχεται, κἂν οἶκοι μὴ ἀναγινώσκῃ, προσέχῃ δὲ τοῖς ἐνταῦθα λεγομένοις, ἀρκεῖ καὶ ἑναιαυτὸς εἰς εἰς ἐμπειρίαν αὐτὸν καταστήσαι πολλήν. Οὐ γὰρ νῦν μὲν ταύτας, αὐριον δὲ ἑτέρας ἀναγινώσκωμεν Γραφάς· ἀλλ' αἰεὶ τὰς αὐτάς καὶ διαπαντός. Ἄλλ' ὅμως οὕτως ἀθλιῶς οἱ πολλοὶ διάκεινται, ὡς μετὰ τοσαύτην ἀνάγνωσιν μηδὲ τὰ ὀνόματα εἰδέναι τὸν βιβλίον καὶ οὐκ αἰσχύνονται, οὐδὲ φρίττουσι, οὕτω παρῆργως εἰς ἀκροατήριον θεῖον εἰσερχόμενοι. Ἄλλ' ἂν μὲν κἰθαρωδός, ἢ ὀρχηστής, ἢ ἄλλος τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς καλέσῃ τὴν πόλιν, μετὰ σπουδῆς ἅπαντες τρέχουσι, καὶ χάριν αὐτῷ τῆς κλήσεως ἴσασιν, καὶ ἡμέρας ὀλοκλήρου τὸ ἦμισυ μέρος ἀναλίσκουσιν, ἐκείνῳ μόνῳ προσέχοντες· τοῦ δὲ Θεοῦ διὰ προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἡμῖν διαλεγόμενου, χασμώμεθα, κνώμεθα, ἰλιγγιῶμεν. Καὶ ἐν μὲν τῷ θέρει ἢ πολλὸς ὁ αὐχμὸς εἶναι δοκεῖ, καὶ τὴν ἀγορὰν καταλαμβάνομεν· καὶ ἐν χειμῶνι πάλιν, ὁ ὑετὸς κώλυμα καὶ ὁ πηλός, καὶ οἶκοι καθήμεθα. Καὶ ἐν μὲν ταῖς ἱπποδρομίαις, οὐκ ὀρόφῳ ἐπικειμένου τοῦ τῶν ὑετῶν στέγοντος, οἱ πλείους πολλῶν δυμῶν ἢ καταφρομένων, καὶ ἀνέμου τὸ ὑδωρ εἰς τὰς ὕψεις ριπίζοντος, ἐστήκασιν μαινόμενοι, καὶ ψύχους· καὶ δευτοῦ, καὶ πηλοῦ, καὶ μήκους ὁδοῦ καταφρονοῦντες, καὶ οὐδὲν αὐτοῦς οὔτε οἶκοι κατέχει, οὔτε ἐκεῖ κωλύει διαθῆναι ἢ ἐνταῦθα δὲ καὶ ὀρόφῳ ἐπικειμένου, καὶ θερμῆς οὕτης θαυμαστῆς, ἀναδύονται καὶ οὐ συντρέχουσι· καὶ ταῦτα ἐπὶ κέρδει τῆς οικείας ψυχῆς. Ποῦ ταῦτα ἀνεκτὰ, εἰπέ μοι; Διὰ τοῦτο ἐν ἐκείνοις πάντων δυντες ἐμπειρότεροι, ἐν τοῖς ἀναγκαίοις παιδῶν ἔσμεν ἀμαθέστεροι. Κἂν μὲν τίς [σε] ἠνίχοι καὶ ὀρχηστὴν καλέσῃ, ὑβρίζεται φῆς, καὶ πάντα ποιεῖ, ὥστε σε ἢ τὸ δνειδος ἀποτρέψαται· ἂν δὲ ἐπὶ τὴν θεωρίαν σε ἐλκύσῃ τοῦ πράγματος, οὐκ ἀποπηδᾷ· καὶ ἡς τὸ νομομα φεύγεις τέχνης, ταύτην μεταδίνεις σχεδὸν ἅπασαν. Ἐνθα δὲ καὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ νομομα ἔχειν ὀφείλεις<sup>1</sup>, καὶ εἶναι καὶ καλεῖσθαι· Χριστιανός, οὐδὲ τί ποτὲ ἐστὶ τὸ πρᾶγμα οἶδας. Τί ταύτης τῆς ἀνοίας ἢ γένοιτ' ἂν χεῖρον; Ταῦτα ἐβουλόμην συνεχῶς λέγειν πρὸς ὑμᾶς· δέδοικα δὲ, μὴ μάτην ἀπεχθάνωμαι καὶ κέρδους χωρὶς. Ὅρῳ γὰρ μεμηνύτας οὐ νέους μόνον, ἀλλὰ καὶ γέροντας· ἐφ' ὧν μάλιστα αἰσχύνομαι, ὅταν ἴδω ἄνδρα ἀπὸ τῆς παιδείας αἰδέσιμον, κατασχόνοντα τὴν πολιάν, καὶ παιδίον ἐπισυρῶμενον. Τί γὰρ τοῦ γέλωτος τούτου χεῖρον; τί τοῦ ἔργου τούτου ἢ αἰσχρότερον; ὁ καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς διδάσκαται ἀσχημονεῖν.

ε'. Δάκνει τὰ ῥήματα; Τοῦτο γὰρ βούλομαι, ἀνασχεῖσθαι ὁ ὑμᾶς τῆς διὰ τῶν ῥημάτων ἀληθοῦτος, ἵνα τῆς διὰ τῶν πραγμάτων ἀσχημοσύνης ἀπαλλαγῆτε.

ἢ Hec, ἐν μὲν τῷ θέρει, desunt in quibusdam mss. ἢ Ms. Orient. πολλῶν καὶ σοφοῶν. ἢ Idem. οἷον κωλύει καταθῆναι. ἢ Σε desunt in ms. Orient. Idem. μοι θεωρίαν ἐλεῖται τοῦ. ἢ Idem ἐπιθυμῶν. ἢ Morf. τῆς ἀνοίας. ἢ Vox τούτου e Savil. et eold 705, 746. ἢ Or. ἀισθησάτι.

Καὶ γὰρ εἰσὶ τινες, οἱ πολλῶν ψυχρότεροι τούτων [345] ὄντες, οἱ οὐδὲ αἰσχύνονται ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, ἀλλὰ καὶ μακρὸν εἵρουνσιν <sup>a</sup> ὑπὲρ τοῦ πράγματος λόγον. Κἂν μὲν ἐρωτήσης, τίς ἐστὶν ὁ Ἀμώς, ἢ ὁ Ἀδδοῦ, <sup>b</sup> πῶς τῶν προφητῶν ὁ ἀριθμὸς, ἢ τῶν ἀποστόλων, οὐδὲ χάναι δύνανται. Ὑπὲρ δὲ ἵππων καὶ ἡνιόχων, σοφιστῶν καὶ βητόρων δεινότερον ἀπολογίαν <sup>b</sup> συντιθέασιν· καὶ μετὰ ταῦτα ἅπαντα λέγουσι, Καὶ τί τὸ βλάβος; καὶ τίς ἡ ζημία; Διὰ γὰρ τοῦτο στένω, ὅτι οὐδὲ ζημίαν ἴστε τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ αἰσθησὶν λαμβάνετε τῶν κακῶν. Ἐδωκέ σοι βίον προθεσμίαν ὁ Θεὸς εἰς τὸ θεραπεύειν αὐτόν· οὐ δὲ μάτην ἀναλίσκων αὐτόν καὶ εἰκὴ καὶ ἐν οὐδενί <sup>c</sup> χρυσίμῳ, ἐξετάξεις ἔτι, τίς ἡ ζημία; Κἂν μὲν ἀργύριον ὀλίγον δαπανήσης ἀπλῶς, ζημίαν τὸ πρᾶγμα καλεῖς· τὰς δὲ ἡμέρας σου δαπανῶν ὀλοκλήρους εἰς σατανικὰς πομπὰς, οὐδὲν ἤγησεν ἄτοπον; Δέον εἰς λιτὰς <sup>d</sup> καὶ εὐχὰς δαπανῆσαι σου τὴν ζωὴν ἅπαντα, οὐ δὲ εἰς κραυγὰς καὶ θορύβους καὶ αἰσχρὰ ὄψματα, καὶ μάχην καὶ τέρψιν ἄκαιρον, καὶ ἔργα ἀπὸ μαγγανείας γινόμενα τὸν βίον σου καταναλίσκει εἰκὴ καὶ ἐπὶ κακῶ τῶ σῶ· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἐρωτᾷς, τίς ἡ ζημία; οὐκ εἰδὼς ὅτι παντὸς μᾶλλον ἀφειδὲν χρεῖ, ἢ χρόνου <sup>e</sup>. Χρυσίον ἂν ἀναλώσης, δυνήσῃ πάλιν ἀνακτήσασθαι· χρόνον δὲ ἂν ἀπολέσῃς, δυσκόλως αὐτὸν ἀναλήψῃ. Ὀλίγος γὰρ ἡμῖν τεταμίευται κατὰ τὸν παρόντα βίον. Ἄν οὖν εἰς θεόν αὐτῶ μη χρησόμεθα, εἰ ἐροῦμεν ἀπεθόντες ἐκεῖ; Εἰπέ γάρ μοι· εἴ τινὰ σου τῶν υἱῶν ἐκέλευσας τέχνην μαθεῖν, εἶτα ἐκεῖνος οἶκοι διὰ παντὸς ἕμενον, ἢ καὶ ἀλλαγοῦ που διέτριβεν, οὐκ ἂν αὐτὸν παρητήσατο ὁ διδάσκαλος; οὐκ ἂν εἶπε πρὸς σέ· Συγγραφήν πρός με πεποίηκας, καὶ χρόνον ὥρισας; Εἰ μὴ μέλει τοίνυν τὸν χρόνον τοῦτον παρ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐτέρωθι ἀναλίσκειν ὁ παῖς, πῶς σοι παραστησόμεθα μαθητήν <sup>f</sup>; Ταῦτα καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν ἀνάγκη. Ἐρεῖ δὲ καὶ ὁ Θεὸς ἡμῖν· Χρόνον ὑμῖν δέδωκα, φησὶ, πρὸς τὸ

<sup>a</sup> Alii συνείρουνσιν. Ms. Orieni. γενομένοις ἐν τοῖς θεωρίαις, ἀλλὰ μακρὸν ἐγείρουνσιν ὑπὲρ. Infra idem ἢ πόσος. <sup>b</sup> Idem ἀπολογία. <sup>c</sup> Editi ἐν οὐδενί. Idem ἐπ' οὐδενί, non male. <sup>d</sup> Idem ελεημοσύνας. <sup>e</sup> Idem παντὸς μᾶλλον τοῦ χρόνου ἐργασίαν ἀπαιτηθήσῃ. Infra idem τεταμίευται χρόνος κατὰ τὸν παρ. <sup>f</sup> Idem τεχνητὴν αὐτόν.

μαθεῖν τὴν τέχνην ταύτην τὴν τῆς εὐλαβείας· τίνος ἔνεκεν εἰκὴ καὶ μάτην τὸν χρόνον ἀνηλώσατε τοῦτον; τί δὲ πρὸς τὸν διδάσκαλον συνεχῶς οὐκ ἐβαδίζετε, οὐδὲ προσεῖχετε τοῖς λεγομένοις; Ὅτι γὰρ τέχνη ἐστὶν ἡ εὐλάβεια, ἀκουσον τί φησὶν ὁ προφήτης· Δεῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβος Κυρίου διδάξω ὑμᾶς, καὶ πάλιν· Μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃ, Κύριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃ αὐτόν. Ὅταν οὖν τοῦτον ἀναλώσης εἰκὴ, ποῖαν ἔξεις ἀπολογίαν; Καὶ τίνος ἔνεκεν, φησὶν, ὀλίγον ἡμῖν ἐταμίευσάτε χρόνον; Ὡ τῆς ἀναίσθησίας καὶ τῆς ἀγνωμοσύνης! ὑπὲρ οὐ μάλιστα εὐχαριστεῖν ἔδει, ὅτι σοι τοὺς πόρους ἐπέτεμε, καὶ τοὺς ἰσθμῶτας ἐνέκοψε, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν μακρὰν ἐποίησε καὶ ἀθάνατον, ὑπὲρ τούτων ἐγκαλεῖς καὶ δυσχεραίνεις; Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς ἐνταῦθα τὸν λόγον ἐξηγάγομεν καὶ μακρὸν εἰργασάμεθα. Διόπερ ἀναγκαῖον αὐτὸν συστεῖλαι πάλιν. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἡμετέρας ταλαιπωρίας, [344] ὅτι ἐνταῦθα μὲν, ἂν μακρὸς γένηται ὁ λόγος, πάντες ἀκηδιῶμεν· ἐκεῖ δὲ ἐκ μέσης ἡμέρας ἀρχόμενοι, ὑπὸ λαμπάσι καὶ λύχνοις ἀναχωροῦσιν. Ἄλλ' ἵνα μὴ ἀεὶ ἐγκαλῶμεν, παρακαλοῦμεν ὑμᾶς λοιπὸν καὶ δεόμεθα· ὅστε ταύτην τὴν χάριν καὶ ἡμῖν καὶ ἑαυτοῖς <sup>g</sup>, καὶ πάντων ἀπαλλαγέντες τῶν ἄλλων, τοῖς ἑαυτοῦς προσηλώσωμεν. Κερδανούμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐξ ὑμῶν τὴν χάριν καὶ τὴν εὐφροσύνην, καὶ τὸ σεμνύνεσθαι ἐφ' ὑμῖν, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις λαβεῖν ἀμοιβήν· τὸν δὲ μισθὸν ἅπαντα ὑμεῖς καρπώσεσθε, ὅτι μανικῶς οὕτω προσηλωμένοι τῇ ὀρχήστρᾳ πρὸς τοῦτο, διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον καὶ τὴν ἡμετέραν παράκλησιν, ἀπεβήξατε τοῦ νοσήματος ἑαυτοῦς ἐκείνου, καὶ τὰ δεσμὰ διελύσατε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἐδράματε. Οὐκ ἐκεῖ δὲ μόνον λήψεσθε τὸν μισθὸν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα εἰλικρινῆ καρπώσεσθε τὴν ἰδουήν. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀρετὴ· μετὰ τῶν ἐκεῖ στεφάνων καὶ ἐνταῦθα ἡδὺν καθίστησιν ἡμῖν τὸν βίον. Πειθώμεθα τοίνυν τοῖς εἰρημένοις, ἵνα καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν ἐκεῖσε ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῶ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῶ ἀγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>g</sup> Ms. Or. ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, μᾶλλον δὲ καὶ ἡμῖν κ. ε.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΝΘ'.

Καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω· καὶ ἤκουσεν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω· καὶ εὐρῶν αὐτόν, εἶπεν αὐτῶ· Ἐν πιστεύεις εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Ἀπεκρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπε· Καὶ τίς ἐστι, Κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; καὶ τὰ λοιπὰ.

α'. Οἱ διὰ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν πάσχοντές τι δεινὸν καὶ ὑβριζόμενοι, οὗτοι μάλιστα εἰσὶν οἱ τιμώμενοι. Ὅσπερ γὰρ ὁ χρήματα ἀπολλύς δι' αὐτόν, οὗτος μάλιστα ἐστὶν ὁ εὐρίσκων· καὶ ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ μιστῶν, αὐτὸς μάλιστα ἐστὶν ὁ φιλῶν· οὕτω καὶ ὁ ὑβριζόμενος, οὗτος μάλιστα ἐστὶν ὁ τιμώμενος· ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ γεγένηται. Ἐξέβαλον οὖν αὐτόν ἐκ τοῦ ἱεροῦ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἔβρυν αὐτόν ὁ Δεσπότης τοῦ ἱεροῦ. Ἀπηλλάγη τοῦ συνεδρίου τοῦ λοιμικοῦ, καὶ περιέτυχε τῇ σωτηρίῳ πηγῇ· ἠτιμάσθη παρὰ τῶν τὸν Χριστὸν ἀτιμασάντων, καὶ ἐτιμήθη παρὰ τοῦ τῶν ἀγγέλων Δεσπότητος. Τοιούτα τὰ τῆς ἀληθείας ἐπαθλα. Οὕτω καὶ ἡμεῖς, ἂν ἐνταῦθα ἀφώμεν τὰ χρήματα, εὐρίσκομεν ἐκεῖ παρλήσταιν· ἂν ἐνταῦθα δώμεν τοῖς θλιβομένοις, ἀναπαυσόμεθα ἐν τοῖς οὐρανοῖς; ἂν ὑβρισθώμεν διὰ τὸν Θεόν, τιμώμεθα καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐκεῖ. Ὡς δὲ ἐξέβαλον αὐτόν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, ἔβρυν αὐτόν ὁ Ἰησοῦς. Δείκνυσιν ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτι ἐπὶ τούτῳ ἦλθεν, ὥστε οὐτῶ συντυχεῖν. Καὶ ὅρα τίσιν αὐτόν ἀμείβεται· τῷ κεφαλαίῳ τῶν ἀγαθῶν. Καὶ γὰρ ἑαυτὸν ἐγνώρισεν οὕτῳ πρότερον ἀγνωστον, καὶ εἰς τὸν τῶν οικείων

μαθητῶν ἐγκατέλεξε χορὸν. [345] Σὺ δὲ σκόπει, πῶς τὴν ἀκρίθειαν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐξηγεῖται. Εἰπόντος γὰρ αὐτοῦ, Σὺ πιστεύεις εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; λέγει· Κύριε, καὶ τίς ἐστιν; Οὐδέπω γὰρ αὐτὸν ᾔδει, καίτοι τεθεραπευμένος. Τυφλὸς γὰρ ἦν, πρὶν ἢ πρὸς τὸν εὐεργέτην ἔλθειν, καὶ μετὰ τὴν ἴασιν ὑπὸ τῶν κυνῶν ἐκείνων περιεῖλκετο. Καθάπερ οὖν τις ἀγωνοθέτης, ἀθλητῆν πολλὰ καμόντα καὶ στεφανωθέντα δέχεται. Καὶ τί φησὶν, Πιστεύεις εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Τί τοῦτο; Μετὰ τοσαύτην ἀντιρρόησιν τὴν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, μετὰ τοσαῦτα ῥήματα, ἐρωτᾷ, Εἰ πιστεύεις; οὐκ ἀγνοῦν, ἀλλὰ βουλόμενοι ἑαυτὸν γνωρίσαι, καὶ δεῖκνυσι, ὅτι πολλοὺ τιμᾶται τὴν αὐτοῦ πίστιν. Ὑβρισέ με δήμως τοσοῦτος, φησὶν, ἀλλ' οὐδεὶς ἐμοὶ λόγος ἐκείνων· ἐνός μοι μέλει, τοῦ σὲ πιστεῦσαι. Κρεῖττον γὰρ εἰς ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου, ἢ μυριοὶ παράνομοι. Σὺ πιστεύεις εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Ὡς καὶ παρών, καὶ ἀποδεχόμενος τὰ εἰρημένα, οὕτως αὐτόν ἐρωτᾷ· καὶ πρότερον αὐτόν εἰς πόθον ἑαυτοῦ κατέστησεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Εὐθὺς πιστεύσον, ἀλλὰ κατ' ἐρώτησιν. Τί οὖν ἐκείνου; Πουθούσης καὶ σφόδρα ἐπιτήτοσης ψυχῆς τὸ ῥήμα. Ὑπὲρ οὐ τοσαῦτα διελέχθη, τοῦτον ἀγνοεῖ, ἵνα μάθῃς αὐτοῦ τὸ φιλόληθες. Οὕτω γὰρ ἦν αὐτὸν ἐωρακώς. Λέγει αὐτῶ· Καὶ ἑώρακας αὐτόν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν. Οὐκ εἶπεν, Ἐγὼ εἶμι·

impendere, tu in clamoribus, in tumultu, obscenioribus verbis, pugnis, intempestivis voluptatibus, praestigiis, totam vitam consumis; idque frustra et in perniciem tuam. Et post hæc omnia interrogas, quod sit damnum: neque intelligis, nihil parcius insumentum esse quam tempus<sup>1</sup>. Aurum si impenderis, recuperare poteris; amissum tempus difficile recuperes. Breve namque ejus spatium in hac vita nobis conceditur; quo nisi ut par est utamur, quid illo advenientes dicemus? Die, quæso, si quem filiorum tuorum juberet artem quampiam ediscere, ille vero vel domi vel alibi tempus tereret, annon magister illum deferret? annon diceret tibi: Pactum mecum scripto fecisti, tempusque definivisti: si vero filius tuus non velit tempus apud nos insumere, sed alibi terere, quomodo poterimus tibi discipulum sistere? Hæc nos quoque dicere cogimur. Nam dicit nobis Deus: Tempus assignavi vobis, quo pietatis artem ediceretis; cur frustra et incassum tempus illud insumpsistis? cur non magistrum assidue adiiistis? cur dictis non attendistis? Quod enim pietas sit ars quædam, audi prophetam dicentem: *Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos (Psal. 33. 12); et iterum, Beatus vir quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum (Psal. 95. 12)*. Cum ergo

<sup>1</sup> In iisdem hic sic habetur locus, *neque attendis, te mansine temporis usus rationem esse redditurum.*

tempus inutiliter consumpseris, quam excusationem habebis? Et cur, inquires, nobis breve tempus præscripsit? O insipientiam! o ingratum animus? Quia tibi labores sudoresque minuit, ac requiem tibi diuturnam et immortalem paravit, ideo incusas et moleste fers? Sed nescio quomodo sermonem huc transtulimus, et tamdiu peroramus. Quapropter jam finem facere opus est. Nam hoc quoque miseriæ nostræ tribuendum, quod si hic longa sit oratio, illam omnes fastidiamus; illic vero a meridie orsi, cum lucernis recedant. Verum ne semper incusemus, rogamus vos et obsecramus: hanc et nobis et vobis gratiam concedite, ut aliis onissis omnibus, his incumbamus. Siquidem hæc ex vobis lucrabimur, gaudium, lætitiã, laudem, gloriam et mercedem. Totum autem præmium vos lucrabimini, quod antehac ad furorem usque orchestræ addicti; ob Dei timorem et cohortationem nostram, vos ab hujusmodi morbo erueritis, et vinculis solutis, ad Deum accurreritis. Neque ibi solum mercedem recipietis; verum etiam in hac vita veram consequemini voluptatem. Talis quippe virtus est: præter coronas illas, hic quoque suaveni nobis vitam parat. Dictis ergo obtemperemus, ut hæc et illa consequamur bona, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, simulque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA LIX.

CAP. 9. v. 35. *Et ejecerunt eum foras: et audivit Jesus quia ejecerunt eum foras: et cum invenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? 36. Respondit ei, Et quis est, Domine, ut credam in eum? etc.*

1. *Contumelias Christi causa patientes quomodo remunerentur. Cæcus natus in discipulorum chorum adscitus.* — Qui propter veritatem et Christi confessionem, malo vel contumelia quadam afficiuntur, hi maxime a Deo honorantur. Ut enim qui propter Deum pecunias perdidit, hic maxime illas invenit; et qui odit animam suam, hic potissimum diligit illam: sic qui contumelia afficitur, hic potissimum honore cumulatur; id quod cæco accidit. Illum igitur ex templo Judæi ejecerunt, et invenit illum templi Dominus. A pestifero consessu liberatus, salutiferum fontem est consequutus: dehonestatus est ab iis qui Christum dehonestarunt, et honoratus est ab angelorum Domino. Hæc sunt veritatis præmia. Sic et nos si hic pecunias amittamus, illic fiduciam reperimus; si hic ærumnosis largiamur, requiescemus in cælis; si propter Deum contumeliis afficiamur, et hic et illic honorem consequimur. Ejectum e templo invenit Jesus. Significat evangelista ideo venisse, ut illi occurreret. Et considera quod ipsi præmium conferat: caput bonorum. Se namque ei notum facit prius ignoranti, et eum in discipulorum chorum adscivit. Tu vero consideres velim quomodo ejus diligentiam evangelista exhibeat. Illo enim dicente, *Tu credis in Filium Dei? respondet, Domine, quis est?* Nondum enim ipsum norat, etsi sanatus, quia cæcus fuerat priusquam ad

beneficium accederet, et post receptum visum a canibus illis traheretur. Jesus ergo ceu agonotheta quispiam athletam post multos labores coronatum excipit. Et quid dicit? *Credis in Filium Dei?* Quid hoc? Post tantam cum Judæis disceptationem, post tot verba, interrogat num credat? Non quod ignoret, sed quod velit se notum facere, et quanti faciat ejus fidem, ostendere. Me contumelia, inquit, tantus populus affecit, sed nihil curo; unum opto, ut credas. Melior quippe est unus qui facit voluntatem Domini, quam mille iniqui (*Eccli. 16. 3*). *Tu credis in Filium Dei?* Ut præsens et dicta excipiens, sic interrogat; et prius in illo sui desiderium excitat. Non dixit enim, Statim crede, sed interrogavit. Quid igitur ille? *Et quis est, Domine, ut credam in eum?* Optantis ac vehementer desiderantis verbum. Pro quo tanta loquutus est, hunc ignorat, ut discas quam veritatis amans esset. Nondum enim ipsum viderat. *37. Dicit ei: Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ille est.* Non dixit, Ego sum, sed remissius adhuc, *Et vidisti eum.* Illud adhuc obscurum erat; ideo clarius addit, *Qui loquitur tecum, ille est.* Respondit ille: *38. Credo, Domine: et adoravit eum statim.* Neque dixit, Ego sum qui sanavi te, qui dixi tibi, Vade, lavare in Siloe: sed his silentio missis, ait: *Credis in Filium Dei?* Deinde ille, multum exhibens affectum, statim adoravit eum: quod pauci ex iis qui curati sunt, fecerunt, ut leprosi illi, et si qui alii: hinc ostendit divinam suam virtutem. Ne quis enim putaret hæc verba tantum esse, ipsum opus addidit. Illo autem adorante, ait Christus: *39. Tu*

*judicium ego veni in mundum, ut non videntes videant, et qui vident, cæci fiant.* Id ipsum Paulus dicit: *Quid ergo dicimus? Quod gentes non sequentes justitiam, acceperunt justitiam, justitiam autem quæ est ex fide Jesu: Israel autem sequens legem justitiæ, in legem justitiæ non venit (Rom. 9. 30).* Cum dixit Christus, *In justitiam veni in hunc mundum;* et illum fidei tenaciorem effecit, et sequentes se excitavit: nam Pharisei sequebantur illum, *In judicium porro est, in majus supplicium;* ostendens eos qui se damnarent, esse damnatos, et qui se peccatorem pronuntiarent, ipsos esse peccato obnoxios. Hic vero duplicem visus restitutionem et duplicem cæcitatem memorat, sensibilem nempe, et spirituales. Tum dicunt ei quidam ex sequentibus: *40. Numquid et nos cæci sumus? Et ut alibi dicebant, Nemini servivimus unquam; et, Non ex fornicatione nati sumus (Joan. 8. 33. 41):* ita et nunc sensibilibus tantum inhiant, et hujus illos pudebat cæcitatibus. Deinde ostendens melius esse, ipsos esse cæcos quam videre, ait: *41. Si cæci essetis, non haberetis peccatum.* Cum calamitatem illam, ignominiam esse putarent, id in ipsorum caput convertit dicens, *Hoc vobis tolerabilius redderet supplicium.* Ita semper humanos sensus resecat, et ad magnam mirabilemque cogitationem erigit. *Nunc autem vos videre dicitis.* Sicut ibi dicit, *Quem vos dicebatis quia Deus vester est:* sic et hoc loco, *Nunc autem vos videre dicitis:* neque enim videtis. Hic quod sibi maxime laudi esse arbitrabantur, id supplicio fore ostendit. Et cæcum natum de priore cæcitate consolatur: postea de illorum cæcitate loquitur. Ne dicerent enim: Non ex cæcitate provenit, quod ad te non accedamus, sed te ut deceptorem aversamur; ea solum de re disserit.

2. Nec sine causa evangelista narravit, Pharisæos quosdam, qui cum illo erant, hæc audivisse ac dixisse, *Numquid et nos cæci sumus?* sed ut tibi in memoriam revocaret eos ipsos esse, qui ante ab illo recesserant, illumque lapidabant. Erant enim quidam qui perfunctorie sequebantur, et facile in contrarium vertebantur. Undenam ergo se probat, non deceptorem, sed pastorem esse? Allatis utrinque indicibus et pastoris et deceptoris, et hinc illis explorandæ veritatis ansam præbet. Et primo quis sit deceptor et fur ostendit, ex Scripturis sic vocans illum his verbis (*Cap. 10*): *1. Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro.* Vide latronis signa; primo, non palam intrat; secundo, non per Scripturarum testimonium: hoc enim est non intrare per ostium. Hic porro et qui fuerunt, et qui futuri erant indicat, Antichristum, falsos Christos, Judam et Theudam, et alios hujusmodi; jure autem *Ostium* Scripturas vocat. Hæc namque nos ad Deum ducunt, et Dei cognitionem aperiunt: hæc oves faciunt, hæc custodiunt, nec lupos ingredi sinunt. Tamquam enim tutum ostium, hæreticos ab ingressu arcent, nosque in securitate qua volumus constituunt, nec sinunt errare. Et si hoc ostium non pandamus, non erimus inimicis capti faciles. Hinc eos, qui vere pastores, et qui non pastores sunt, cognoscemus. Quid

sibi vult autem, *In ovile?* Id est, *Ad curandas oves.* Qui enim sacra non utitur Scriptura, sed aliunde ascendit; id est, qui sibi aliam et non statutam viam aperit: hic fur est. Viden' hinc eum cum Patre consentire, dum Scripturas in medium affert? Ideo Judæis dicebat, *Scrutamini Scripturas (Joan. 5. 39);* et Moysen in medium adduxit in testem, necnon prophetas omnes. *Omnes, inquit, qui audiunt prophetas, venient ad me;* et, *Si crederetis Moysi, crederetis et mihi (Ibid. v. 46).* Hic porro illud ipsum metaphorice ponit. Cum dixit autem, *Ascendit aliunde,* scribas subindicavit, quia docebant præcepta, doctrinas hominum (*Matth. 15. 9*), et legem transgrediebantur, quod ipsis exprobrans dicebat: *Nemo vestrum facit legem (Joan. 7. 19).* Ac probe dixit, *Ascendit,* non, *Ingrreditur,* quod est furis parietem supergredi nitentis, et cum periculo omnia facientis. Viden' quomodo furem descripsit? Jam pastoris indicium animadvertite. Quodnam illud est? *2. Qui intrat per ostium, pastor est ovium. 3. Huic ostiarius aperit, et vocem ejus oves audiunt, et proprias vocat nominatim; 4. et cum eas emisit, ante eas vadit.* Indicia posuit et pastoris et latronis. Videamus quo pacto illis sequentia applicet. *Huic, inquit, ostiarius aperit.* In metaphora persistit, ut significantius loquatur. Quod si parabolæ verba singula explorare velis, nihil obstat quominus hic ostiarius intelligamus Moysen. Illi namque Dei eloquia credita sunt, cujus vocem oves audiunt, *Et proprias vocat nominatim.* Cum enim illum frequenter deceptorem vocarent, idque ex incredulitate sua confirmarent dicentes, *Quis principum credidit in eum (Joan. 7. 48)?* non ex ipsorum incredulitate se, sed illos deceptores et perniciosos esse vocandos dicit, quod sibi non attenderent, ac proinde ex ovium numero jure ejecti essent. Nam si pastoris est per statutum ingredi ostium, et ipse per hoc ingressus est; qui sequuntur omnes, oves esse poterunt; qui autem se sequestrarunt, non ideo pastori nocuere, sed se ex ovium societate disjunxerunt. Quod si se ipse postea ostium dicit, nemo perturbetur: nam se et pastorem dicit et ovem, secundum diversas œconomix suæ rationes. Nam quando nos Patri offert, se ostium appellat; cum nostri curam gerit, pastorem. Ne enim solum ejus opus esse putes, quod nos Patri offerat, se pastorem vocat. *Et oves vocem ejus audiunt, et proprias oves vocat, et educit eas, et ante eas vadit.* Atqui contra, pastores sequuntur oves. Verum ille, ut ostendat se omnes ad veritatem deducturum esse, contra pastorum morem agit: ut autem cum oves emisit, (a) (non extra, sed in medium luporum emisit). Nam longe mirabilior nostra hæc pastoralis cura est.

3. *In quo distinguatur verus Christus a falsis Christiis.* — Videtur autem mihi hic cæcum subindicari, quem vocavit ex medio Judæorum, et ille vocem ejus audivit et novit. *5. Alienum vero non sequuntur, nisi alienorum vocem nesciunt.* Hic Theudæ aut Judæ asselas dicit (nam *Quotquot, inquit, in illos crediderunt,*

(a) Quæ uncinis clauduntur, in quibusdam Mss. on. issi sunt.



ἀλλὰ μέσος ἐστὶ καὶ ὑπεσταλμένος· *καὶ κώρακας αὐτόν*. Τοῦτο ἐστὶ ἀήθλον ἦν· διὸ τὸ σαφέστερον ἐπι-  
 ῥήσας· *Ὁ λαὸς μετὰ σοῦ, ἐκείνος ἐστὶ*. Λέγει·  
*Πιστεύω, Κύριε· καὶ προσκύνησον αὐτῷ εὐθέως*.  
 Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐγὼ εἰμι ὁ θεραπευκὸς σε, ὁ εἰ-  
 πὼν σοι, Ἰσαῖα, *πίψαι εἰς τὸν Σιλωάμ*· ἀλλὰ  
 πάντα ἐκεῖνα σιγήσας, φησὶ· *Πιστεύεις εἰς τὸν*  
*Υἱὸν τοῦ Θεοῦ*; εἶτα τὴν πολλὴν διάθεσιν ἐμφαι-  
 νων προσκύνησεν εὐθέως· ὅπερ ὀλίγοι τῶν θερα-  
 πευμένων ἐποίησαν, οἷον οἱ λεπροὶ, καὶ εἰ τις ἄλλος·  
 διὰ τοῦτο ἐμφαίνων αὐτοῦ τὴν θεῖαν δύναμιν. Ἴνα  
 γὰρ μὴ τῆς νομίῃ ρῆμα μόνον εἶναι τὸ λεχθὲν, καὶ  
 τὸ ἔργον προσέθῃς. Προσκυνήσαντος δὲ αὐτοῦ, φησὶ  
 ὁ Χριστὸς· *Εἰς κρίμα ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον,*  
*ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες*  
*τυφλοὶ γένωνται*. Τοῦτο καὶ Παῦλος φησὶ· *Τί οὖν*  
*ἐροῦμεν*; *Ὅτι ἐθνη τὰ μὴ δικάοντα δικαιοσύνην,*  
*κατέλυθε δικαιοσύνην, δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ*  
*πίστεως Ἰησοῦ*· Ἰσραὴλ δὲ διώκων νόμον δι-  
 καιοσύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασεν.  
 Εἰπὼν δὲ, *Εἰς κρίμα ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον*  
*τοῦτον, κἀκεῖνον σφοδρότερον περὶ τὴν πίστιν εἰρ-*  
*γάσατο, καὶ διανέστησε τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ·*  
*καὶ γὰρ ἠκολούθουν αὐτῷ Φαρισαῖοι*. Τὸ δὲ, *Εἰς*  
*κρίμα*, εἰς μεῖζονα κόλασιν ἔλεγε· δεικνύς ὅτι οἱ κα-  
 ταδικάσαντες αὐτὸν, αὐτοὶ εἰσιν οἱ καταδικασμένοι·  
 οἱ καὶ ὡς ἁμαρτυλῶν κατακρίναντες, αὐτοὶ εἰσιν οἱ  
 κατακεκριμένοι. Ἐνταῦθα δὲ δύο λέγει ἀναβλέψεις  
 καὶ δύο τυφλότητας, τὴν τε αἰσθητὴν, τὴν τε νοητὴν.  
 Λέγουσιν αὐτῷ ἐκ τῶν ἀκολουθούτων αὐτῷ· *Μὴ καὶ*  
*ἡμῖς τυφλοὶ ὄσμεν*; Ὅσπερ [316] ἀλλαχόθεν ἔλε-  
 γον· *οὐδὲρὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε*· Ἐκ πορ-  
 ρείας οὐ γεγεννημέθα· οὕτως καὶ νῦν πρὸς τὰ αἰ-  
 σθητὰ κεχῆνασι μόνον, καὶ ταύτην ἐπαισχύνονται  
 τὴν πῆρσιν. εἶτα δεικνύς ὅτι βέλτιον τυφλοῦς αὐ-  
 τοῦς εἶναι ἢ βλέποντας, φησὶ· *Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ*  
*ἂν εἶχτε ἁμαρτίαν*. Ἐπειδὴ αἰσχύνει τὸ πρᾶγμα  
 ἐνόμιζον εἶναι, τὴν συμφορὰν<sup>α</sup>, περιέτρεψεν αὐτὸ εἰς  
 τὴν αὐτῶν κεφαλὴν, εἰπὼν, ὅτι τοῦτο ἀνεκτοτέρην  
 ὑμῖν ἔφερε τὴν κόλασιν, πανταχοῦ περικόπτων τὰ  
 ἀνθρώπινα φρονήματα, καὶ εἰς ἔνοιαν ἄγων μεγάλην  
 καὶ θαυμαστὴν. *Νῦν δὲ καὶ λέγετε, ὅτι βλέπομεν*.  
 Ὅσπερ ἐκεῖ φησὶν, *Ὅν ὑμεῖς ἐλέγετε, ὅτι Θεὸς*  
*ὑμῶν ἦν, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα· Νῦν δὲ λέγετε ὅτι*  
*βλέπετε*· οὐ γὰρ βλέπετε. Ἐνταῦθα ὅπερ ἐνόμιζον  
 ἐγκώμιον εἶναι μέγα, τοῦτο δεικνύσιν αὐτοῖς κόλασιν  
 φέρον. Καὶ ὑπὲρ τῆς προτέρας δὲ πηρώσεως παρ-  
 εμυθίσαστο τὸν ἐκ γενετῆς τυφλόν· εἶτα περὶ τῆς τυ-  
 φλόττος αὐτῶν διαλέγεται. Ἴνα γὰρ μὴ λέγωσιν, οὐ  
 παρὰ τὴν ἡμετέραν πῆρσιν οὐ προσερχόμεθα, ἀλλ'  
 ὡς πλάνον φεύγοντες ἀποστρεφόμεθα, ὑπὲρ τούτου  
 πάντα ποιεῖται τὸν λόγον.

β'. Οὐχ ἀπλῶς δὲ οὐ εὐαγγελιστῆς ἐμνημόνευσεν, ὅτι  
 ἤκουσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων ταῦτα οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες,  
 καὶ εἶπαν· *Μὴ καὶ ἡμῖς τυφλοὶ ὄσμεν*; ἀλλ' ἵνα σε  
 ἀναμνήσῃ, ὅτι οὗτοι ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ πρότερον ἀπο-  
 στάντες, εἶτα λιθάσαντες. Ἦσαν γὰρ τινες ἐπιπο-  
 λαίως ἀκολουθοῦντες, καὶ ῥαδίως εἰς τούναντίον με-  
 ταβαλλόμενοι. Πῶθεν οὖν κατασκευάζει, ὅτι οὐκ ἐστὶ  
 πλάνος, ἀλλὰ ποιμὴν; Θεὸς τὰ γνωρίσματα ἐκατέρου,  
 καὶ τοῦ ποιμένος, καὶ τοῦ πλάνου καὶ λυμεῶνος, καὶ  
 ἀπ' αὐτῶν παρέχων αὐτοῖς ἐξετάζειν τὴν τῶν πρα-  
 γμάτων ἀλήθειαν. Καὶ πρότερον τίς ὁ πλάνος, καὶ ὁ  
 κλέπτης δεικνύσιν, ἀπὸ Γραφῶν αὐτῶν οὕτως καλῶν  
 καὶ λέγων· Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ μὴ εἰσερχό-  
 μενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων,  
 ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, ἐκείνος κλέπτης ἐστὶ  
 καὶ ληστής. Ὅρα τὰ δείγματα τοῦ ληστοῦ· πρῶτον,  
 ὅτι οὐ πᾶρῆσις εἰσερχεται· δεύτερον, ὅτι οὐ κατὰ

*Cur Christus furi loculos commiserit.* — Quod si quis quærat, cur furi loculos pauperum commiserit, et avarum dispensatorem fecerit, respondebimus, rem arcanam unum nosse Deum; quod si quidpiam sit conjectando dicendum: ut omnem auferret excusationis causam. Non enim dicere poterat se ex pecuniarum amore id fecisse, cum posset cupiditati suæ ex loculis facere satis, sed ex ingenti nequitia, quam volebat Christus cohibere, indulgentia erga illum multa usus. Quamobrem<sup>1</sup> illum furantem non arguebat, etsi non nescius, ejus malam obstruens cupiditatem, et omnem auferens excusationem. *Sinite illam*, inquit; *in diem sepulturæ meæ hoc fecit* Rursus proditorem admonet, cum sepulturæ meminit. Sed non incessit illum monitio, neque hoc verbum emolivit: etsi potuisset illum in commiserationem injicere; ac si diceret: Molestus sum et onerosus; sed exspecta paulisper, et migrabo. Iluc enim respexit cum diceret: 8. *Me autem non semper habebitis*. Sed nihil horum ferum et furiosum hominem flexit, etiamsi multa alia dixerit et fecerit, pedes ejus laverit illa nocte, ac mensæ consortem fecerit, quod vel latronum animos mulcere potest; et alia verba loquutus sit, quæ possent etiam lapidem emollire. Et hæc non multo ante, sed in ipso die, ne tempus in oblivionem induceret. Sed adversus omnia persistit.

3. *Avaritia quantum sit malum. Amor pecuniæ dæmone deterior.* — Gravis namque est avaritia: gravis certe, quæ oculos et aures obturet, et fera sæviore reddit: non conscientiam, non amicitiam, non societatem, non propriam salutem cogitare sinit; sed ab omnibus simul avertens, quos capit in servitutem redigit, ut gravissima domina. Quodque in hac dura servitute deterius est, gratias sibi habendas esse ipsis suadet; et quanto magis illi servitur, tanto magis augetur voluptas: hincque incurabilis morbus gignitur. Hinc venatu difficilis hæc fera est; hæc Giesi ex discipulo et propheta leprosum fecit; hæc Ananiam perdidit; hæc Judam proditorem fecit; hæc principes Judæorum corruptit, qui dona accipiebant et furum socii efficiebantur; hæc plurima induxit bella, sanguine vias, lamentis et gemitibus urbes replevit; hæc cœnas impuras, mensasque execran-

<sup>1</sup> In Florilegio, ut animadvertit Savillus, hic locus melius habere videtur, sed ex ingenti nequitia, quam si cohibere voluisset, non tradidisset benefactorem. Christus vero multa erga illum indulgentia multaque patientia usus, sufferebat.

das, cibos iniquos reddidit. Idecirco idolorum servitutem illam vocavit Paulus (*Coloss. 3. 5*). Sed neque ita deterruit. Cur autem idololatriam dicit? Habent multi divitias, illisque uti non audent, sed illas consecrant, et nepotibus intactas transmittunt, eorumque successoribus, quasi Deo dicata munera contingere non audent. Si quando vero his uti cogantur, ita affecti sunt ac si rem illicitam facerent. Alioquin autem ac si quis gentilis simulacrum<sup>1</sup> coleret, sic tu aurum portis et vectibus munis, ac pro templo tibi arcam statuis, et in aureis vasis deponis. Sed non adoras simulacrum ut ille? At omnem ipsi cultum exhibes. Hujusmodi homo prius oculos et animam tradat, quam idolum illud. Hoc faciunt auri amatores. At aurum non adoro, inquires. Neque ille idolum adorat, sed inhabitantem dæmonem. Ita et tu, etsi aurum non adores, sed illum adores dæmonem qui ex auri intuitu et concupiscentia in tuam involat animam. Dæmone namque deterior est pecuniarum cupiditas, cui multi magis obsequuntur, quam idolis alii. Hi namque in multis non parent; illi vero in omnibus cedunt, et quidquid faciendum suggerat, obsequuntur. Quid dicit avaritia? Esto omnibus hostis et inimicus, naturam obliviscere. Deum contemne, sacrifica mihi teipsum: et in omnibus illi obtemperant. Idolis quidem boves et oves immolantur: avaritia autem dicit, Immola mihi animam tuam: et avarum morem gerit. Viden<sup>2</sup> quales aras habeat? qualia excipiat sacrificia? Regnum Dei avari non possidebunt (*1. Cor. 6. 10*): ac nihil tamen formidant. Atqui hæc cupiditas omnium infirmissima est. Neque enim innata, neque naturalis est: alioquin enim nobis a principio adfuisset: at initio aurum non erat, nec aurum quispiam amabat. At si vultis, dicam unde malum irrepserit. Singuli eos qui præcesserant æmulati, morbum auxerunt, et vel invitum incitat is qui præcessit. Cum vident enim splendidas ædes, agrorum copiam, servorum greges, argentea vasa, et multam vestium congeriem, nihil non agunt ut illos superent: ut primi secundis, hi sequentibus causa cupiendi existant. Quod si voluissent moderate agere, non aliis doctores fuissent; imo neque his ulla est excusatio. Sunt enim alii qui pecunias spernant. Et quis spernit, inquires? Quod enim gravius est, tanta hujus vitii vis est, ut videatur non posse superari, nec credatur quempiam esse qui contrariam virtutem sectetur. Multos tamen hujusmodi numerare possum et in urbibus et in montibus. Et quid inde lucri? neque enim hinc meliores evadetis. Alioquin autem non de his nobis sermo nunc est, nec dicimus divitias effundi oportere: vellem utique; sed quia majus esse onus videtur, non cogam, sed hortor ne aliena concupiscatis, atque ex facultatibus largiamini. Multos autem inveniemus rebus suis contentos, sua curantes, et ex justis laboribus victum parantes. Cur non hos imitatur et æmulatur? Cogitemus eos qui ante nos fuerunt: annon illorum prædia stant, dum ipsorum sola nomina circumferuntur? En hujus balneum, il-

<sup>1</sup> Alii addunt, saxum.



'Αλλ' ἐπετίμησεν ὁ Ἰούδας, προσήματι δῆθεν εὐλαθείας. Τί οὖν ὁ Χριστός; "Εργον καλὸν ἐποίησεν εἰς τὸν ἐνταφιασμόν μου. Τί δὴποτε δὲ οὐκ ἤλεγξε τὸν μαθητὴν ἐπὶ τῆς γυναικὸς, οὐδὲ εἶπε τοῦτο ὅπερ ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπεν, ὅτι διὰ τὴν οικεῖαν κλοπὴν ἐπετίμα τῇ γυναικί; Τῇ πολλῇ μακροθυμίᾳ ἐντρέψαι αὐτὸν ἐβούλετο. Ὅτι γὰρ ᾗδει ὅτι προδότης ἦν, ἀνωθεν αὐτὸν ἤλεγξε πολλάκις, εἰπὼν· Οὐ πάντες πιστεύουσι· καὶ, *Εἰς δὲ ὑμῶν διάβολός ἐστιν*. Ἐδήλωσε μὲν οὖν, ὅτι οἶδεν αὐτὸν προδότην, οὐκ ἤλεγξε δὲ φανερώς, ἀλλὰ συνεχώρησεν, ἀνακαλέσασθαι αὐτὸν θέλων. Πῶς οὖν ἄλλος φησὶν, ὅτι πάντες οἱ μαθηταὶ τοῦτο ἐφθέγγαντο; Καὶ πάντες, κάκεινος· ἀλλ' οἱ λοιποὶ οὐ τῇ αὐτῇ προαιρέσει.

Εἰ δὲ τις ἐξετάσῃ, τί δὴποτε κλέπτην ὄντι τὸ γλωσσόκομον ἐνεχείρισε τῶν πτωχῶν, καὶ οἰκονομεῖν ἐποίησε φιλήγγυρον ὄντα; καὶ οὕτως ἂν εἰποιμεν, ὅτι τὸν μὲν ἀπόβητον λόγον ὁ Θεὸς οἶδεν· εἰ δὲ τί χρὴ ἡμᾶς στοχαζομένους εἰπεῖν, ἵνα πᾶσαν ἐκκόψῃ πρόφασιν. Οὐ γὰρ εἶχεν εἰπεῖν, ὅτι διὰ χρημάτων ἔρωτα τοῦτο ἐποίησεν (καὶ γὰρ ἱκανὴν εἶχεν ἐκ τοῦ γλωσσόκομου τῆς ἐπιθυμίας τὴν παραμυθίαν)· ἀλλὰ διὰ πονηρίαν πολλήν, ἣν ἐβούλετο κατέχειν ὁ Χριστός, πολλῇ συγκαταβάσει· πρὸς αὐτὸν κεχρημένους. Διὸ οὐδὲ ἐνεκάλει<sup>a</sup> αὐτῷ κλέπτοντι, καίτοι γε εἰδὼς, ἐμφράττων τὴν πονηρίαν ἐπιθυμίαν, [392] καὶ πᾶσαν ἐξαίρων ἀπολογία. *Ἄφες αὐτὴν, φησὶν· εἰς γὰρ τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τοῦτο ἐποίησεν*. Πάλιν τὸν προδότην ἀνέμνησεν, ἐνταφιασμόν εἰπὼν. Ἄλλ' οὐ καθικνεῖται αὐτοῦ ὁ ἔλεγχος, οὐδὲ μαλάσσει<sup>b</sup> τὸ βῆμα, καίτοι ἱκανὸν αὐτὸν εἰς οἶκτον ἐμβαλεῖν· ὡσανεὶ ἔλεγεν· Ἐπαχθὴς εἰμι καὶ φορτικός· ἀλλὰ ἀνάμεινον μικρὸν, καὶ ἀπελεύσομαι. Καὶ γὰρ τοῦτο κατασκευάζει ἐν τῷ λέγειν· *Ἐμὲ δὲ οὐ πίνντοτε ἐχετε*. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων τὸν θηριώδη καὶ μαινόμενον ἐπέκαμψε, καίτοι γε καὶ τούτων πολλῶν πλείονα καὶ εἶπε καὶ ἐποίησε, καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔνιψε κατ' αὐτὴν τὴν νύκτα, καὶ τραπέζης αὐτῷ μετέδωκε καὶ ἄλων· ὃ καὶ τὰς ληστρικὰς οἶδες κατέχειν ψυχᾶς (καὶ βήματα ἕτερα ἐφθέγγετο, ἱκανὰ καὶ λίθον μαλάξαι)· καὶ ταῦτα οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἵνα μὴδὲ ὁ χρόνος εἰς λήθην ἐμβάλῃ. Ἄλλὰ πρὸς ἅπαντα ἔστη.

γ'. Δεινὸν γὰρ ἡ φιλαργυρία, δεινὸν· καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ ὤτα πηροῦ, καὶ θηριῶν χαλεπωτέρους ποιεῖ, οὐ συνειδὸς, οὐ φίλων, οὐ κοινωνίαν, οὐ τὴν τῆς οικίας ψυχῆς σωτηρίαν ἐννοῆσαι συγχωροῦσα, ἀλλὰ καθάπαξ πάντων ἀποστήσασα, δούλους αὐτῆς ποιεῖ τοὺς ἀλόγους, καθάπερ τις τυραννὴς χαλεπῆ. Καὶ τὸ δεινὸν τῆς οὕτω πικρᾶς δουλείας, ὅτι καὶ χάριν αὐτοῖς ἔχειν ἀναπέθει· καὶ ὁσπερ ἂν αὐτῇ μᾶλλον δουλεύσῃ, τοσοῦτω τὰ τῆς ἡδονῆς ἀύξεται. Καὶ ταύτη μάλιστα ζῆλον τὸ νόσημα γίνεται, ταύτη δυσάλωτον τὸ θηριόν. Τοῦτο τὸν Γιεζὶν λεπτρὸν ἀντὶ μαθητοῦ καὶ προφήτου πεποίηκε· τοῦτο τοὺς περὶ Ἀνανίαν ἀπώλεσε· τοῦτο τὸν Ἰούδαν προδότην εἰργάσατο· τοῦτο τοὺς Ἰουδαίων ἀρχοντας διέφθειρε, λαμβάνοντας ὄψρα καὶ κοινωνίους κλεπτῶν γενόμενους. Τοῦτο μυρίους πόλεμους εἰσήγαγεν· αἱμάτων μὲν τὰς ὁδοὺς, θρήνων δὲ

καὶ οἰμωγῶν τὰς πόλεις πληρῶσαν. Τοῦτο καὶ δεῖπνα ἐποίησε γενέσθαι ἀκάθαρτα καὶ τραπέζας ἐταγεῖς, καὶ ἐδέσματα παρανομίας ἐνέπλησε. Διὰ τοῦτο αὐτὸ εἰδωλολατρεῖαν ἐκάλεσεν ὁ Παῦλος. Ἄλλ' οὐδὲ οὕτως ἐφθόγησε. Διὰ τὴν εἰδωλολατρεῖαν φησὶν; Ἐχουσι πολλοὶ χρήματα, καὶ χρῆσασθαι αὐτοῖς οὐ τολμῶσιν, ἀλλὰ ἀφιερῶσιν, εἰς ἐγγόνους καὶ ἐξ ἐγγόνων παραπέμποντες ἀνάεφα, καθάπερ τινῶν ἀναθημάτων οὐ τολμῶντες ἄψασθαι. Ἐὰν δὲ ποτε καὶ ἀναγκασθῶσιν, ὡσπερ ἀθέμιτόν τι πράξαντες, οὕτω διάκεινται. Καὶ ἄλλως δὲ, ὡσπερ τὸ ξάνον περιέπει ὁ Ἕλληνας· οὕτω σὺ τὸ χρυσίον<sup>d</sup> θύραις πιστεύεις καὶ μοχλοῖς, ἀντὶ ναοῦ τὸ κηδόνιον κατασκευάζων καὶ ἐναποτιθέμενος σκεύεσιν ἄργυροῖς. Ἄλλ' οὐ προσκυνεῖς, καθάπερ ἐκεῖνος τὸ ξάνον; Ἄλλὰ πᾶσαν ἐπιδεικνύουσαι περὶ αὐτοῦ θεραπείαν. Πάλιν ἐκεῖνος ἰδέως ἂν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν ψυχὴν πρῶτο, ἢ τὸ ξάνον. Τοῦτο καὶ οἱ τὸ χρυσίον φιλοῦντες. Ἄλλ' οὐ προσκυνῶ τὸ χρυσίον, φησὶν. Οὐδὲ ἐκεῖνος τὸ εἰδῶλον, φησὶ, προσκυνεῖ, ἀλλὰ τὸν ἐνοικούντα δαίμονα. Οὕτω καὶ σὺ, κἂν μὴ τὸ χρυσίον προσκυνῆς, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῆς ὕψεως τοῦ χρυσοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐπιτηδῶνά σου τῇ [393] ψυχῇ δαίμονα. Δαίμονος γὰρ χαλεπωτέρου τῆς φιλαργυρίας ἡ ἐπιθυμία, καὶ ταύτη πολλοὶ μᾶλλον πεῖθονται, ἢ ἕτεροι τοῖς εἰδώλοις. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ πολλὰ παρακούουσιν, ἐνταῦθα δὲ πάντα εἰκούσι καὶ ὅπερ ἂν εἴπῃ ποιῆσαι, πεῖθονται. Τί λέγει; Πολέμιος ἔσο, φησὶν, ἐχθρὸς ἀπάντων· ἀγνοεῖ τὴν φύσιν, καταφρόνει Θεοῦ, κατάθυσόν μου σαυτὸν· καὶ πάντα πεῖθονται. Καὶ τοῖς μὲν ξοάνους βουὸς καὶ πρόβατα θύουσιν· ἢ δὲ φιλαργυρία λέγει· Θύσον μοι τὴν σαυτοῦ ψυχὴν, καὶ πείθει. Ὅραξ οἴους ἔχει βωμούς; οἷα δέχεται θύματα; Βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν οἱ πλεονέκται· καὶ οὐδὲ οὕτω δεδοίκασι. Καίτοι γε πάντων ἡ ἐπιθυμία αὕτη ἀσθενεστέρα. Οὐ γὰρ ἐμψυτος, οὐδὲ φυσικὴ· ἢ γὰρ ἂν παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐνετέθη· νῦν δὲ χρυσίον οὐκ ἦν ἀνωθεν, οὐδὲ ἦρα τις χρυσοῦ. Ἄλλ' εἰ βούλεσθε, λέγω πῶθεν εἰσηλθε τὸ κακόν. Ἐκαστος τὸν πρὸ αὐτοῦ ζηλοῦντες ἐπέτεινον τὸ νόσημα, καὶ τὸν οὐ βουλόμενον ὁ προλαβὼν ἐρεθίζει. Ὅταν γὰρ ἴδωσιν οἰκίας λαμπρὰς, καὶ πλῆθος ἀγρίων, καὶ ἀνδραπόδων ἀγέλας, καὶ ἄργυρᾶ σκευῆ, καὶ πολὺν ἱματίων φορῶν, πάντα πράττουσιν, ὥστε ὑπερβαλέσθαι· ὥστε οἱ πρῶτοι τῶν δευτέρων αἵτιοι γίνονται, κάκεινοι τῶν μετ' αὐτούς. Εἰ δὲ ἐβούλοντο σωφρονεῖν, οὐκ ἂν τοῖς ἄλλοις ἐγίνοντο διδάσκαλοι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τούτους ἔστιν ἀπολογία. Εἰσὶ γὰρ καὶ ἕτεροι χρημάτων καταφρονούντες. Καὶ τίς, φησὶ, καταφρονεῖ; Τὸ γὰρ δεινόν, ὅτι ὑπὸ πολλῆς κακίας εἰς ἀδύνατον δοκεῖ περιεστάναι, καὶ οὐδὲ πιστεῦεται τις κατορθῶν. Εἴπω τοῖνυν πολλοὺς τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ τοὺς ἐν ταῖς ὄρεσι. Καὶ τί τὸ κέρδος; οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τούτων ἔσεσθε βελτίους. Ἄλλως δὲ, οὐ περὶ τούτων ἡμῖν ὁ λόγος νῦν, ὥστε κενῶσαι τὰ ὄντα· ἐβουλόμην δὲ· πλὴν ἄλλ' ἐπειδὴ μεζῶν ὑμῶν τὸ φορτίον, οὐκ ἀναγκάζω· ἀλλ' ὥστε μὴ τῶν ἄλλοτριῶν ἐφίεσθαι παραινῶ, ὥστε ἐκ τῶν ὄντων μεταδιδόναι. Πολλοὺς δὲ τοιοῦτους εὐρησομεν τοῖς οἰκείοις ἀρκομένους, τῶν ἑαυτῶν ἐπιμελουμένους, καὶ ἀπὸ δικαίων ζῶντας πόνων. Διὰ τὴν μὴ τούτους ζηλοῦμεν καὶ μιμούμεθα; Ἐννοήσωμεν τοὺς πρὸ ἡμῶν· οὐχὶ τὰ κτήματα αὐτῶν ἔστηκε, μόνον τὰ δνόματα αὐτῶν διασώζοντα<sup>f</sup>; τοῦ δεινὸς τὸ βαλα-

<sup>a</sup> In Florilegio hic locus sic habet: ἦν εἰ ἐβούλετο κατέχειν, τὸν ἐνεργῆτον οὐκ ἂν παρέδωκεν. Ὁ δὲ Χριστὸς πολλῇ συγκαταβάσει πρὸς αὐτὸν κεχρημένος, ἤνευχετο αὐτοῦ μακροθυμῶν. Διὸ οὐδὲ ἐν. <sup>b</sup> Quidam οὐδὲ κολάσει. <sup>c</sup> Editi ἄφρον αὐτῆς, male. Maxima pars manuseriptorum χάριν αὐτοῖς. optime si construas cum ἀναπέθει. ipsis suadet.

<sup>d</sup> Alii ὡσπερ τις ξάνον τὸ λίθινον, οὕτω καὶ τὸ χρυσίον. Ibidem editi πιστεύη. Savil. suspiscatur legentium πιστεύεις, et sic in duobus mss. legitur. <sup>e</sup> Alii non pauci οὐ καταναγκάζω. <sup>f</sup> Sic Savil. et codd. 705, 709. Legebatur διασώζεται. Edit

ν-ισιν, και τοῦ δαιμόνου τὸ προσέπειν, και τὸ κατάλυμα ; οὐχ εὐθέως θεασάμενοι στένομεν, ἐννοοῦντες πόσον πόνον ὑπέμεινε, πόσας ἀρπαγὰς ἤρπασε, και οὐδαμῶ φαινεται, ἀλλ' ἐντροφῶσιν ἕτεροι τοῖς ἐκείνου, οὐς οὐδὲ προτεδόκησε, τάχα δὲ και ἔχθροί, ἐκείνου τὴν ἐσάτην δίδόντος δίκην. Ταῦτα και ἡμᾶς μένει. Πάντως γὰρ ἀποθανόμεθα, πάντως τὸ αὐτὸ τέλος ὑποστησόμεθα. Πόσῃ ὀργῇ, εἰπέ μοι, πόσῃ δαπάνῃ, πόσας ἀπεχθείας ἠπέστησαν ! Και τί τὸ κέρδος ; Κόλασις ἀθάνατος, και τὸ μηδεμιᾶς τυχεῖν παραμυθίας [394] και τὸ μὴ ζῶντας μόνον, ἀλλὰ και ἀπελθόντας κατηγορεῖσθαι παρὰ πάντων. Τί δέ ; τῶν πολ-

\* Morel. πόσας ἀπεχθείς, mendose.

λῶν τὰς εἰκόνας δταν ἴδωμεν ἀνακειμένας ἐν ταῖς οἰκίαις, οὐχὶ μάλλον θρηνοῦμεν ; Ἀληθῶς καλῶς εἶπεν ὁ Προφήτης· Πλὴν μάτην ταράσσεται πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. Ταραχὴ γὰρ θνως ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδὴ· ταραχὴ και θύροθος περιττός. Ἄλλ' οὐκ ἐν ταῖς μνηαῖς ταῖς αἰωνίαις τοῦτῷ ἔστιν, οὐδὲ ἐν ταῖς σκηναῖς ἐκείναις. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἕτερος ἐμόχθησε, και ἕτερος ἀπολαύει· ἐκεῖ δὲ τῶν ἑαυτοῦ μόχθων ἕκαστος ἔσται κύριος, και πολυπλασίονα λήφεται τὴν ἀμοιβήν. Πρὸς ἐκείνην τοῖνον ἐπειγόμεθα τὴν κτήσιν· ἐκεῖ κατασκευάζωμεν ἑαυτοῖς οἰκίαν, ἵνα ἀναπαυώμεθα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

### ΟΜΙΛΙΑ ΕΓ΄.

Ἐγὼ οὖν ὄχλος πολλὸς ἐκ τῶν Ἰουδαίων ὅτι ἐκεῖ ἔστι· και ἦλθον, οὐ διὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον. ἀλλ' ἵνα και τὸν Ἀδάρον ἴδωσιν, ὃν ἤγειραν ἐκ νεκρῶν.

α'. Ὅσπερ ὁ πλοῦτος τοὺς οὐ προσέχοντας ἐτραχηλίζειν εἶωθεν, οὕτω και ἡ ἀρχὴ. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ εἰς πλεονεξίαν, αὕτη δὲ εἰς ἀπόνοιαν ἄγει. Ὅρα γοῦν τὸ ἀρχόμενον πλήθος τῶν Ἰουδαίων ὑγιαῖνον, τοὺς δὲ ἀρχοντας διεφθαρμένους. Ὅτι γὰρ οὗτοι αὐτῷ ἐπίστευον, λέγουσι μὲν συνεχῶς οἱ εὐαγγελισταί, ὅτι Πολλοὶ ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπίστευσαν αὐτῷ. Ἐκ δὲ τῶν ἀρχόντων ἠπίστευον. Καὶ αὐτοὶ λέγουσιν, οὐχὶ ὁ ὄχλος, Μὴ τις τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτόν ; Ἀλλὰ τί φησι ; Τὸ πλήθος, οἱ μὴ εἰδότες τὸν Θεόν, ἐπικατάμτοι εἰσι. Τοὺς πιστεύοντας ἐπικατάρτους ἔλεγον, ἑαυτοὺς δὲ ἀναιροῦντας, συνετούς. Και ἐνταῦθα δὲ τὸ θαῦμα θεασάμενοι, ἐπίστευον οἱ πολλοί· οἱ δὲ ἄρχοντες οὐκ ἤρκοῦντο μόνον τοῖς οἰκειοῖς κακοῖς, ἀλλὰ και τὸν Ἀδάρον ἀνελεῖν ἐπεχείρουν. Ἔστω α, τὸν Χριστόν, ὅτι τὸ σάββατον ἔλυεν, ὅτι ἴσον ἑαυτὸν ἐποίησε τῷ Πατρὶ, και διὰ τοὺς Ῥωμαίους οὐς φατε· τῷ Ἀζάρῳ τί ἔχοντες ἐγκαλεῖν, ἐπεχείρουν αὐτὸν ἀναιρεῖν ; Μὴ ἄρα τὸ καλῶς παθεῖν, ἐγκλημα ; Ὅρξ πῶς αὐτῶν φοινικὴ ἡ προαίρεσις ; Καίτοι πολλὰ σημεῖα εἰργάσατο· ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς οὕτω ἐξεθηρίωσεν, οὐχ ὁ παραλειμμένος, οὐχ ὁ τυφλός. Τοῦτο γὰρ και τῆ φύσει (αυμαστώτερον ἦν, και μετὰ πολλὰ ἐγεγονέι. [395] και ἦν παρὰδξον νεκρὸν τετραήμερον ἰδεῖν περιπατοῦντα και φθεγγόμενον. Καλὰ γε (οὐ γάρ ; ) τῆς ἑορτῆς ἢ τὰ κατορθώματα, φόνους ἀναμιγνύναι τὴν πανήγυριν. Ἄλλως δὲ, ἐκεῖ μὲν ἐδόκουν ἐγκαλεῖν τὸ σάββατον, και ταῦτη ἀπάγειν τοὺς ὄχλους· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ μὴδὲν εἶχον μέμψασθαι, κατὰ τοῦ θεραπευομένου ποιοῦνται τὴν ἐπιχείρησιν. Ἐνταῦθα γὰρ οὐδ' ὅτι ἐκαντιοῦται τῷ Πατρὶ εἶχον εἰπεῖν. Ἡ γὰρ εὐχὴ αὐτοὺς ἐπεσώμιζεν. Ἐπεὶ οὖν και ὁ θεὸς ἐνεκάλου ἀνήρητο, και τὸ σημεῖον λαμπρὸν ἦν, ἐπὶ τὸν φόνον ὀρμῶσιν. Ὅστε και ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ τοῦτο ἀν' ἐποίησαν, εἰ μὴ εἶχον ἐγκαλεῖν τὸ σάββατον. Ἄλλως δὲ, ἐκεῖνος

μὲν ἄσημος ἦν, και ἐξέβαλον αὐτὸν ἐκ τοῦ ἱεροῦ· οὐτος δὲ ἐπίσημος· και ὄηλον ἐκ τοῦ πολλοῦς ἔλθειν εἰς παραμυθίαν τῶν ἀδελφῶν· και πάντων ὀρώντων τὸ θαῦμα ἐγένετο, και μετὰ πολλῆς τῆς παραδοξοποιίας. Διὰ τοῦτο, πάντες ἔτρεχον ὀφόμενοι. Τοῦτο οὖν αὐτοὺς ἔδρακεν, τὸ τῆς ἑορτῆς ἐστώσης πάντας ἀφέντας ἐπὶ τὴν Βηθανίαν ἔρχεσθαι. Ἐπεχείρησαν οὖν αὐτὸν ἀνελεῖν, και οὐδὲ ἐδόκουν τολμᾶν· οὕτως ἦσαν φοινικοί. Και διὰ τοῦτο ἀρχόμενος ὁ νόμος, ἀπὸ τούτου ἄρχεται· Οὐ φορεύσεις· και ὁ προφήτης τοῦτο ἐγκαλεῖ· Αἱ χεῖρες αὐτῶν αἵματος πλίμεις. Πῶς οὖν παρῆρησα μὴ περιπατῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, και εἰς τὴν ἔρημον ἀναχωρῶν, πάλιν εἰσέρχεται μετὰ παρῆρησίας ; Σέβασον τὸν θυμὸν τῆ ἀναχωρήσει, πεπαυμένοι αὐτοῖς ἐφίσταται. Ἄλλως δὲ, τὸ πλήθος τὸ προάγον και τὸ ἐπόμενον ἱκανὸν ἦν εἰς ἀγωνίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐπεσπάσατο αὐτοὺς σημεῖον, ὡς τὸ τοῦ Ἀζάρου. Και ἄλλος δὲ εὐαγγελιστῆς φησιν, ὅτι Ὑπέστρωσαν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ τὰ ἱμάτια· και, ὅτι Πᾶσα ἡ πόλις ἐσεισθη· μετὰ τοσαύτης εἰσηῆς τιμῆς· Ἐποίησε δὲ τοῦτο, προφητεῖαν τὴν μὲν τυπῶν, τὴν δὲ πληρῶν· και τὸ αὐτὸ τῆς μὲν ἐγένετο ἀρχὴ, τῆς δὲ τέλος. Τὸ μὲν γὰρ, Χαῖρε ὅτι ὁ βασιλεὺς σου ἐρχεται σου πρῶτος, προφητεῖαν πληρῶντος ἦν· τὸ δὲ [ἐπὶ] δνον καθῆσαι, μέλλον πρᾶγμα προδιατυποῦντος, ὅτι τὸ ἀκάθαρτον τῶν ἐθνῶν γένος ἔμελλεν ὑποχειριον εἶχειν. Πῶς δὲ οἱ ἄλλοι φασιν, ὅτι μαθητὰς ἐπεμψε και εἶπεν· Ἀύσατε τὴν δνον και τὸν πῶλον· οὗτος δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν φησιν, ἀλλ' ὅτι ὀνάριον εὐρών ἐπεκάθισεν ; Ὅτι ἀμφοτέρω γενέσθαι εἰκὸς ἦν, και μετὰ τὸ λυθῆναι τὴν δνον ἀγόντων τῶν μαθητῶν, εὐρόντα αὐτὸν ἐπικαθῆσαι. Τὰ δὲ βατὰ τῶν φοινίκων και τῶν ἐλαιῶν ἔλαβον, και τὰ ἱμάτια ὑπεσπόμεσαν, δεικνύντες ὅτι λοιπὸν μέλζονα ἡ περὶ προφήτου δόξαν εἶχον περὶ αὐτοῦ, και ἔλεγον· Ὑσαννὰ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Ὅρξ ὅτι τοῦτο μάλιστα αὐτοὺς ἀπέπνιγε, τὸ πεισθῆναι πάντας ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντίθεος ; Και τοῦτο μάλιστα διῆρει τὸν δῆμον, τὸ λέγειν αὐτὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς ἦκειν ; Τί δὲ ἔστι, Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών ; Ἐπειδὴ πάντες αὐτῶν οἱ βασιλεῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἄδικοι τινες ἦσαν και πλεονέκται, και παρῆδωκαν αὐτοὺς τοῖς ἔχθροῖς, και τὸ [396] πλήθος διέστρεφον, και ὑπευθύνουσι ἐποίησαν τοῖς πολεμοῖς· Ὅθάρρει, φησὶν· οὗτος οὐ τοιοῦτος, ἀλλὰ πρῶτος και ἐπιεικῆς· και δείκνυται ἀπὸ τῆς δνου. Οὐ γὰρ στρατόπεδον ἐπισυρόμενος εἰσῆλθεν, ἀλλ' ὄνον ἔχων μόνον. Τοῦτο δὲ οὐκ ἤδεσαν, φησὶν, οἱ μα-

\* Florilegium habet ... ἐπεχείρουν Ἐβουλεύσαντο γὰρ οἱ ὄρχηρεῖς ἵνα και τὸν Ἀδάρον ἀποκτείνωσιν, ὅτι πολλοὶ δι' αὐτὸν ὑπῆγον τῶν Ἰουδαίων. και ἐπίστευον εἰς τὸν Ἰησοῦν. Ἔστω. ἢ Ἄλλ' ὀφθεγγόμενον. Οὐ γὰρ τῆς ἑορτῆς. Ibidem Savilius in notis : Καλὰ γε τῆς ἑορτῆς τὰ κατορθώματα, φόνους ἀναμιγνύναι τὴν πανήγυριν. Locum hunc perspicue corruptum sic rescribit e Florilegio : ὡ τῆς ἀνοίας τῶν ἔθων ἀρχιεράων ! και γὰρ τῆς ἑορτῆς αὐτῶν ἦν κατόρθωμα. φόνους ἀναμ. Quam perspicue corruptam seriem pronuntiat Savilius, ego perspicuam omnino et claram arbitror, modo ironice loqui intelligatur.

\* Alii προανατυποῦντος.

lius suburbanaum et diversorium : annon statim atque hæc videmus, ingemiscimus, cogitantes quot labores sustinuerit, quot quantaque rapuerit? et nusquam ille apparet; sed alii ejus facultatibus delectantur, quos ille nunquam putasset; et forte etiam inimici, dum extremas ille dat penas. Eadem nos manent. Nam sine dubio moriemur, eundemque finem sortiemur. Quanta, queso, odia, quantos sumptus, quantas inimicitias sustinuerunt? Et quid inde lucri? Immortale supplicium, et consolatio nulla, criminationes ab omnibus non viventi modo, sed etiam defuncto oblatas. Quid porro? cum multorum imagines in ædibus po-

sitas conspicimus, annon magis loquemur? Vere plane dixit propheta: *Verumtamen vane conturbatur omnis homo vivens* (Psal. 38. 12). Perturbatio enim vere est harumce rerum cura; perturbatio et anxietas superflua. Secus autem in æternis illis mansionibus et tabernaculis. Nunc alius laboravit, alius laborum fructu potitur; ibi vero laborum snorum quisque dominus erit, et multiplicem accipiet mercedem. Ad illam ergo possessionem properemus: illic paremus nobis ædes, ut quiescamus in Christo Jesu Domino nostro, quicum Patri et Spiritui sancto gloria in sæcula. Amen.

## HOMILIA LXVI.

CAP. 12. v. 9. *Cognovit ergo turba multa ex Judæis quia illic caset: et venerunt, non propter Jesum tantum, sed ut et Lazarum viderent, quem suscitavit a mortuis.*

1. Quemadmodum divitiæ incautos perdere consueverunt. ita et principatus: illæ enim in avaritiam deducunt, hic in arrogantiam. Vide ergo apud Judæos subditiam quidem turbam sanam, principes autem corruptos. Quod enim plebs in illum crederet, testificarentur passim evangelistæ: *Multi de turba crediderunt in eum* (Joan. 7. 31). Ex principibus autem multi non credebant. Ipsi vero dicunt, non turba, *Numquid aliquis ex principibus credidit in eum* (Ibid. 7. 48)? Sed quid dicunt? *Turba populi, qui non norunt Deum, maledicti sunt* (Ibid. v. 49). Eos qui credebant, maledictos dicebant; se vero qui occiderunt Christum, prudentes. Ille quoque multi qui miraculum viderant, erederunt; principes autem, non modo non contenti propriis malis erant, sed etiam Lazarum interficere tentabant<sup>1</sup> (Joan. 12. 10). Esto, Christum, qui sabbatum solvebat, qui se æqualem Patri faciebat, propter Romanos interficere queratis; in Lazaro quid sceleris deprehendistis, ut cogitatis interficere? An beneficium accipere crimini dandum? Vident sanguinarium illorum propositum? Atqui multa signa fecerat; sed nullum eos ita efferaverat, non paralyticus, non cæcus. Hoc enim et natura mirabilis erat, et post alio multa factum; resque stupenda erat videre mortuum quadriduanum ambulancem et loquentem. Pulchra sane festi officia, credibus celebritatem miscere<sup>2</sup>. Præterea illic de violato sabbato accusabant eum, et hac ratione populum adducebant: hic vero quia nihil poterant criminis offerre, contra suscitatum machinantur. Neque poterant hic dicere, ipsum esse Patri adversarium; precatio enim cohibebat illos.

<sup>1</sup> Hæc sequuntur in Florilegio: *inierunt enim consilium principes sacerdotum ut Lazarum interficerent, quia multi propter eum ab eis desciverant et crediderant in Jesum. Esto, etc.*

<sup>2</sup> Savil. hunc locum male habere contendit, ipsumque e Florilegio restituere jubet: *O Sacerdotum amentiam, qui diem festum ita egregie agunt ut cædes celebritati miscerant. Quam corruptam seriem pronuntiat savilius, ego perspicuam omnino et claram arbitror. Ironice hic dicitur: Pulchra sane festi officia, credibus celebritatem miscere; ac perinde clare Græca exprimitur. Florilegus autem multa de suis addidit, quæ in Chrysostomi commentariis non erant.*

Quoniam igitur sublata erat assidua illa accusandi materia, signumque conspicuum erat, ad eadem feruntur: idipsumque facturi erant erga cæcum, nisi sabbati crimen adfessisset. Alioquin ignobilis ille erit, ejecerantque illum de templo: hic autem vir insignis, ut liquet ex eo quod multi sorores ejus consolationem venerint; et miracula videntibus omnibus editum fuerat, atque stupendo modo. Ideo omnes visam accurrebant. Hoc illos mordebat, quod instante solemnitate, illa missa omnes Bethaniam advolarent. Illum ergo occidere moliti sunt, et nihil audere sibi videbantur: ita sanguinarii erant. Ideo lex ab his verbis incipit, *Non occides* (Exod. 20. 13); et de hoc propheta accusat, *Manus eorum sanguine plenæ* (Isa. 1. 15). Quomodo ergo cum non palam in Judæa ambularet, et in desertum recessisset, iterum fidenter intrat? Postquam recessu iram illorum sedaverat, jam quietos adit. Alioquin plebs præcedens et subsequens poterat illum metum incutere: nihil enim eam ita allegerat, ut signum Lazari. Alius porro evangelista dicit, *Straverunt sub pedibus ejus vestimenta* (Luc. 19. 36); et, *Omnis civitas comnata est* (Matth. 21. 10); cum tanto scilicet honore lugrediebatur. Hoc porro faciebat ut prophetiam aliam figuraret, aliam imple-ret: et idem sicut alterius principum, alterius finis. Nam illud, *Lætare quia Rex tuus venit tibi mansuetus* (Ibid. v. 8), prophetiam implet: quod autem asino insideat, rem futuram presignificat, quia immundum gentiliū genus subditum habiturus erat. Quomodo autem alii dicunt ipsum discipulos misisse et dixisse, *Solvite asinam et pullum* (Marc. 11. 42); hic vero nihil simile dicit, sed invento asello insedisse? Utrumque factum esse credibile est, et post solutam asinam, ducentibus discipulis, invento asello Christum insedisse. Ramos autem palmarum et olivarum acceperunt, et vestimenta straverunt, ostendentes se majorem de illo, quam de propheta, opinionem habere; et dicebant: 13. *Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini*. Vides hoc maxime illos dolore obruisse, quod omnes persuasum haberent ipsum non esse Deo adversarium? Et hoc maxime populum scindebat, quod se diceret a Patre venire. Quid sibi vult illud, 15. *Lætare multum, filia Sion*? Quia omnes ipsorum reges ut plurimum iniqui

erant et cupidi, ipsosque hostibus tradebant, plebem subvertebant et hostibus subditos reddebant: Confide, inquit, hic non talis est, sed mansuetus et mitis; quod ex asina ostenditur. Neque enim exercitu stipatus ingressus est, sed cum asina tantum. 16. *Hoc autem nesciebant*, inquit, *discipuli ejus, quod scriptum de illo esset*. Viden' illos plurima ignorasse, quia ipse nondum eis revelaverat? Nam cum dixit, *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* (Joan. 2. 19): neque tunc intellexerunt discipuli ejus. Et alius evangelista (Marc. 9. 9) dicit, absconditum fuisse sermonem ab eis, nec scivisse resurrecturum illum esse a mortuis. Sed hoc jure absconditum illis erat. Quapropter alius evangelista (Matth. 17. 22) narrat ipsos singula audientes doluisse et mœstos fuisse. Id autem contingebat quod resurrectionem non nosset. Et jure id occultabatur ipsis, quia illum captum superabat: asinæ vero historia cur illis occulta fuit? Quia hæc quoque res magna erat.

2. Vide autem evangelistæ philosophiam, quomodo non erubescat pristinam illorum ignorantiam profiteri. Quod scriptum esset sciebant; quod vero de illo scriptum esset, id ignorabant. Nam certe hoc illis offenculo futurum erat, si rex cum esset, hæc esset passurus, atque ita tradendus. Alioquin autem non tam facile quod regnum illud esset intellexissent. Nam alius evangelista dicit, de hujus mundi regno dici putavisse (Ibid. 20. 25). 17. *Testificabatur autem turba, quod Lazarum resuscitasset*. Non enim tot repente nutati fuissent, inquit, nisi signo credidissent, 19. *Pharisæi autem dixerunt illis, Videtis quia nihil proficitis? Ecce mundus totus post illum abit*. Hoc dictum mihi videtur ab iis qui sanæ mentis erant, nec audebant palam loqui; et ex eventu confutabant illos, ut qui inuilita tentarent. Mundum autem hic turbam vocant. Solet enim Scriptura mundum dicere et creaturas, et eos qui in nequitia vivunt: illud quidem cum ait, *Efferens secundum numerum mundum suum* (Isai. 40. 26): hoc vero cum dicit, *Mundus vos non odit, me autem odit* (Joan. 7. 7). Hæc accurate scire par est, ne præter nominum significationem hæretici ansam arripiant. 20. *Erant autem quidam gentiles, qui ascenderant adorare in solemnitate*. Cum jam prope esset ut proselyti fierent, venerant ad solemnitatem, et fama commoti dicunt: 21. *Volumus Jesum videre*. Philippus autem Andream adit, utpote qui ipsum præcederet, et rem ei communicat. Verum non sine cautione nec palam id facit: audierat enim, *In viam gentium ne abieritis* (Matth. 10. 5). Ideo rem cum discipulo communicatam Magistro refert: ambo enim id retulerunt ei. Ille vero quid dicit? 23. *Venit hora ut clarificetur Filius hominis*. 24. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet*. Quid significat illud, *Venit hora*? Dixerat, *In viam gentium ne abieritis*, omnem Judæis præscindens pernicitatis ansam; illos cohibuit. Cum autem illi immorigeri manerent, gentiles autem accedere vellent, Tempus demum, inquit, est ad passionem accedendi, cum omnia impleta sint. Nam si contumacibus illis

semper hæreremus, illosque accedere volentes non admitteremus, indignum hoc esset providentia nostra. Quia igitur discipulos suos post crucem ad gentes missurus erat, cum videt illas jam accedere, ait. Tempus est ut ad crucem veniam. Non antea sivit accedere, ut id esset in testimonium illis. Antequam enim illum repellerent, antequam in crucem agerent, non dixit, *Euntes docete omnes gentes*; sed, *In viam gentium ne abieritis* (Matth. 28. 19. et 10. 5); et, *Non missus sum nisi ad oves quæ perierunt domus Israel*; et, *Non est bonum accipere panem filiorum, et dare canibus* (Ibid. 15. 24. 26). Cum autem odio haberent eum, et ita odio haberent, ut occiderent, superfluum erat persistere, renitentibus illis. Nam recusarunt illum dicentes, *Non habemus regem nisi Cæsarem* (Joan. 19. 15). Tunc demum illos dimisit, quia ipsi priores dimiserant. Ideo dicit, *Quoties volui congregare filios vestros, et nolulistis* (Matth. 23. 37)? Quid sibi vult, *Granum frumenti, nisi cadens in terram mortuum fuerit*? De cruce loquitur. Ne enim turbarentur, cogitantes tunc illum occisum fuisse, cum gentes accesserunt, dicit: Hoc ipsos maxime ad accedendum inducit, hoc prædicationem meam augebit. Deinde quia sermonibus non ita persuadebat, a rerum experientia ipsos allicit dicens: In frumento hoc accidit, ut mortuus majorem fructum afferat. Si hoc in seminibus, multo magis in me. Verum discipuli dicta non intellexerunt. Quare frequenter hoc repetit evangelista, ut excusaret eos quod postea fugerint. Istiusmodi sermonem de resurrectione disputans Paulus attulit (1. Cor. 15. 36. sqq.).

3. Quam ergo excusationem habebunt ii qui resurrectionem non credunt, cum illam in seminibus quotidie contemplari possimus, in plantis quoque, et in generatione nostra? Primo enim corrumpi semen oportet, et inde fieri generationem. Universim vero cum Deus aliquid facit, nullis opus est ratiociniis. Quomodo enim nos ex non exstantibus fecit? Ita Christianis dico, qui se dicunt Scripturis credere: adam aliud ex humanis ratiociniis. Ex hominibus alii improbi, alii probi sunt: ex improbis multi re prospera ad extremam senectutem devenerunt; ex probis secus res cessit. Quando nam ergo et quo tempore singuli pro merito accipient? Sane, inquirunt, sed corporum resurrectio non est. Non audiunt Paulum dicentem, *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem* (1. Cor. 15. 53)? Non de anima (non enim anima corrumpitur): et resurrectio dicitur de illo qui cecidit: cecidit vero corpus. Cur autem non vis esse corporis resurrectionem (a)? annon possibilis Deo est? Sed hoc negare extremæ insipientiæ esset. At non decet? Cur non decet hoc corruptibile, quod et laborem et mortem una subiit, coronas etiam participare? Nam si non deceret, non a principio factum fuisset, neque Christus carnem sumpsisset. Quod autem sumpserit, illamque resuscitaverit, audi quid dicat: *Infer digitos tuos, et vide quia spiritus ossa et nervos non ha-*

(a) Hæretici erant qui dicerent carnem non resurrecturam esse.

θηται αὐτοῦ, ὅτι ἦν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένον. Ὁρᾷς ὅτι τὰ πλείονα ἤγνων, ἐπειδὴ αὐτὸς οὐκ ἀπεκάλυπτεν αὐτοῖς; Καὶ γὰρ ὅτε εἶπεν· *Λύσατε τὸν γυῶν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν*, οὐδὲ τότε ᾔδεσαν· οἱ μαθηταί. Καὶ ἄλλος δὲ εὐαγγελιστὴς λέγει, ὅτι ἦν κεκρυμμένος ὁ λόγος ἀπ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ᾔδεσαν ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰκότως ἐκρύπτετο. Διὸ καὶ ἄλλος λέγει εὐαγγελιστὴς, ὅτι καθ' ἕκαστον ἀκούοντες ἤλθον, καὶ ἦσαν ἐν κατηφείᾳ· τοῦτο δὲ, ἐκ τοῦ μὴ εἰδέναι τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰκότως ἐκρύπτετο, ἅτε μείζον ἢ κατ' αὐτούς· τὸ μέντοι τῆς δνου διατί αὐτοῖς οὐκ ἀπεκαλύφθη; Ὅτι καὶ τοῦτο μέγα ἦν.

β'. Ὅρα δὲ φιλοσοφίαν εὐαγγελιστοῦ, πῶς οὐκ ἐπαισχύνεται τὴν πρότεραν αὐτῶν ἀγνοίαν ἐκπομπεύειν β'. Ὅτι μὲν οὖν γέγραπται, ᾔδεσαν· ὅτι δὲ ἐπ' αὐτῷ γέγραπται, οὐκ ᾔδεσαν. Καὶ γὰρ ἂν ἐσκανδάλισεν αὐτούς, εἰ γε βασιλεὺς ὦν τοιαῦτα μέλλοι πάσχειν, καὶ οὕτως ἐκδίδοσθαι. Καὶ ἄλλως δὲ, οὐκ ἂν εὐθέως ἐχώρησαν τὴν γνώσιν τῆς βασιλείας, ἣν ἔλεγε. Καὶ γὰρ ἄλλος εὐαγγελιστὴς φησιν, ὅτι περὶ βασιλείας ἐδόκουν ταύτης λέγεσθαι. *Ἐμμετῶν δὲ ὁ δχλος, ὅτι ἀνέστησε τὸν Λάζαρον*. Οὐ γὰρ ἂν τοσοῦτοι μετέθεντο ἐξαίφνης, φησιν, εἰ μὴ ἐπίστευσαν τῷ σημείῳ. *Οἱ δὲ Φαρισαῖοι εἶπον πρὸς αὐτούς· Θεωρεῖτε, ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν; Ἴδε ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ὑπάγει. Δοκεῖ δέ μοι τοῦτο εἶναι τῶν ὑγιαίνοντων μὲν, οὐ τολμῶντων δὲ παρῆσιτάσασθαι, εἶτα ἀπὸ τῆς ἐκδόσεως κατεχόντων αὐτούς ὡς ἀνήνυτα ἐπιχειροῦντας. Κόσμον δὲ ἐνταῦθα πάλιν τὸν δχλον φασίν. Οἶδε γὰρ ἡ Γραφή κόσμον καὶ τὴν κτίσιν λέγειν, καὶ τοὺς ἐν πονηρίᾳ ζῶντας. Καὶ τὸ μὲν φησιν, ὅταν λέγῃ, Ὁ ἐκφέρων κατὰ ἀριθμὸν τὸν κόσμον αὐτοῦ· τὸ δὲ, ἔταν λέγῃ, Ὁ κόσμος ὑμᾶς οὐ μισεῖ, ἐμὲ δὲ μισεῖ. Καὶ χρὴ ταῦτα ἀκριδῶς εἰδέναι, ἵνα μὴ παρὰ τὴν σημασίαν τῶν ὀνομάτων λαθὴν παρέχωμεν τοῖς αἰρετικοῖς. *Ἦσαν δὲ τινες τῶν Ἑλλήνων ἀναβάτες προσκυνῆσαι εἰς τὴν ἑορτήν*. Ἐγγύς ὄντες λοιπὸν τοῦ προσήλυτου γίνεσθαι, ἦσαν· εἰς τὴν ἑορτήν. Τῆς φήμους οὖν διαδοθείσης, λέγουσι· *Θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν*. Ὁ δὲ Φίλιππος παραχωρεῖ τῷ Ἀνδρέᾳ, ἅτε πρὸ αὐτοῦ ὄντι, καὶ τὸ πρᾶγμα αὐτῷ κοινούται. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἀπλῶς αὐθεντεῖ· ἤκουσε γὰρ, ὅτι *Εἰς ὄδον ἐθνῶν μὴ ἀπέλθῃτε*. Διὰ τοῦτο μετὰ τοῦ μαθητοῦ κοινωσάμενος, τὴν διδασκάλῳ ἀναφέρει· ἀμφοτέροι γὰρ εἶπον αὐτῷ. Ὁ δὲ τί φησιν; *Ἦλθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*. Ἐὰν μὴ ὁ κόσμος τοῦ σίτου πεσῶν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει. Τί ἐστίν, Ἦλθεν ἡ ὥρα; Ἐλεγεν, *Εἰς ὄδον ἐθνῶν μὴ ἀπέλθῃτε, πᾶσαν* [397] *ἐγκόπτων ἀγνωμοσύνης πρόφασιν ἀπὸ Ἰουδαίαν, καὶ κατεῖχεν αὐτούς*. Ἐπεὶ οὖν ἐπέμενον οὗτοι ἀπειθοῦντες, ἐκείνοι δὲ ἐβούλοντο προσελθεῖν, Καίρως λοιπὸν, φησίν, ἐπὶ τὸ πάθος ἐλθεῖν. πάντων πεπληρωμένων. Εἰ γὰρ μέλλομεν τούτοις μὲν καὶ ἀπειθοῦσι προσεδρεύειν, ἐκείνους δὲ καὶ βουλομένους μὴ προσελθεῖν, ἀνάξια τῆς ἡμετέρας ἔσται ταῦτα κηδεμονίας. Ἐπεὶ οὖν ἐμελέων ἀφήσειν τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τὰ ἔθνη λοιπὸν ἵνα μετὰ τὸν σταυρὸν, ὁρᾷ δὲ αὐτοὺς προπηδῶντας, φησὶ· Καίρως ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐλθεῖν. Οὐ πρότερον γὰρ αὐτοὺς εἶασεν, ἵνα ἢ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Ἔως γὰρ διὰ τῶν ἔργων αὐτὸν διεκρούσαντο,*

ἔως αὐτὸν ἐσταύρωσαν, οὐκ εἶπε, *Περὲυθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*, ἀλλ', *Εἰς ὄδον ἐθνῶν μὴ ἀπέλθῃτε*· καὶ, *Οὐκ ἀπεστάνη, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλῶτα οἴκου Ἰσραὴλ*· καὶ, *Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ δοῦναι τοῖς κυναρίοις*. Ἐπειδὴ δὲ ἐμίσησαν αὐτὸν, καὶ οὕτως ἐμίσησαν ὡς ἀνελεῖν, περιττὸν ἦν προσεδρεύειν διακρουομένων ἐκείνων. Καὶ γὰρ παρητήσαντο αὐτὸν λέγοντες· *Οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰ μὴ τὴν Καίσαρα*. Τότε δὴ λοιπὸν αὐτοὺς ἀφήκεν, ἐπειδὴ αὐτοὶ ἀφήκαν. Διὰ τοῦτο λέγει· *Ποσάκις ἠθέλησα εἰσιυναγαγεῖν τὰ τέκνα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠθέλησατε!* Τί ἐστίν· Ὁ κόκκος τοῦ σίτου, ἔαν μὴ πεσῶν ἀποθάνῃ; Περὶ τοῦ σταυροῦ λέγει. Ἴνα γὰρ μὴ θορυβῶνται ἐνοουόντες ὅτι, ὅτε καὶ Ἕλληνας προσήλθον, τότε ἀνηρέθη, λέγει· Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα αὐτοὺς ποιεῖ προσελθεῖν, καὶ αὐξήσει τὸ κήρυγμα τὸ ἐμόν. Εἶτα, ἐπειδὴ ἀπὸ λόγιου οὐχ οὕτως ἐπειθεν, ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων πείρας αὐτὸ μεθοδεύει λέγων· Ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ σίτῳ τοῦτο γίνεται· μᾶλλον φέροι καρπὸν, ὅταν ἀποθάνῃ. Εἰ δὲ ἐν τοῖς σπέρμασι τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἐμοί. Ἀλλ' οὐκ ᾔδεσαν οἱ μαθηταὶ τὰ λεγόμενα. Διὸ συνεχῶς αὐτὸ τίθεισιν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἀπολογοῦμενος ὑπὲρ τῆς μετὰ ταῦτα φυγῆς. Τούτων καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως διαλεγόμενος ὁ Παῦλος τὸν λόγον ἐκίνησε.

γ'. Ποῖαν οὖν ἔξουσιν ἀπολογίαν οἱ τῇ ἀναστάσει διαπιστοῦντες, ἐν τοῖς σπέρμασι τοῦ πράγματος κατ' ἐκάστην μελετωμένῳ τῇ ἡμέραν, καὶ ἐν φυτοῖς, καὶ ἐπὶ τῆς γενέσεως τῆς ἡμετέρας; Πρότερον γὰρ δεῖ φθαρῆναι τὸ σπέρμα, καὶ τότε γενέσθαι γένεσιν. Ὅπως δὲ ὅταν ὁ Θεὸς τι ποιῇ, λογισμῶν οὐκ ἔστι χρεία. Πῶς γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων ἡμᾶς ἐποίησε; Ταῦτα πρὸς Χριστιανούς λέγω, τοὺς λέγοντας πείθεσθαι Γραφαῖς. Ἐγὼ δὲ καὶ ἔτερον ἐρῶ ἀπὸ λογισμῶν ἀνθρωπίνων. Τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἐν κακίᾳ διδάσκουσιν, οἱ δὲ ἐν ἀρετῇ. Ἀλλὰ τῶν ἐν κακίᾳ διατριβόντων πολλοὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἦλθον εὐπαθοῦντες· τῶν δὲ ἐν ἀρετῇ, τὰ ἐναντία ὑπομείναντες. Πότε οὖν τὰ κατ' ἀξίαν ἀπολήψεται ἕκαστος; ἐν ποίῳ καιρῷ; Να, φησίν· ἀλλὰ σωματῶν οὐκ ἔστιν ἀνάστασις. Οὐκ ἀκούουσι τοῦ Παύλου λέγοντος· *Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν*; Οὐ περὶ ψυχῆς (οὐδὲ γὰρ φθείρεται ἡ ψυχὴ)· καὶ ἀνάστασις [398] δὲ τοῦ πεπτωκότος λέγεται· ἔπεσε δὲ τὸ σῶμα. Διατί δὲ οὐ βούλει ἀνάστασιν εἶναι σώματος; Πότερον οὐ δυνατόν τῷ Θεῷ; Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐσχάτης ἀνοίας λέγουν. Ἀλλ' οὐ πρέπει; Διατί οὐ πρέπει τὸ φθαρτὸν καὶ πόνου καὶ θανάτου κοινωῆσαν, κοινωῆσαι καὶ τῶν στεφάνων; Εἰ γὰρ μὴ ἔπρεπεν, οὐδ' ἂν παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐγένετο, οὐκ ἂν σάρκα αὐτὴς ἀνέλαθεν. Ὅτι δὲ καὶ ἀνέλαθε, καὶ αὐτὴν ἀνέστησεν, ἄκουσον τί φησὶ· *Βάλε τοὺς δακτύλους, καὶ ἴδε, ὅτι πρῶτον ὀστά καὶ νεῖρα οὐκ ἔχει*. Διατί δὲ τὸν Λάζαρον ἀνέστησεν, εἰ βέλτιον ἦν χωρὶς σώματος ἀναστῆναι; τί ἐν τάξει σημείου καὶ εὐεργεσίας αὐτὸ ποιεῖ; τί δὲ ὄλω; ἔδωκα τροφᾶς; Μὴ τοῖνον ἀπατάθῃ παρὰ τῶν αἰρετικῶν, ἀγαπητοί. Καὶ γὰρ ἀνάστασις ἔστι, καὶ κρίσις ἔστί. Ταῦτα δὲ ἀναίρουσιν, ὅσοι μὴ βούλονται δοῦναι λόγον τῶν πεπραγμένων. Καὶ γὰρ δεῖ τὴν ἀνάστασιν τοιαύτην εἶναι, οἷα γέγονεν ἡ τοῦ Χριστοῦ. Ἀπαρχὴ γὰρ ἐκείνος, καὶ πρωτότοκος ἀπὸ τῶν νεκρῶν. Εἰ δὲ ἀνάστασις τοῦτο ἐστίν, ψυχῆς καθαρῆς, καὶ ἀμαρτιῶν ἀπαλλαγῆ, ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ ἤμαρτε, πῶς ἀνέστη; πῶς ἡμεῖς; τῆς κατάρτας ἀπελλαγμῆν, εἰ γε καὶ αὐτὸς ἤμαρτε; πῶς δὲ λέγει· *Ἐρχεται ὁ ἄρτος τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοί οὐκ ἔχει οὐδέν*; Ταῦτα

• Alii οὐδὲ τοῦτο ᾔδεσαν. β Nonnulli ἐκπομπεύων.  
• Savil. ᾔδεσαν legendum supicatur, recte.

γὰρ τὸ ἀναμάρτητον δηλοῦντός ἐστιν. Οὐκοῦν κατ' αὐτοῦς ἢ οὐκ ἀνέστη, ἢ ἵνα ἀναστῆ<sup>a</sup>, ἤμαρτε πρὸ τῆς ἀναστάσεως. Ἄλλὰ καὶ ἀνέστη, καὶ ἀμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν. Οὐκοῦν ἀνέστη σῶματι· καὶ τὰ δόγματα ταῦτα τὰ πονηρὰ οὐδὲν ἑτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἡ κενοδοξίας ἔκγονα. Φεύγωμεν τοίνυν τοῦτο τὸ νόημα. Φθείρουσι γὰρ, φησὶν, ἡθὴ χρηστά ὁμιλῶν κακὰ. Οὐκ ἔστι ταῦτα ἀποστολῶν διδάγματα· Μαρκίων ἐστὶ καὶ Οὐαλεντίνοσ ὁ ταῦτα καινοτομήσας. Φεύγωμεν τοίνυν, ἀγαπητοί. Οὐδὲν γὰρ ἕβελος βίου καθαροῦ, δογματῶν διεφθαρμένων· ὥσπερ οὖν οὐδὲ τοῦναντίον, δογματῶν ὑγιῶν, ἐάν βίωσ ἦ διεφθαρμένος. Ταῦτα Ἐκλήνησ ἔτεσκον, ταῦτα ἐκείνῳ ἠδῆσαν, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων λαβόντες, καὶ τὴν ὕλην ἀγέννητον<sup>b</sup> λέγοντες, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ὅσπερ οὖν εἶπαν, ὅτι οὐκ ἂν εἴη δημιουργός, μὴ ὑποκειμένης ὕλης ἀγεννήτου· οὕτω καὶ τὴν ἀνάστασιν ἠθέτησαν. Ἄλλὰ μὴ προσέχωμεν, εἰδότες Θεοῦ δύναμιν παναρκῆ<sup>c</sup>· μὴ προσέχωμεν. Ὑμῖν λέγω μάχη. Ἡμεῖς γὰρ τὴν πρὸς αὐτοῦσ οὐ παραιτησόμεθα μάχην. Ἄλλ' ὁ ἀοπλοσ καὶ γυμνός, κἂν εἰσ ἀσθενεῖσ ἐμπέσῃ, κἂν ἰσχυρότεροσ ἦ, ῥιζίωσ ἀλώσεται. Εἰ μὲν γὰρ Γραφαῖσ προσεῖχετε, καὶ καθ' ἑκάστην<sup>d</sup> αὐτοῦσ τικονάτε τὴν ἡμέραν, οὐκ ἂν παρήγεσ τὴν πρὸς ἐκείνοσ φεύγειν μάχην, ἀλλὰ καὶ συμπλέκεσθαι συνεβούλευσα ἂν. Καὶ γὰρ ἰσχυρὰ ἡ ἀλήθεια. Ἐπειδὴ δὲ χρῆσθαι αὐταῖσ οὐκ ἴστε, δέδοικα τὴν συμπλοκὴν, μὴ λαβόντεσ ὑμᾶσ ἀοπλοσ καταβάλωσιν. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν ἀσθενέτερον ἐκείνων τῶν [399] τῆσ τοῦ Ἡνεύματοσ βοηθείασ ἡρημωμένων. Εἰ δὲ τῆ ἔξωθεν κέρχρηται σοφίε, θαυμάζειν οὐ χρῆ, ἀλλὰ καταγελάειν, ὅτι τοῖσ μωροῖσ κέρχρηται διδασκάλοισ. Οὕτε γὰρ περὶ Θεοῦ, οὕτε περὶ κτείσωσ τι ὑγιᾶ εὐρεῖν

ἠδυνήθησαν ἐκείνοι· ἀλλ' ἄπερ ἡ παρ' ἡμῖν χίρα ἐπίσταται, ταῦτα Πυθαγόρασ οὐδέπω ἴδει· ἀλλ' ἔλεγον ὅτι θάμνοσ ἐστὶ καὶ ἑ ἰχθύσ, καὶ κύνων γίνεται ἡ ψυχῆ. Τούτοισ οὖν, εἰπέ μοι, προσέχειν δεῖ; καὶ πῶσ ἂν ἔχοσ λόγον; Μεγάλοισ εἰσὶν ἐν τῆ κώμῃ ἐκείνοισ, καλοῦσ βοστρύχοσ τρέφοουσ, καὶ τρίβωνασ ἀναδέδληνται· μέχρη τούτων αὐτοῖσ ἡ φιλοσοφία. Ἄν δὲ τὰ ἔνδοθεν ἴδῃσ, τέφρα καὶ κόνισ, καὶ ὑγιᾶ οὐδὲν, ἀλλὰ Τάφροσ ἀνεφωγμένοσ ὁ λάρυγγ ἀντών, πάντα ἀκαθαρσίασ ἔχων γέμοντα καὶ ἰχώροσ, καὶ τὰ δόγματα πάντα σκωλήκων. Ὁ γοῦν πρώτοσ αὐτῶν τὸ ὕδωρ ἔφρσεν εἶναι θεόν, καὶ ὁ μετ' ἐκείνοσ τὸ πῦρ. Ἄλλοσ τὸν ἄερα, καὶ πάντεσ εἰσ τὰ σῶματα κατηνέχθησαν. Τούτοισ οὖν, εἰπέ μοι, θαυμάζειν χρῆ. τοῦσ οὐδὲ ἔνοιοιαν ἀσωμάτου λαβόντεσ Θεοῦ, εἰ δήποτε καὶ ὕστερον ἔλαθον, μετὰ τὸ συγγενέσθαι ἐν Αἰγύπτω τοῖσ ἡμετέροισ; Ἄλλ' ἵνα μὴ πολὺν ὑμῖν ἐπάγωμεν θόρυβοσ, ἐνταῦθα τὸν λόγον καταλύσωμεν. Ἄν γὰρ ἀρξώμεθα τὰ ἐκείνων προτιθένα δόγματα, καὶ τί μὲν περὶ Θεοῦ, τί δὲ περὶ ὕλησ, τί δὲ περὶ ψυχῆσ, τί δὲ περὶ σωματῶν εἶπον, πολὺσ ἔφεται γέλωσ. Καὶ οὐδὲ τῆσ παρ' ἡμῶν κατηγορίασ δεήσομαι· αὐτοῖ γὰρ ἀλλήλοισ ἔβαλον. Ὁ γοῦν καθ' ἡμῶν γραφάσ τὸν περὶ τῆσ ὕλησ λόγον, ἑαυτὸν ἀνεῖλε. Διόπερ ἵνα μὴ ματαιώσ ὑμᾶσ ἀποσχολήσωμεν, καὶ λαβύρινοσ λόγων ἀνεῖλωσωμεν, ταῦτα ἀφέντεσ, ἐκείνο ἐροῦμεν, τῆσ ἀκροάσεωσ τῶν θεῶν ἔχεσθαι Γραφῶν, καὶ μὴ λογομαχεῖν εἰσ οὐδὲν δέον· ὁ καὶ Παῦλοσ παραινεῖ Τιμοθέω, καίτοι γε πολλῆσ σοφίασ ἐμπειλησμένω, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν σημείων ἔχοντι δύναμιν. Πειθώμεθα τοίνυν ἐκείνω, καὶ τὰσ φλυαρίασ ἀφέντεσ. τῶν ἔργων ἐχίωμεθα, φιλαδελφίασ λέγω καὶ φιλοξενίασ· καὶ πολὺν ποιησώμεθα τῆσ ἐλεημοσύνησ λόγον. ἵνα τῶν ἐπηγελμένων τύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣ ἡ δόξα εἰσ τοῦσ αἰώνασ τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>e</sup> Savil. ὅτι θάμνοσ καὶ.

<sup>a</sup> Alii οὐκ ἀνέστη, ἢ εἰ ἀνέστη. <sup>b</sup> Ἀγέννητον non factum: forte melius ἀγέννητον. Verum hæc sæpe confunduntur. <sup>c</sup> Quilibet mss. παναρκῆ. <sup>d</sup> Sic mss. ἐπίτι vero male μεθ' ἐκάστην.

[400] ΟΜΙΛΙΑ ΕΖ'.

Ὁ φίλων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰσ ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν. Ἐγὼ ἔμοι τις διακοχῆ, ἔμοι ἀκολουθεῖτω.

α'. Γλυκὺσ ὁ περὶὼν βίωσ, καὶ πολλῆσ γέμων ἡδονῆσ· ἀλλ' οὐχ ἅπασιν, ἀλλὰ τοῖσ προσηλωμένοισ αὐτῷ. Εἰ δὲ τις εἰσ τὸν οὐρανὸν διαβλέψει, καὶ τὰ ἐκεῖ ἴδοσ καλὰ<sup>a</sup>, ταχέωσ αὐτοῦ καταφρονήσει, καὶ οὐδένα ποιήσει λόγον. Ἐπεὶ καὶ κάλλοσ σωματῶν, ἕωσ ἂν ἕτερον μὴ φαίνεται λαμπρότερον, θαυμάζεται· ἐπειδὴ δὲ φανῆ τὸ κρεῖττον, καταφρονεῖται τὸ πρότερον. Ἄν τοίνυν θελήσωμεν καὶ ἡμεῖσ εἰσ ἐκεῖνο τὸ κάλλοσ ἰδεῖν, καὶ τὴν εὐπρέπειαν τῆσ ἐκεῖ βασιλείασ κατοπεῦσαι, ταχέωσ ἑαυτοῦσ τῶν δεσμῶν ἀπολύσομεν τῶν παρόντων. Δεσμῶν γὰρ τίσ ἐστὶν ἡ πρὸσ τὰ παρόντα συμπάθεια. Καὶ εἰσ τοῦτο ἡμᾶσ ἐνάγων ὁ Χριστόσ, ἀκουσον τί φησιν· Ὁ φίλων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰσ ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν. Ὁ ἔμοι διακοχῶν, ἔμοι ἀκολουθεῖτω· καὶ ὅπου εἰμί ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ δούκοροσ ὁ ἐμόσ. Αἰνίγματι δοκίνασ δοκί· τὰ λεγόμενα. Ἄλλ' οὐκ ἐστὶν, ἀλλὰ πολλῆσ ἐμπέπλησται σοφίασ. Καὶ πῶσ Ὁ φίλων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν; Ὁ τὰσ ἐπιθυμίασ αὐτῆσ ποιῶν τὰσ ἀτόπουσ; ὁ χαριζόμενοσ αὐτῆ παρὰ τὸ δέον. Διὰ τοῦτο παραινεῖ τις λέγων· Μὴ πορεύου ἐν τῶισ ἐπιθυμίαισ τῆσ ψυχῆσ σου. Οὕτω γὰρ αὐτῆν ἀπολείσ (τῆσ γὰρ ἔδοσ τῆσ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν

ἀγοῦσησ ἀπάγει)· ὥσπερ οὖν τὸ ἐναντίον, Ὁ μισῶν αὐτήν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, σώσει αὐτήν. Τί δὲ ἐστὶν, Ὁ μισῶν αὐτήν; Ὁ μὴ εἰκων αὐτῆ, τὰ βλάπτοντα κελουσόση. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὁ μὴ εἰκων αὐτῆ, ἀλλ', Ὁ μισῶν αὐτήν. Καθάπερ γὰρ τῶν μισουμένων οὐδὲ φωνῆν ἀκούσαι ἀνεχόμεθα, οὐδὲ ἡμῖν ἰδεῖν ἡδέωσ· οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν, ὅταν ἐναντία ἐπιτάτῃ τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων, μετὰ σφοδρότητοσ ἀποστρέφεται χρῆ. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ θανάτου μέλλει λοιπὸν αὐτοῖσ διαλέγεσθαι, θανάτου τοῦ ἑαυτοῦ, καὶ προεῖδε κατηφούντα<sup>b</sup> καὶ καταπίπτοντα, ὑπερβολὴν ἐποιήσατο λέγων· Τί λέγω, ἐάν μὴ τὸν ἐμὸν θάνατον γενναίωσ ἐνάγκητε; Ἄν γὰρ ὑμεῖσ αὐτοῖ ἀποθάνητε, ὑμῖν ἔσται κέρδοσ οὐδέν. Καὶ ὅρα πῶσ παραμυθεῖται τὸν λόγον. Σφοδρὰ ἦν φορτικὸν καὶ ἐπαχθὸσ τὸ ἀκούσαι ὅτι δεῖ ἀποθανεῖν φιλοψυχούντα τὸν ἄνθρωπον<sup>c</sup>. Καὶ τί λέγω τὰ παλαιῶν; ὅπου γε καὶ νῦν πολλοῦσ εὐρήσομεν ἡδέωσ πάντα μαθεῖν ὑπομένοντασ, ὑπὲρ τοῦ τὸν παρόντα καρπώσασθαι βίωσ, καὶ ταῦτα περὶ τῶν μελλόντων πεπιστευμένοισ· οἱ ἐπειρᾶν ἴωσιν οἰκοδομήματα, καὶ τεχνήματα, καὶ μηχανήματα, δακρύουσιν ἐπιτέγοντεσ· Πόσα ἄνθρωποσ μηχανάται, καὶ γίνεται κόνισ! [401] Οὕτω πολλῆ τῆσ παρουσίησ ζωῆσ ἡ ἐπιθυμία. Ταῦτα τοίνυν διαλύων ὁ Χριστόσ τὰ δεσμά, φησιν· Ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰσ ζωὴν αἰώ-

<sup>b</sup> Alii καταφρονούντα. <sup>c</sup> Malim cum Savillo articulum omittere. Esmi.

<sup>a</sup> Vox κατά accessit e Savil. Edit.

bet (Joan. 20. 27). Cur Lazarum suscitavit, si melius erat sine corpore resurgere? cur inter signa et beneficia hoc posuit? cur cibos praebeat? Ne itaque dilecti, ab haereticis decipiamini. Et resurrectio, et iudicium est. Haec autem de medio tollunt quotquot nolunt operum suorum rationem reddere. Oportet enim resurrectionem talem esse, quæ sit resurrectio Christi. Primitiæ enim ille est, et primogenitus mortuorum. Quod si resurrectio est animæ purgatio, et liberatio a peccatis; Christus vero non peccavit: cur resurrexit? quomodo nos a maledictione liberati sumus, si ipse peccavit? quomodo dicit, *Venit princeps hujus mundi, et in me non habet quidquam* (Joan. 14. 30)? Nam hoc impeccabilitatem ejus significat. Igitur secundum illos, aut non surrexit, vel ut resurgeret, ante resurrectionem peccavit. Sed et resurrexit, et peccatum non fecit. Ergo resurrexit; et hæc prava doctrina nihil aliud est quam inanis gloriæ proles. Hunc ergo morbum fugiamus. Nam *Corrumpunt bonos mores colloquia prava* (1. Cor. 15. 33). Non sunt hæc apostolorum dogmata. Marcion et Valentinus hæc innovarunt. Fugiamus ergo, dilecti. Nihil prodest vita bona, cum prava doctrina: ut vicissim nihil sana doctrina, cum vita corrupta. Hæc gentiles pepererant: hæc illi auferunt ab externis accepta philosophis, et materiam non factam et multa hujuscemodi statuentes. Ut ergo dixerunt non esse creatorem sine materia non facta: sic et resurrectionem negarunt. Verum ne his attendamus, cum immensam Dei potestatem noscimus: ne attendamus. Vobis hæc dico. Nos enim adversus illos pugnare non recusabimus. Sed inermis et nudus, etsi in infirmiores incidit, licet fortior, facile capietur. Nam si Scripturis attenderetis, et vos quotidie ad pugnam appareretis, non auctor vobis essem ut pugnam adversus illos vitaretis, sed manum conserere suaderem: nam fortis est veritas. Quia vero Scripturis uti nescitis, congressum timeo, ne inermes vos illi prosternant. Nihil enim, nihil utique imbecillius his qui Spiritus auxilio sunt destituti.

*Philosophorum mores.* — Quod si exteriore utantur

sapientia, mirandum non est, sed potius videndum quod stultis utantur doctoribus. Neque enim vel de Deo, vel de creatura quid sanum illi invenire poterant; sed ea quæ apud nos vidua novit, Pythagoras prorsus ignoravit. Sed dicunt animam fructem, piscem, canem fieri. Hisne, quæso, attendas? et qua ratione? Magni sunt illi in vico, cincinnos pulchros alunt, palliis induuntur: hactenus pertingit eorum philosophia. Si intus respicias, cinis, pulvis, nihil sanum est, sed *Sepulcrum patens est guttur eorum* (Psal. 5. 11); omnia immunditie et sanie plena, et eorum dogmata vernibus scatent. Præsum eorum aquam dixit esse deum; qui sequutus est, ignem; alius, ærem (a); et omnes ad corpora delati sunt. Hisne, quæso, mireris, qui ne incorporei quidem Dei notitiam attingere? Quod si postea quid noverunt, id evenit postquam in Ægypto cum nostris colloqui sunt. Sed ne vos nimium perturbemus, hic orandi finem faciamus. Si enim illorum doctrinam proponere incipiamus, quid de Deo, quid de materia, quid de anima et de corpore dixerint, magnus consequetur risus: neque nostra egebunt confutatione; ipsi enim sese mutuo confundunt. Qui contra nos de materia librum scripsit (b), seipsam confodit. Quare ne vos frustra detineamus, nec sermonum labyrinthum texamus, his missis, hæc dicemus: divinarum Scripturarum lectioni attendendum, neque verbis certandum esse, nullo fructu. Quod etiam Paulus Timotheum docet, etsi multa instructum sapientia, et signorum gratiam habentem (2. Tim. 2. 14). Ipsi ergo obtemperemus, abjectisque nugis, operibus manum admoveamus, fratrum annori dico, hospitalitati, et magnam eleemosynæ rationem habeamus; ut promissa consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

(a) Justinus Martyr in Parænetico ad Græcos, paulo post initium, de rerum omnium principio secundum philosophorum sententiam loquitur, atque Thaletem dicere aquam esse omnium rerum principium, Heraclitum Metapontinum ignem, Anaximænem Milesium, ærem, etc.

(b) Philosophus quidam librum de materia contra Christianos scripsit.

## HOMILIA LXVII.

CAP. 12. v. 25. *Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* 26. *Si quis mihi ministrat, me sequatur.*

1. *Præsens vita non dulcis videtur, nisi de futura non cogitantibus. Quomodo qui amat animam suam perdat eam.* — Dulcis est præsens vita, et multæ plena voluptatis; verum non omnibus, sed iis qui ipsi hærent. Si quis vero cælum respiciat, et bona ibi reposita, cito illam despiciet, et pro nihilo habebit. Nam et corporum pulchritudo, donec alia speciosior appareat, in admiratione habetur: cum vero formosius quidpiam conspicitur, primum contemnitur. Si velimus ergo illam intueri pulchritudinem, et regni illius speciem, cito præsentia vincula dissolvemus. Vinculum enim est rerum præsentium amor. Et hoc nobis sua-

dens Christus, audi quid dicat: *Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Qui mihi ministrat, me sequatur: et ubi ego sum, illic et minister meus erit.* Hæc ænigmati similia videntur, neque tamen sunt, sed multæ plena sapientiæ. Et quomodo *Qui amat animam suam, perdet eam?* Qui absurdus ejus concupiscentiis obtemperat, qui plus quam par est ei indulget. Ideo admonet quispiam, *Noli ambulare ir cupiditatibus animæ tuæ* (Eccli. 18. 30). Sic enim illam perdes (nam a via ad virtutem agente abducit): ut contra, *Qui odit eam in hoc mundo, servabit eam.* Quid est, *Qui odit eam?* Qui illi perniciosa jubenti resistit. Neque dixit, *Qui non credit ei; sed, Qui odit eam.* Quemadmodum enim odiosos nec audire libenter, nec videre placide possumus: sic et animam,

12. *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora his faciet, quia ad Patrem vado*. Hoc est, Vestrum erit deinceps miracula edere; ego enim abeo. Deinde cum perfectisset ea quæ sermo indicabat, dicit: 13. *Quodcumque petieritis in nomine meo, accipietis, et ego hoc faciam, ut in me glorificetur Pater*. Videntur quomodo rursus hoc ipse faciat? *Ego faciam*, inquit, et non dixit, Rogabo Patrem; sed, *Ut in me glorificetur Pater*. (a) [Atqui dicebat alibi: *Deus glorificabit eum in seipso*; hic vero, Ipse glorificabit Patrem.] Cum enim Filius magna posse deprehendetur, Genitor glorificabitur. Quid sibi vult illud, *In nomine meo?* Quod: pastoli dicebant, *In nomine Jesu Christi surge et ambula*. Omnia quippe signa quæ illi edebant, ipse operabatur, *Et manus Domini erat cum illis* (Act. 11. 21). 14. *Ego faciam*, inquit. Videntur auctoritatem? quæ per alios sunt, ipse facit; et quæ per se, non poterit, nisi Patre vim dante? Equis hæc dixerit? Cur hoc secundum ponit? Ut suum confirmet sermonem, et ostendat priora per attemperationem quandam dicta fuisse. Illud autem, *Ad Patrem vado*, id est, Non pereo, sed in propria dignitate maneo, et in caelis sum. Hæc porro omnia illis ad consolationem dicebat. Quia enim credibile erat eos, qui nondum resurrectionis rationem probe noverant, triste aliquid in animo versare, aliis ipsos hæc duros esse promittit, ubique curans illos, et ostendens se semper manere; nec manere modo, sed etiam majorem exhibiturum se virtutem.

3. *Moralis exhortatio. Sacrificium novæ quam præstet sacrificio veteris legis.*— Sequamur ergo illum, et crucem tollamus. Etiamsi enim nulla sit persecutio, alterius tamen mortis tempus adest. *Mortificate*, inquit, *membra vestra, quæ sunt super terram* (Col. 3. 5). Exstinguamus ergo concupiscentiam, opprimamus iram, tollamus invidiam. Hoc est vivum sacrificium: quod sacrificium non desinit in cinerem, non in fumum diffunditur, non eget lignis et igne, vel gladio. Ignem quippe habet et gladium, Spiritum sanctum. Hoc usus gladio, circumcide cordis superflua et aliena, aperi oburatæ aures Morbi namque et male concupiscentiæ solent verbo aditum obstruere. Pecuniarum concupiscentia non sinit audire verbum de elemo-

(a) In quibusdam desunt quæ uncialis clauduntur.

syna; invidia accedens arceat doctrinam de caritate; aliusque rursus ingruens morbus animam reddit ad omnia segniorem. Tollamus ergo malas concupiscencias. Nam sufficit velle, et omnia extinguuntur. Ne, quæso, illud attendamus, pecuniarum amorem esse tyrannidem, sed vere tyrannidem esse segnitiam nostram. Multi certe sunt qui argentum quid sit se nescire dicunt. Neque enim naturalis est illa cupiditas. Naturales quippe affectus ab initio infusi sunt: aurum vero et argentum an esset, multo tempore ignotum fuit. Unde ergo crevit hæc cupiditas? Ex vana gloria, et summa desidia. Ex cupiditatibus enim aliæ sunt necessariæ, aliæ naturales, aliæ neutrum. Exempli causa: quæ si non explentur animal perimunt, hæc sunt naturales et necessariæ; ut cibi, potus, somni cupiditas: amor vero corporum, naturalis quidem est, sed non necessarius. Multi enim ipsum superarunt, nec perierunt. Pecuniarum vero cupiditas, nec naturalis nec necessaria est, sed superflua. Si voluerimus, ejus dominium non recipiemus. Certe de virginitate loquens Christus ait, *Qui potest capere, capiat*

(*Matth. 19. 12*): de divitiis vero non item, sed quid? *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet* (*Luc. 14. 33*), non est me dignus. Quod facile est hortatur; ad id vero quod multos exsuperat, arbitrio rem permittit. Cur ergo nos omni privamus defensione? Nam qui a violentiore morbo captus erit, non magnas dabit pœnas: qui vero ab infirmiore affectu capitur, omni privatur defensione. Quid enim respondebimus quando dicit: *Esurientem me vidistis, et non nutritis* (*Matth. 25. 42*)? quam excusationem habebimus? paupertatem objicemus? At non sumus vidua illa pauperiores, quæ duobus depositis obolis, omnes superavit. Neque enim doni magnitudinem requirit Deus, sed voluntatis modum: et hoc ad illius providentiam pertinet. Illius itaque benignitatem mirati, quæ possumus offeramus; ut et in præsentī vita et in futura multam consequuti Dei clementiam, promissis frui bonis possimus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA LXXV.

CAP. 14. v. 15. *Si diligitis me, mandata mea servate: 16. et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, 17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.*

1. *Deus vult per opera diligi. Contra Sabellianos et Pneumatomachos.* — Operibus semper egemus, non verborum ostentatione. Loqui enim et promittere culvis facile est; operari non item. Cur hæc dixi? Quia multi nunc sunt qui dicunt se Deum timere et amare; sed operibus contraria exhibent: Deus autem per opera diligi quærit. Ideo discipulis dicebat: *Si diligitis me, mandata mea servabitis.* Cum enim dixisset, *Quodcumque petieritis, ego faciam;* ne putarent solam petitionem esse satis, subdidit: *Si diligitis me;* tunc, inquit, faciam. Quia autem verisimile erat eos, cum dicentem audissent, *Ad Patrem vado,* turbatos esse, dicit: Non est hoc diligere, nunc turbari, sed dictis obtemperare. Dedi vobis mandatum, ut diligatis invicem, ut sic invicem faciatis, ut ego feci vobis. Hæc est dilectio, his obtemperare, et dilecto concedere. *Et rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis.* Sese demittentis verba sunt. Quia enim cum nondum illum probe cognoscerent, verisimile erat, eos illius absentis consortium, verba, carnalemque præsentiam admodum exquisituros esse, et nullam, ipso absente, accepturos consolationem; quid ait? *Rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis;* id est, Alium qualis ego sum. Erubescant qui Sabellii morbo laborant, et qui de Spiritu non recte sentiunt. Nam in hoc sermone mirum illud est, quod hæreses ex diametro oppositas uno ictu prosternat. Nam cum dicit, *Alium,* hypostasis illius differentiam indicat; cum vero dicit, *Paracletum,* substantiam eandem. Quare dicit, *Rogabo Patrem?* Quia si dixisset, Ego mittam, non ita

credidissent: nunc enim id curat, ut Spiritus credatur: nam postea se missurum illum esse dicit: *Accipite Spiritum sanctum* (*Joan. 20. 22*): hic vero se rogaturum esse Patrem dicit, ut fide dignus sermo ipsis esset. Joannes quippe de illo dicit: *De plenitudine ejus nos omnes accepimus* (*Ibid. 1. 16*): quod autem habebat, quomodo ab altero acciperet? Et iterum: *Ipsæ vos baptizabit in Spiritu sancto et igni* (*Luc. 3. 16*). Quid vero plus habuisset quam apostoli, si Patrem rogaturus erat ut aliis daret, quando illi sæpe sine prece operari videntur? quomodo autem si per preces Spiritus a Patre mittitur, ipse a seipso involat? quomodo ab alio mittatur, qui ubique præsens est, qui dividit unicuique sua sicut vult, qui cum auctoritate dicit: *Segregate mihi Paulum et Barnabam* (*Act. 13. 2*)? Atqui Deo ministrabant illi ministri; attamen cum auctoritate eos ad proprium sibi opus vocavit, non quod ad aliud opus evocaret, sed ut potestatem suam ostenderet. Quid ergo sibi vult, inquit, illud, *Rogabo Patrem?* Ut ostendat tempus adventus ejus esse.

*Cur Spiritus sanctus non advenit præsentē Christo.* — Cum enim illos per sacrificium mundasset, tunc advolavit Spiritus sanctus. Cur non supervenit quando erat cum illis Jesus? Quia nondum oblatum fuerat sacrificium. Cum autem jam peccatum deletum esset, et ipsi ad pericula missi, ad pugnam se apparent, hortatorem mitti oportuit. Cur vero non statim post resurrectionem Spiritus venit? Ut ejus majore capti desiderio, cum majori gratia illum acciperent. Donec enim cum illis Christus erat, non afflictabantur; postquam autem discessit, nudati et in timore magno versantes, cum magno illum desiderio excepturi erant. *Vobiscum manet,* hoc est, ne post mortem quidem abscedit. Ne vero Paracleti audientes, aliam rursus



γάρ ἀρκεῖ θελῆσαι, καὶ πάντα ἐσθεσται. Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἴδωμεν, ὅτι τυραννικὸν ὁ τῶν χρημάτων ἔρως, ἀλλ' ὅτι τῆς ἡμετέρας βλάβης ἢ τυραννίς. Πολλοὶ γοῦν οὐδ' ὅτι ἐστὶν ἀργύριον εἰδέναι λέγουσιν. Οὐ γὰρ ἐστὶ φυσικὴ ἢ ἐπιθυμία αὕτη. Αἱ γὰρ φυσικαὶ ἀνωθὶν καὶ ἐξ ἀρχῆς κατεβλήθησαν· χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος· καὶ μέχρι πολλοῦ χρόνου οὐδ' ὅ τι ποτὲ ἐστὶ γινώσκοντες. Πόθεν οὖν ἠϋξίθη ἢ ἐπιθυμία αὕτη; Ἀπὸ κενοδοξίας καὶ βλάβης ἐσχάτης. Τῶν γὰρ ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν εἰσὶν ἀναγκαῖαι, αἱ δὲ φυσικαὶ, αἱ δὲ οὐδέτερον τούτων. Οἷόν τι λέγω· ὅσαι μὴ πληρούμεναι φθίσκουσι τὸ ζῶον, αὗται φυσικαὶ καὶ ἀναγκαῖαι· τυγχάνουσιν· οἷον ἡ τῶν σιτίων καὶ ποτῶν, καὶ ἡ τοῦ καθ' εὖδειν ἐπιθυμία· ὁ δὲ τῶν σωματίων ἔρως, φυσικὸς μὲν ἐστὶν, οὐκ ἀναγκαῖος δέ. Πολλοὶ γὰρ [458] αὐτοῦ περιγεγόναι, καὶ οὐκ ἀπόλοντο. Ἡ δὲ τῶν χρημάτων ἐπιθυμία οὐτε φυσικὴ, οὐτε ἀναγκαῖα, ἀλλὰ περιττὴ· κἀν βουλώμεθα, οὐ δεχόμεθα αὐτῆς τὴν ἀρχήν. Ἀμέλει καὶ ὁ Χριστὸς περὶ παρθενίας διαλεγόμενός φησιν· Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρεῖτω· περὶ δὲ χρημάτων οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τί; Ἐὰν μὴ τις ἀποτάξῃται

αὐτοῦ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι, οὐκ ἐστὶ μου ἕξιος. Ὁ μὲν γὰρ ἦν εὐκολον παρῆναι· ὁ δὲ ὑπερβαίνει τοὺς πολλοὺς, ἐπιτρέπει τῇ προαιρέσει. Τί τοίνυν πάσης ἀποστεροῦμεν ἑαυτοὺς ἀπολογίας; Ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ τοῦ τυραννικωτέρου πάθους ἀλοῦς, οὐ πολλὴν δώσει δίκην· ὁ δὲ ὑπὲρ τοῦ ἀσθενεῦς χειρωθεὶς, πάσης ἀπεστέρηται ἀπολογίας. Τί γὰρ ἐροῦμεν, ὅταν λέγῃ, Παινῶντά με εἶδετε, καὶ οὐκ ἐθρέψατε; ποῖαν ἐξομεν ἀπολογίαν; τὴν πενίαν προβαλούμεθα πάντως; Ἀλλ' οὐκ ἐσμὲν τῆς χήρας ἐκείνης πενέστεροι, ἤτις δύο ὄβολους βαλοῦσα, πάντας ὑπερῆκόντισεν. Οὐ γὰρ ποσότης εἰσφορᾶς ἀπαιτεῖ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ μέτρα γνώμης· καὶ τοῦτο δὲ τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας. Θαυμάσαντες τοίνυν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, τὰ δυνατὰ συνεισενέγκωμεν· ἵνα καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον καὶ κατὰ τὸν μέλλοντα πολλῆς τυχόντες τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, δυνηθῶμεν ἀπολαῦσαι τῶν ἐπηγγελμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

\* Morel. φαρᾶς.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΟΕ'.

Ἐἴν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσατε· καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένη μεθ' ὑμῶν εἰς αἰῶνα, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτό, οὐδὲ γινώσκει αὐτό.

α'. Ἐργων ἡμῖν δεῖ καὶ πράξεων πανταχοῦ, οὐ τῆς διὰ ῥημάτων ἐπιδείξεως. Εἰπεῖν γὰρ καὶ ὑποσχέσθαι παντὶ που ῥᾶδιον, πρᾶξι δὲ οὐκέτι ὁμοίως εὐκολον. Τί δήποτε δὲ ταῦτα εἶπον; Ὅτι πολλὰ νῦν εἰσι λέγοντες φροεῖσθαι τὸν Θεὸν καὶ ἀγαπᾶν, τοῖς δὲ ἔργοις τὰ ἐναντίᾳ ἐπιδείκνυνται· ὁ δὲ Θεὸς τὴν διὰ τῶν ἔργων ἀγάπην ἐπιζητεῖ. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς ἔλεγεν· Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς μου τηρήσατε. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ὁ ἐὰν αἰτήσῃτε, ἐγὼ ποιήσω, ἵνα μὴ νομίσωσιν ἀπλῶς τὴν αἰτησὶν ἰσχύειν, ἐπήγαγεν· Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με· τότε, φησὶ, ποιήσω. Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν αὐτοῖς καὶ ἀκούοντας, ὅτι Ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι, θορυβεῖσθαι, φησὶν· Οὐ τοῦτο ἐστὶ τὸ ἀγαπᾶν τὸ θορυβεῖσθαι νῦν, ἀλλὰ τὸ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις. Ἐδῶκα ὑμῖν ἐντολήν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους· ἵνα οὕτω ποιῆτε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ἐγὼ ὑμῖν ἐποίησα. Τοῦτο ἐστὶν ἀγάπη, τὸ πείθεσθαι [459] τοῦτοις, καὶ εἶκιν τῷ ποθουμένῳ. Καὶ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν. Συγκαταβάσεως πάλιν ὁ λόγος. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδέπω αὐτὸν ἐγνωκότες εἰκὸς ἦν σφόδρα ἐπιζητεῖν τὴν συνουσίαν ἐκείνην, τὰ ῥήματα, τὴν κατὰ σάρκα αὐτοῦ παρουσίαν, καὶ μηδεμίαν δεχέσθαι παραμυθίαν ἀπόντος· τί φησιν; Ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν· τουτέστιν, Ἄλλον ὡς ἐμέ. Αἰσχυρότητων καὶ οἱ τὰ Σαβελλίου νοσοῦντες, καὶ οἱ περὶ τοῦ Πνεύματος οὐ τὴν προσήκουσαν δόξαν ἔχοντες. Καὶ γὰρ τὸ θαῦμα τοῦ λόγου τοῦτο ἐστὶν, ὅτι τὰς ἐκ διαμέτρου ἐστῆσας αἰρέσεις μὴ πληγῇ κατήνεγκε. Τῷ μὲν γὰρ εἶπεν, Ἄλλον, δείκνυσιν αὐτοῦ τῆς ὑποστάσεως τὴν διαφορὰν· τῷ δὲ εἶπεν, Παράκλητον, τῆς οὐσίας τὴν συγγένειαν. Διατί δὲ φησιν, Ἐρωτήσω τὸν Πατέρα; Ὅτι εἰ εἶπεν, Ἐγὼ πέμψω, οὐκ ἂν ὁμοίως ἐπίστευσαν νῦν δὲ τὸ σπουδαζόμενον τοῦτο ἐστὶν, ὥστε πιστευθῆναι αὐτόν. Ὑστερον γὰρ αὐτὸς φησὶν αὐτὴν πέμψειν, λέγων· Ἀδέθεσ Πνεῦμα ἄγιον· ἐνταῦθα δὲ

\* Ἄλλο ἀπέχρημα.

φησιν ἐρωτᾶν τὸν Πατέρα, ὡς ἐξ ἰσοπέδου ποιῆσαι αὐτοῖς τὸν λόγον. Ἐπειδὴ ὁ Ἰωάννης φησὶ περὶ αὐτοῦ, ὅτι Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν· ὁ δὲ εἶχε, πῶς παρ' ἑτέρου λαμβάνει; Καὶ πάλιν· Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἀγίῳ καὶ πυρὶ. Τί δὲ τῶν ἀποστόλων πλεῖον εἶχεν, εἰ τὸν Πατέρα ἀξιῶν ἐμελλεν ὥστε διδόναι ἑτέροις, ὅποτε ἐκεῖνοι πολλάκις καὶ χωρὶς εὐχῆς φαίνονται τοῦτο ποιοῦντες; πῶς δὲ, εἰ κατὰ ἀξίωσιν παρὰ τοῦ Πατρὸς πέμπεται, αὐτὸ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπίπταται; πῶς δὲ παρ' ἑτέρου πέμπεται τὸ πανταχοῦ παρὸν, καὶ διαιροῦν ἰδίᾳ ἐκάστῳ καθὼς βούλεται, καὶ λέγον μετὰ αὐθεντίας; Ἀπορίσαστε δὴ μοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν; Καίτοι τῷ Θεῷ ἑλειτούργουν οἱ λειτουργοῦντες, ἀλλ' ὅμως μετὰ αὐθεντίας εἰς τὸ ἴδιον ἔργον ἐκάλεσεν· οὐχ ὅτι ἐπ' ἄλλο ἔργον ἐκάλε, ἀλλ' ἵνα τὴν ἐξουσίαν δείξῃ. Τί οὖν, φησὶν, ἐστὶν, Ἐρωτήσω τὸν Πατέρα; Ἀσικνὸς τῆς παρουσίας τὸν κειρόν.

Ὅτε γὰρ αὐτοὺς ἐκάθαρε διὰ τῆς θυσίας, τότε ἐπέπη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ τί δήποτε θυτὸς μετ' αὐτῶν οὐκ ἐπήρχετο; Ὅτι οὐδέπω ἦν ἡ θυσία ἀνηνεγμένη. Ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν καὶ ἡ ἀμαρτία ἐλύθη, καὶ αὐτοὶ πρὸς κινδύνους ἐπέμποντο, καὶ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἀπεδύοντο, ἔδει τὸν ἀλειφόντα ἐλθεῖν. Τίνος δὲ ἔνεκεν οὐκ εὐθὺς μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὸ Πνεῦμα ἔρχεται; Ἴνα ἐν πολλῇ αὐτοῦ καταστάντες ἐπιθυμία, μετὰ πολλῆς αὐτὸ δέξινται χάριτος. Ἐως μὲν γὰρ ἦν μετ' αὐτῶν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἦσαν ἐν ὀλίπῳ· ἐπειδὴ δὲ ἀπῆλθε, γυμνωθέντες καὶ ἐν φόβῳ πολλῶν καταστάντες, μετὰ πολλῆς ἐμελλον αὐτὸ τῆς προθυμίας δεχέσθαι. Μεθ' ὑμῶν μένει. Τοῦτο δηλοῖ, ὅτι οὐδὲ μετὰ τελευτῆν ἀρίσταται. Ἴνα δὲ μὴ Παράκλητον ἀκούσαντες, πάλιν ἐντάρκεισιν ἑτέραν ὑποπτεύσωσι, καὶ ὀφθαλμοῖς προσδοκῆσων αὐτὸ θεωρεῖν, διορθούμενός φησιν· Ὁ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτό. Οὐ γὰρ οὕτως ὑμῖν συνέσταται ὡς περ ἐγὼ· ἀλλ' ἐν αὐταῖς οἰκίαις ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς· τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ, [440] Ἐν ὑμῖν ἐστὶν ἡ Πνεῦμα καὶ ἀληθείας αὐτὸ καλεῖ, διὰ τούτου ὁ τοῦ τύπου τοῦ ἐν τῇ Παλαιᾷ διαθήκῃ.

\* Morel. ἐν ὑμῖν μένει. ὁ Διὰ τούτου, pro διὰ τούτους, ὁ Savil. et eodd. rescriptus. Edit.

Τί ἐστι, *Μεθ' ὑμῶν ἤ;* Ὁ φησιν αὐτὸς, ὅτι Ἐγὼ *μεθ' ὑμῶν εἰμι*. Ἄλλως δὲ, καὶ, ἑτερόν τι αἰνίττεται, ὅτι οὐ πείζεται ταῦτα ἄπερ ἐγὼ, οὔτε ἀποφοιτῆσει. Ὁ δὲ κόσμος οὐ δύναται λαθεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτό. Τί γάρ, εἰπέ μοι, τῶν ἄλλων θεωρητόν\*; οὐδέν. Ἄλλ' ἐνταῦθα τὴν γνώσιν φησιν. Ἐπήγαγε γοῦν· οὐδὲ γινώσκει αὐτό· οἶδε γάρ καὶ ἔπι τῆς ἀκριβοῦς γνώσεως θεωρεῖαν λέγειν. Ἐπειδὴ γάρ τῶν αἰσθησεων τρανοτέρα ἐστὶν ἡ βῆσις, διὰ ταύτης αἰετὴν ἀκριβῆ παρίστησι γνώσιν. Κόσμον δὲ ἐνταῦθα τοὺς πονηροὺς φησι, καὶ ταύτη παραμυθούμενος αὐτοὺς τοῦ δοῦναι αὐτοῖς δῶρον ἐξάφαιτον. Ὅρα πόσοις ἐπήρε τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον. Εἶπεν, ὅτι Ἄλλος ὡς ἐγὼ ἐστίν· εἶπεν, ὅτι οὐκ ἀφήσιν ὑμᾶς· εἶπεν, ὅτι Πρὸς ὑμᾶς μόνους ἔρχεται, ὡσπερ οὖν καὶ ἐγὼ· εἶπεν, ὅτι Ἐν ὑμῖν μένει· ἀλλ' οὐδὲ οὕτω τὴν ἀθυμίαν αὐτῶν ἐξέβαλεν. Αὐτὸν γάρ ἐξήτουν ἔτι, καὶ τὴν συνήθειαν τὴν αὐτοῦ, τοῦτο γοῦν θεραπεύων, φησίν· οὐδὲ ἐγὼ ἀφήσω ὑμᾶς ὄρσανούς· ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Μὴ δείστηκε, φησίν· οὐ δὴ τοῦτο εἶπον ἄλλον Παράκλητον πέμπειν, ὡς αὐτὸς ὑμῶν εἰς τέλος ἀπανιστάμενος· οὐ δὴ τούτο εἶπον, ὅτι Παρ' ὑμῶν μένει, ὡς οὐκέτι ὀψόμενος ὑμᾶς. Καὶ γάρ καὶ αὐτὸς ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὄρσανούς. Ἐπειδὴ γάρ ἀρχόμενος ἔλεγε, *Τεκνία*, διὰ τοῦτο καὶ ἐνταῦθά φησιν· οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὄρσανούς.

β'. Παρὰ μὲν οὖν τὴν ἀρχὴν ἔλεγεν, ὅτι Ἦξετε ὅπου ἐγὼ ὑπάγω· καὶ, ὅτι Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρὸς μου μογαὶ πολλαὶ εἰσίν· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ μακρὸς ὁ χρόνος ἐκαίνας ἦν, δίδωσι τὸ Πνεῦμα. Ἄλλ' ἐπειδὴ μὴ εἰδότες, ὅ τι ποτὲ ἦν τὸ λεγόμενον, οὐκ εἶχον ἱκανὴν παράκλησιν, οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὄρσανούς, λέγει. Τοῦτο γάρ μάλιστα ἐξήτουν. Ἄλλ' ἐπειδὴ τὸ, Ἐρχομαι πρὸς ὑμᾶς, δηλοῦντος ἦν παρουσίαν, ἵνα μὴ πάλιν τὴν αὐτὴν ἐπιζητῶσι παρουσίαν, οἷαν καὶ πρότερον, ὅρα πῶς αὐτὸ σαφῶς μὲν οὐκ εἶπεν, ἠνίξαστο δὲ. Εἶπὼν γάρ, Ἐπι μικρὸν, καὶ ὁ κόσμος οὐ θεωρεῖ με, ἐπήγαγεν, Ἵμεις δὲ θεωρεῖτέ με· ὡσανεὶ ἔλεγεν· Ἐρχομαι μὲν πρὸς ὑμᾶς, οὐ μὴν ὁμοίως ὡς πρότερον καθ' ἐκάστην ὑμῖν αἰετὴν συγγινόμενος τὴν ἡμέραν. Καὶ ἵνα μὴ λέγωσι, Πῶς οὖν Ἰουδαίοις εἶπας· Ἀπάρτι οὐκ ὄψεσθέ με; λύει τὴν ἀντίθεσιν εἰπὼν, Πρὸς ὑμᾶς μόνους· ἐπεὶ καὶ τὸ Πνεῦμα τοιοῦτόν ἐστιν. Ὅτι ἐγὼ ζῶ, καὶ ὑμεῖς ζήσεσθε. Οὐ γάρ διη δὲ σταυρὸς δίστησιν ἡμᾶς εἰς τέλος, ἀλλ' ἡ ῥοπήν μικρὰν ἀποκρύπτει μόνον. Ζῶν δὲ μοι δοκεῖ οὐχὲ τὴν παροῦσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν μέλλουσαν λέγειν. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοί, καὶ ἐγὼ ἐν ὑμῖν. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Πατρὸς, οὐσίας [441] ἐστίν· ἐπὶ δὲ αὐτῶν, ὁμονοίας καὶ βοηθείας τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸ εἰρημένον. Καὶ πῶς ἔχει λόγον, εἰπέ μοι, φησί; πῶς μὲν οὖν τὸ ἐναντίον ἔχει λόγον; πολὺ γάρ τὸ μέσον καὶ σφόδρα ἄπειρον τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν μαθητῶν. Εἰ δὲ τὰ αὐτὰ κεῖται ῥήματα, μὴ θαυμάσης. Οἶδε γάρ ἡ Γραφὴ πολλάκις τοῖς αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπὶ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων κειμένους οὐχ ὁμοίως κεχρησθῆναι· ἐπεὶ καὶ Θεὸς λεγόμεθα, καὶ υἱὸς Θεοῦ, καὶ οὐ τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει τὸ ῥῆμα ἐφ' ἡμῶν καὶ τοῦ Θεοῦ κείμενον.

\* Unus habet θεωρητόν; sed etiam sic series imperfecta videbitur, nisi addatur quidpiam, verbi gratia, τί γάρ, εἰπέ μοι; τῶν ἄλλων θεωρητόν ἐν; cum duplici interrotatione. ἔ Allii οἶδε καὶ. ἔ Allii ἐπειδὴ ἔρχομαι. ἔ Ἀεὶ dedit Savil. Forst.

Καὶ εἰκὼν ὁ Υἱὸς λέγεται, καὶ ὄξα· καὶ ἡμεῖς· ἀλλὰ πολὺ τὸ μέσον. Καὶ πάλιν, Ἵμεις δὲ Χριστοῦ, Χριστοῦ δὲ Θεοῦ· οὐχ ὁμοίως δὲ Θεοῦ ὁ Χριστὸς, καὶ ἡμεῖς τοῦ Χριστοῦ. Τί δὲ ἐστὶν ὃ λέγει; Ὅταν ἀναστῶ, φησὶν, εἴσεσθε ὅτι οὐκ ἀπέσιχημα τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἔχω δύναμιν, καὶ ὅτι ἐμὲ ὑμῶν εἰμι διηνεκῶς, τῶν πραγμάτων ἀνακηρυττόντων τὴν περὶ ὑμᾶς βοήθειαν παρ' ἐμοῦ γινομένην, τῶν ἐχθρῶν κατεσταλμένων, ὑμῶν παρῆρησιαζομένων, τῶν δεινῶν ἐκ μέσου γινομένων, τοῦ κηρύγματος καθ' ἐκάστην ἀνοσούντος τὴν ἡμέραν, πάντων εἰκόντων καὶ παραχωρούντων τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας. Καθὼς ἀπέστειλέ με, κατὰ ἀπέστειλα ὑμᾶς. Ὅρᾳ ὅτι οὐδὲ ἐνταῦθα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἡ λέξις ἔχει; Ἐγὼ γὰρ τοῦτο οὕτως ἐκδεξόμεθα, οὐδὲν ἔσονται διεστηχότες οἱ ἀπόστολοι τοῦ Χριστοῦ. Διατί δὲ φησι, Τότε γνώσεσθε; Ὅτι τότε εἶδον αὐτὸν ἀναστάντα καὶ συνόντα αὐτοῖς· τότε τὴν ἀκριβῆ πίστιν ἔμαθον. Μεγάλῃ γάρ ἡ τοῦ Πνεύματος δύναμις ἦν, ἡ πάντα αὐτοὺς παιδεύουσα. Ὁ ἔχων μου τὰς ἐντολάς, καὶ τηρῶν αὐτάς, ἐκεῖνος ἐστὶν ὁ ἀγαπῶν με. Οὐ γάρ ἀρκεῖ τὸ ἔχειν μόνον, ἀλλὰ καὶ φυλακῆς ἡμῖν δεῖ ἀκριβοῦς. Διατί δὲ πολλάκις αὐτοῖς τὸ αὐτὸ λέγει; οἶον· Ἐάν ἀγαπᾷτε με, τίς ἐντολάς μου τηρήσετε· καὶ, Ὁ ἔχων τίς ἐντολάς μου, καὶ τηρῶν αὐτάς· καὶ, Ἐάν τις μου ἀκούσῃ τὸν λόγον, καὶ τηρήσῃ αὐτὸν, ἐκεῖνος ἐστὶν ὁ ἀγαπῶν με· ὁ μὴ ἀκούων μου τοὺς λόγους, οὐκ ἀγαπᾷ με. Οἶμαι αὐτὸν αἰνίττεσθαι τὴν ἀθυμίαν αὐτῶν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ περὶ θανάτου αὐτοῖς ἐφιλοσόφησε, λέγων· Ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰς ζῶν ἀλώωνων φυλάξει αὐτήν· καὶ, Ἐάν μὴ τις λάβῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσῃ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· μέλλει δὲ καὶ ἕτερα πλεονα λέγειν, ὀνειδίξων αὐτοὺς φησίν· Νομίζετε ὑμεῖς ἐξ ἀγάπης πάσχειν τὸ λυπεῖσθαι; Τὸ μὴ λυπεῖσθαι μὲν οὖν ἀγάπης ἦν. Ὅτι δὲ τοῦτο οἱ ὅλου κατασκευάσαι βούλεται, εἰς αὐτὴν προῶν τὸν λόγον ἀνεκεφαλαιώσιν· Εἰ γὰρ ἠγαπήτε με, φησίν, ἐχάρητε ἂν, ὅτι πρὸς τὸν Πατέρα μου περιεύομαι. Νῦν γὰρ ὑπὸ δειλίας τοῦτο πάσχετε. Τὸ δὲ οὕτω διακεῖσθαι πρὸς θάνατον, οὐκ ἔστι τῶν ἐμῶν ἐντολῶν μεμνημένους ποιεῖν· ἐχρῆν γάρ ὑμᾶς σταυροῦσθαι, εἰ γε ὄντως ἠγαπήτε με. Καὶ γάρ ὁ ἐμὸς λόγος παραινεῖ μὴ φοβεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα. Τοὺς τοιοῦτους καὶ ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ, καὶ ἐγὼ. Καὶ ἐμφανίσω αὐτοῖς ἐμαυτὸν. Εἶτα ὁ Ἰούδας, Καὶ τί, φησίν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν;

γ'. Ὅρᾳ ἀπὸ δειλίας πεπιλημένην αὐτῶν τὴν ψυχὴν; [442] Συνεχύθη γάρ καὶ ἐταράχθη, καὶ ἐνόμισεν· ὡσπερ τοὺς νεκροὺς ὀρώμεν ἄναρ, οὕτω καὶ αὐτὸν μέλλειν ὀρᾶσθαι. Ἴν' οὖν μὴ τοῦτο ὑποπτεύσωσιν, ἀκουσον τί φησίν· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσόμεθα πρὸς αὐτὸν, καὶ μοιρὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν· μονονουχὶ λέγων· Ὅσπερ ὁ Πατὴρ ἐμφανίζει ἑαυτὸν, οὕτω καὶ ἐγὼ. Οὐ ταύτη δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰπεῖν, ὅτι *Μοιρὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν*, ἀνεῖλε τὴν ὑποψίαν· ὅπερ ὀνειρᾶτων οὐκ ἔστι. Σὺ δὲ μοι θέα τὸν μαθητὴν καὶ ὀροθυόμενον καὶ οὐ τολμῶντα σαφῶς εἰπεῖν, ὅπερ εἰπεῖν ἐπεθύμει. Οὐ γὰρ εἶπεν· Οὐαὶ ἡμῖν, ὅτι ἀποληύσκεις, καὶ ὡς οἱ τετελευτηχότες

incarnationem suspicarentur. sperarentque se oculis ipsum esse visuros, hanc amovens suspicionem ait: *Quem mundus non potest accipere, quia non videt eum.* Non enim ita vobiscum deget, ut ego; sed in animabus vestris habitabit; hoc enim sibi vult illud, *In vobis manet.* Spiritum autem veritatis eum appellat, hinc figuras veteris legis denotans. *Ut vobiscum sit.* Quid sibi vult illud, *Vobiscum sit?* Id quod ipse ait, *Ego vobiscum sum* (*Math. 28. 20*). Præterea aliud quoque subindicat: Non eadem patietur quæ ego passus sum, neque abscedet. *Quem mundus non potest accipere, quia non videt eum.* Quid ergo? an ex numero visibilibus erat? Minime. Sed hic cognitionem intelligit; addit enim, *Neque cognoscit eum*: solet enim accuratam cognitionem visionem appellare. Quia enim sensuum clarissimus visus est, per hanc sensum semper accuratam cognitionem denotat. Mundum autem hic vocat improbos, hincque discipulos consolatur, quod illis eximium afferat donum. Vide quanto peregrino doni magnitudinem extollat. Dicit alium esse, quam ipse sit; addit, *Non relinquet vos*; subdit, *Ad ipsos tantum venturum esse, ut et ego veni*; dixit, *In vobis manet*; sed neque sic illorum mœrorem expulit. Illum enim consortiumque ejus adhuc quærebant. Cui rei ut medeatur, ait: 18. *Neque ego vos relinquam orphanos: venio ad vos.* Ne timeatis, inquit; non ideo dixi me alium Paracletum missurum esse vobis, quod vos ad finem usque relicturus sim: non ideo dixi, *Apud vos manet*, quasi non ultra vos visurus sim. Certe ipse quoque venio ad vos. *Non relinquam vos orphanos.* Quia enim a principio dixerat, *Filioli*: ideo hic ait: *Non relinquam vos orphanos.*

2. Initio itaque dixit: *Ubi ego vado, venietis*; et, *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*; hic vero quia diuturnum erat tempus, dat Spiritum. Sed cum, quid diceret non intelligentes, non sat inde consolationis haberent, *Non relinquam vos orphanos*, inquit. Hoc enim maxime requirebant. Sed quia illud, *Venio ad vos*, præsentiam significabat: ne rursus eandem ipsam præsentiam requirerent, quam prius, vide quomodo hoc ipsum non clare quidem dixerit, sed subindicaverit. Cum dixisset enim, 19. *Adhuc modicum, et mundus me non videt*; subdidit, *Vos autem videtis me*; ac si diceret: Venio quidem ad vos, sed non ut prius quotidie vobiscum versaturus. Et ne dicerent, Cur ergo Judæis dixisti, *Jam non videbitis me* (*Joan. 16. 10*)? objectionem solvit dicendo, *Ad vos tantum.* Nam Spiritus quoque talis est. *Quia ego vivo, et vos vivetis.* Crux enim non usque ad finem nos separabit, sed ad brevissimum tempus me abscondet. Vitam autem, ut videtur mihi, non præsentem tantum, sed et futuram dicit. 20. *In illa die cognoscetis, quia ego in Patre, et vos in me, et ego in vobis.* In Patre secundum substantiam, in vobis secundum concordiam et auxilium divinitus præstitum. Et qua, quæso, ratione? qua ratione hæc contraria quadrare possunt? multa enim, imo infinita est distantia inter Christum et discipulos. Etiam si eadem ipsa verba jaceant, ne mireris. Solet etiam Scriptura iisdem verbis de Deo et de hominibus

dictis, diverso modo uti. Nam et dii dicimur (*1. Cor. 8. 5*), et filii Dei (*Gal. 3. 26*): nec eandem vim habet cum de nobis dicitur, quam cum de Deo. Imago item dicitur Filius (*Coloss. 1. 15*) et gloria (*1. Cor. 11. 7*), ut et nos; sed multa est differentia. Rursum, *Vos autem Christi, Christus vero Dei* (*1. Cor. 3. 23*); non ita tamen est Dei Christus, ut nos sumus Christi. Quid porro sibi vult? Cum resurrexero, inquit, scietis me non a Patre separari, sed eandem habere virtutem, et me vobiscum perpetuo esse, rebus prædicantibus auxilium a me vobis præstitum, inimicis repressis, vobis fidenter agentibus, molestis de medio sublatis, prædicatione quotidie florente, omnibus pie doctrinæ cedentibus. *Sicut misit me Pater, et ego misi vos* (*Joan. 20. 21*). Vides hic quoque idem dictum non eandem vim habere? Nam si eodem accipiamus modo, nihil different apostoli a Christo. Cur porro ait, *Tunc cognoscetis?* Quia tunc viderunt eum resurrexisse et secum versari. Tunc veram fidem didicerunt. Magna quippe Spiritus virtus erat, quæ omnia docebat illos. 21. *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me.* Non enim sufficit habere solum, sed nobis accurata opus est custodia. Cur autem hoc ipsum illis sæpe dicit? ut, *Si diligitis me, mandata mea servate*; et, *Qui habet præcepta mea, et servat ea*; et, *Si quis audierit sermonem meum, et servaverit eum, ille est qui diligit me: qui non audit sermones meos, non diligit me* (*Joan. 14. 23. 24*). Puto illum subindicare illorum mœrorem. Quia enim de morte multa philosophatus erat, dicens: *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam* (*Joan. 12. 25*); et, *Nisi quis acceperit crucem suam, et sequatur me, non est me dignus* (*Matth. 10. 38*); pluraque adhuc dicturus erat, exprobrans eis dicit: Putatis vos ex amore tristes esse? Non tristari potius dilectionis esset indicium. Quia autem illud vult efficere, in sequentibus id repetit. *Si enim diligeretis me, gauderetis utique, quia ad Patrem vado.* Nunc autem præ metu id patimini. Quod vero circa mortem sic afficiamini, non est eorum qui mandatorum meorum recordantur: oporteret enim vos crucifigi, si vere diligeretis me. Vos enim hortatus sum, ut non timeatis ab iis, qui occidunt corpus. Tales Pater amat, et ego amo. *Et manifestabo eis meipsum.* Tum Judas, 22. *Et quid, inquit, quia manifestaturus es nobis teipsum?*

3. Videntur animam eorum a timore obrutam? Commotus turbatusque est, ac putabat, sicut in somnis mortuos videmus, sic illum se visurum esse. Ne igitur hoc suspicarentur, audi quid dicat: 23. *Ego et Pater veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus*: ac si diceret, Sicut Pater manifestat seipsum, sic et ego. Neque hoc tantummodo, sed etiam quod adjecerit, *Mansionem apud eum faciemus*, omnem tollit suspicionem: id quippe non ad somnia pertinet. Tu vero mihi perpendas discipulum et turbatum et non audentem clare dicere quod cupiebat. Neque enim dixit: Væ nobis, quod moriaris, et ita nobis appariturus es ut mortui apparent. Non sic ille; sed, *Quid est quia manifestaturus es nobis teipsum, et non mundo?*

Dicit ergo, Vos acceptos habeo, quia vos mandatum meum servatis. Ne enim postea videntes ipsam, phantasma se videre putarent, ideo hæc prædicit. Et ne eo, quo dixi, modo ipsum apparituum esse opinarentur, causam apponit, quod nempe mandata ejus servarent, dicit etiam Spiritum sanctum sic illis apparituum esse. Quod si tanto tempore cum illo versati, illam substantiam non ferunt, imo ne intelligunt quidem; quid futurum erat si ab initio sic illis apparisset? Ideo cum illis comedit, ne phantasma esse putetur. Nam si super aquas ambulantes videntes, id existimarent, licet idem vultus ac species viderentur, nec multum distaret ille; quid non suspicati fuissent, si statim vidissent illum resurgentem, quem captum viderant et involutum? Propterea frequenter dicit illis se apparituum esse, cur, et quomodo appariturus sit, ne illum esse phantasma putent. 24. *Qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermo quem audistis, non est meus, sed ejus qui misit me.* Itaque qui hæc verba non audit, nec me, nec Patrem diligit. Nam si hoc dilectionis signum est, audire mandata, ipsaque Patris sunt; qui audit, non Filium modo, sed etiam Patrem amat. Quomodo sermo tuus est, et non tuus? Id est, Nihil extra Patrem loquor, neque proprium quidpiam præter placitum ejus. 25. *Hæc loquutus sum vobis, apud vos manens.* Quia hæc obscura erant, et alia non intelligebant, in pluribusque dubitabant; ne rursus turbarentur, neve dicerent, Quæ præcepta? omni anxietate eripuit illos, dicens: 26. *Paracletus autem, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit.* Obscura forte nunc vobis dicuntur; sed doctor ille clare vos docebit. Illud autem, *Apud vos manebit*, subindicat se abiturum esse. Deinde ne tristenter, ait: Donec apud illos ipse manserit, nec Spiritus venerit, nihil magnam vel sublime poterunt intelligere. Hæc porro dicit illos præparans ut secessum suum generose ferant, utpote qui magna ipsis bona conciliaturus esset. Frequenter vero Paracletum vocat, ob ærumnas, quibus tunc affligebantur. Quia igitur his auditis turbabantur, cogitantes molestias, bella et secessum ejus, vide quomodo illos soletur iterum dicens: 27. *Pacem relinquo vobis*: ac si diceret, Quid damni vobis erit a perturbationibus mundi, si pacem mecum habeatis? Neque enim talis hæc pax est. Externa pax enim perniciosa sæpe est et inutilis, nihilque prodest: ego vero talem vobis do pacem, ut illam mutuo servetis, quod vos fortiores efficiet. Sed quia rursus dixerat, *Relinquo*, quod recedentis erat, illosque turbare poterat, ideo rursus ait: *Non turbatur cor vestrum, neque formidet.* Viden' eos partim amore, partim metu turbatos esse? 28. *Audistis quia ego dixi vobis, Vado ad Patrem, et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me est.* Et quod gaudium hoc ipsis allaturum erat? quam consolationem?

4. *Quomodo Christus de se loquens, discipulorum inbecillitati sermonem attemperet. Qua ratione Pater sit major Filio.* — Quid sibi vult hoc dictum? Nihil dum goverant de resurrectione, neque de Christo eam,

quam par erat, opinionem habebant: (quomodo enim habuissent, qui ne sciebant quidem ipsum esse resurrecturum?) Patrem vero magnum esse putabant. Dicit ergo: Si mihi timetis, quasi non valeam me tueri, neque confiditis me post crucem a vobis posse videri; tamen audientes me ad Patrem ire, gaudere tandem oportuit, quia ad majorem vado, omniaque mala solvi possunt. *Vos audistis, quia ego dixi vobis.* Cur hoc adjecit? Ita gestis rebus confido, inquit, ut prædicere non verear. 29. Hoc ergo, et quæ futura sunt, *Dixi vobis priusquam fiant, ut cum facta fuerint, credatis*, quia ego sum: ac si diceret: Num sciretis, nisi ego dicerem? neque dicerem, nisi considerem. Viden' sermonem auditorum captui attemperatum? Nam cum dicit, *Putatis, quia non possum rogare Patrem, et exhibebit mihi duodecim legiones angelorum* (*Matth. 26. 53*)? secundum auditorum opinionem loquutus est. Nemo enim, etsi insaniat, dixerit eum non potuisse sibi opem ferre, sed angelis opus habuisse: verum quia illum esse hominem putabant, ideo dixit, *Duodecim legiones angelorum*. Atqui cum interrogasset tantum, supinos prostravit. Si quis vero dixerit majorem esse Patrem, ut Filii principium (a); non huic contradicemus. At hoc non facit Filium alterius esse substantiæ. Hoc autem vult dicere: Donec hic fuero, par est vos putare quod nos periclitemur: si porro illuc abeam, confidite nos in tuto esse; illum enim nemo vincere potest. Hæc porro omnia ad discipulorum infirmitatem se demittens dicebat. Ipse namque confido, nec mortem curo. Ideo ait: *Hæc dixi vobis priusquam fiant.* Quia enim vos nondum potestis hæc de re sermonem capere, a Patre, quem magnum appellatis, consolationem adduco. Consolatus ergo illos, tristitia rursus affert: 30. *Jam non ultra loquar vobiscum.* Quare? *Venit enim princeps hujus mundi, et in me non habet quidquam.* Principem mundi diabolum dicit, et improbos homines. Non enim cælo et terræ imperat; nam omnia evertisset et prostravisset; sed illis dominatur, qui se illi dediderunt. Ideo vocat illum principem tenebrarum hujus sæculi: tenebras autem hic dicit mala opera. Quid ergo? diabolusne te perdit? Minime: nihil enim in me habet. Cur ergo te illi interficiunt? Quia ita volo, et ut cognoscat mundus, quod Patrem diligam. Non enim quod sim morti obnoxius, neque quod illi quidpiam debeam, sed ob amorem erga Patrem hæc subeo. Hoc autem ait, ut iterum illorum animum excitet, ut discant, ipsum non invitum, sed lubentem, et diabolum despicientem ad hoc venire. Non enim satis erat dixisse, *Adhuc modicum tempus vobiscum sum* (*Joan. 7. 35*); sed illud, triste licet, frequenter versat, et jure quidem; donec autem sermonem illis acceptum reddat, lætiora admisceat. Ideo aliquando dicit: *Vado et venio*; et, *Ut ubi ego sum, et vos sitis*; et, Non potestis me nunc sequi, sequemini autem post-

(a) Ea solum ratione potest Pater major dici; immo non proprie major, sed prior: ut quisvis pater non est natura major filio suo, sed prior tantum. Ea est mens Chrysostomi.

**Ἦ ἔστιν ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν στανυόν, καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ;** Λέγει οὖν, ὅτι Ὑμᾶς ἀποδέχομαι, ὅτι ὑμεῖς τὴν ἐντολὴν μου τηρεῖτε. Ἴνα γὰρ μὴ μετὰ ταῦτα ὀρωπύεσθε αὐτὸν φάντασμα νομισώσι, διὰ τοῦτο ταῦτα πρόωλετε. Καὶ ἵνα μὴ οὕτως, ὡς εἶπον, νομισώσιν αὐτοῖς φαίνεσθαι, λέγει καὶ τὴν αἰτίαν· διὰ τὸ τὰς ἐντολάς μου τηρεῖν, λέγει ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα οὕτω μέλλει φαίνεσθαι. Εἰ δὲ τοσοῦτον αὐτῷ συγγενομένοι χρόνον, οὕτω φέρουσιν ἐκείνην τὴν οὐσίαν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ νοοῦσιν αὐτὴν· τί ἂν ἔπαθον, εἰ παρὰ τὴν ἀρχὴν οὕτως αὐτοῖς ἐφάνη; Διὰ τοῦτο καὶ συνεσθίει, ἵνα μὴ φάντασμα τὸ πρᾶγμα νομισθῆ. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἰδόντες τοῦτο ἐνόμισαν, καίτοι τῆς ἀρετῆς ἕψεως φαινομένης, καὶ οὐ πρὸ πολλοῦ διαστάντας, τί ἂν ὑπόπτειψαν, εἴ γε εἶδον αὐτὸν εὐθέως ἀναστάντα, ἂν εἶδον κατεχόμενον καὶ ἐσπαργανωμένον; Διὰ τοῦτο συνεχῶς αὐτοῖς λέγει, ὅτι φανεῖται, καὶ διατί φανεῖται, καὶ πῶς, ἵνα μὴ φάντασμα νομισώσιν. **Ὁ μὴ ἀγαπῶν με, τοὺς λόγους μου οὐ τηρεῖ. Καὶ ὁ λόγος, ὃν ἠκούσατε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με.** Ὅστε οὐκ ἐμὲ μόνον, ἀλλ' οὐδὲ τὸν Πατέρα ἀγαπᾷ ὁ μὴ τοῦτον ἀκούων τῶν λόγων. Εἰ γὰρ τοῦτο τεκμήριον ἀγάπης, τὸ ἀκούειν τῶν ἐντολῶν, αὗται δὲ τοῦ Πατρὸς εἰσιν, ὁ ἀκούων, οὐχὶ τὸν Υἱὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα ἠγάπησε. Πῶς δὲ σὸς, καὶ οὐ σὸς; Τουτέστιν, ὅτι ἠδὲν ἔξω τοῦ Πατρὸς φθέγγομαι, οὐδὲ ἴδιον τι ἄλλο παρὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ. **Ταῦτα ἐλάλησα ὑμῖν, παρ' ὑμῖν μένων.** Ἐπειδὴ ταῦτα ἀσαφῆ ἦν, καὶ τὰ μὲν οὐδὲ συνείσαν, τὰ δὲ πλείονα καὶ ἀμπεύβαλλον, ἵνα μὴ θορυβῶνται πάλιν, μηδὲ λέγωσι, Πότις ἐντολάς; ἀπήλασεν αὐτοὺς τῆς ἀγωνίας ἀπάσης, εἰπὼν· **Ὁ δὲ Παράκλητος, ὃν πέμψει ὁ Πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματι μου, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει.** Τάχα ἀσαφῆ τὰ εἰρημένα νῦν ὑμῖν· ἀλλ' ἔστι· τοῦτων σαφῆς διδάσκαλος ἐκεῖνος. Τὸ δὲ, **παρ' ὑμῖν μένει,** αἰνιττομένου ἔστιν, ὅτι αὐτὸς ἀπεισιν. Εἶτα ἵνα μὴ λυπῶνται, φησὶν, ὅτι ἔως ἂν παρ' αὐτοῖς μένη, καὶ τὸ Πνεῦμα μὴ ἐρχεται, οὐδὲν μέγα οὐδὲ ὑψηλὸν δυνήσονται συνιδεῖν. Ταῦτα δὲ λέγει παρασκευάζων αὐτοὺς γενναίως ἐνεγκεῖν [445] αὐτοῦ τὴν ἀναχώρησιν, ὡς μεγάλων αἰτίαν ἐσομένην αὐτοῖς ἀγαθῶν. Συνεχῶς δὲ Παράκλητον καλεῖ, διὰ τὰς συνεχούσας αὐτοὺς τότε θλίψεις. Ἐπεὶ οὖν καὶ ταῦτα ἀκούοντες ἐταράττοντο ἐνονοῦντες τὰς ἐπαχθείας, τοὺς πολέμους, τὴν ἀναχώρησιν τὴν αὐτοῦ, ὅρα πῶς αὐτοὺς κατασταλέις πάλιν λέγων· **Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν· μονουαχί λέγων, τί βλάβητις ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου ταραχῆς, ἕως ἂν εἰρηνεύητε πρὸς μέ; Οὐ γὰρ τοιαύτη αὕτη ἡ εἰρήνη.** Ἡ μὲν γὰρ ἐξῶθεν, καὶ ἐπὶ κακῷ γίνεται πολλάκις καὶ ἀνόητος, καὶ τοὺς ἔχοντας οὐδὲν ὠφέλησεν· ἐγὼ δὲ δίδωμι τοιαύτην, ὥστε μετ' ἀλλήλων εἰρηνεύειν, ὅπερ ὑμᾶς ἰσχυροτέρους ποιεῖ. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν εἶπεν, **Ἀφίημι,** ὅπερ ἦν ἀναχωροῦντος, καὶ ἱκανὸν ἦν αὐτοὺς συγχεῖν, διὰ τοῦτο πάλιν φησὶ· **Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάσω.** Ὅρῃς ὅτι τὰ μὲν ὑπὸ φιλοστοργίας <sup>b</sup>, τὰ δὲ ὑπὸ δειλίας ἐπασχον; **Ἰκούσατε ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν, ὅτι Ὑπάγω πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Εἰ ἠγαπήτῃ με, χάριτε ἂν ὅτι πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα, ὅτι ὁ Πατὴρ μείζων μου ἔστιν.** Καὶ ποῖαν τοῦτο αὐτοῖς χάριαν φέρειν ἐμελλεν; ποῖαν παραμυθίαν;

(μου, γὰρ, οἱ μῆτος οὐκ ἀναστήσεται εἰδότες;) τὸν δὲ Πατέρα μέγαν εἶναι ἐνόμιζον. Λέγει οὖν, ὅτι: Εἰ καὶ περὶ ἐμοῦ δεδοίκατε ὡς οὐκ ἀρκοῦντος ἐμαυτοῦ ὁ προστήναι, οὐδὲ θαρβέριτε ὅτι μετὰ τὸν σταυρὸν πάλιν ὑμᾶς ἔξομαι· ἀλλὰ ἀκούσαντες ὅτι πρὸς τὸν Πατέρα ἀπέρχομαι, ἔδει χαίρειν λοιπὸν, ὅτι πρὸς τὸν μείζονα ἀπειμι, καὶ δυνατὸν πάντα λύσαι τὰ δεινά. Ὑμῖς ἠκούσατε, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν. Διατί τοῦτο τέθεικεν; Ὅτι οὕτω σφόδρα θαρβῶ, φησὶ, τοῖς γινομένοις, ὡς καὶ προειπεῖν· οὕτως οὐ δέδοικα. Τοῦτο γοῦν καὶ μετὰ ταῦτα **εἶπον ὑμῖν πρὶν γενέσθαι, ἵνα, δεῖται γένηται, πιστεύσητε** ὅτι ἐγὼ εἶμι· ὡσανεὶ ἔλεγε, Μὴ ἤθετε, εἰ μὴ ἐγὼ εἶπον; οὐκ ἂν δὲ εἶπον, εἰ μὴ ἐθάβρουν. Εἶδες συγκαταβάσεως τὸν λόγον δυνατῶν; Καὶ γὰρ ὅταν λέγη, **δοκίτε ὅτι οὐ δύναμαι παρακαλέσαι τὸν Πατέρα, καὶ παριστήσασθαι μοι δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων;** πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τῶν ἀκούοντων φθέγγεται. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνος εἶποι τις ἂν, κἂν σφόδρα ἢ μεμηνῶς ὅτι οὐκ ἐδύνατο ἑαυτοῦ βοηθήσαι, ἀλλ' ἀγγέλων ἐδεῖτο· ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ αὐτοῦ ὡς ἀνθρώπου ὄξαν εἶχον, διὰ τοῦτο φησὶ, **δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων.** Καίτοι γε ἀπλῶς αὐτοῖς ἠρώτησε, καὶ ἔρριψεν εἰς τὰ ὀπίσω. Εἰ δὲ λέγοι τις μείζονα εἶναι τὸν Πατέρα καθ' ὃ αἰτίας τοῦ Υἱοῦ, οὐδὲ τοῦτο ἀντεροῦμεν. Ἀλλ' οὐ μὴν τοῦτο ἑτέρας εἶναι τὸν Υἱὸν οὐσίας ποιεῖ. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐως μὲν ἂν ἐναυθα ὦ, εἰκὸς νομίζειν ὑμᾶς ὅτι κινδυνεύομεν· ἐάν δὲ ἐκεῖ ἀπέλθω, θαρβέριτε ὅτι ἐν ἀσφαλεῖς ἐσμέν· ἐκεῖνου γὰρ οὐδαίς περιγενέσθαι δυνήσεται. Ταῦτα δὲ πάντα πρὸς [444] τὴν ἀσθένειαν τῶν μαθητῶν ἐλέγετο. Καὶ αὐτὸς μὲν γὰρ θαρβῶ <sup>d</sup>, καὶ οὐ φροντίζω τοῦ θανάτου. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε, **ταῦτα εἶπον ὑμῖν πρὶν γενέσθαι.** Ἐπειδὴ δὲ, φησὶ, ὑμεῖς οὐδέποτε δύνασθε τὸν περὶ τοῦτων δέξασθαι λόγον, καὶ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ὃν ὀνομάζετε μέγαν εἶναι, εἰσάγω τὴν παράκλησιν. Παραμυθησάμενος τοῖσιν αὐτοῖς, πάλιν λέγει τὰ λυπηρά· **οὐκέτι λαλήσω μεθ' ὑμῶν.** Διατί; **Ἐρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου τοῦτου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ ἔχει οὐδέν.** Κόσμου δὲ ἄρχοντα τὸν διάβολόν φησὶ, καὶ τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους οὕτω καλῶν. Οὐ γὰρ οὐρανοῦ ἄρχει καὶ γῆς, ἐπεὶ ἂν ἐνέτριψε πάντα καὶ κατέβαλε· ἄρχει δὲ τῶν ἑαυτοῦς παραδιδόντων αὐτῷ. Διὰ τοῦτο καὶ ἄρχοντα τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τοῦτου καλεῖ, σκότος ἐναυθα πάλιν τὰς πονηρὰς πράξεις καλῶν. Τί οὖν; ὁ διάβολός σε ἀναίρει; Οὐδαμῶς· οὐ γὰρ ἔχει ἐν ἐμοὶ οὐδέν. Πῶς οὖν σε ἀναιροῦσιν; Ἐπειδὴ βούλομαι, καὶ ἵνα γνῷ ὁ κόσμος, ὅτι ἀγαπῶ τὸν Πατέρα. Οὐ γὰρ ὑπεύθυνος ὢν θανάτῳ, φησὶν, οὐδὲ ὀφείλων αὐτῷ, διὰ δὲ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς τὸν Πατέρα ὑπομένω. Τούτου δὲ φησὶν, ἵνα πάλιν αὐτῶν ἀναστήσῃ τὴν ψυχὴν, καὶ μάθωσιν ὅτι οὐκ ἔκων, ἀλλ' ἐκὼν ἐπὶ τοῦτο ἔρχεται, καὶ ὅτι καταφρονῶν τοῦ διαβόλου. Οὐ γὰρ ἤρκει τὸ εἰπεῖν, ὅτι **Μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἶμι,** ἀλλὰ συνεχῶς αὐτὸ στρέφει τοῦτο τὸ λυπηρὸν, εἰκότως, ἕως ἂν αὐτὸ παρ' αὐτοῖς εὐπαραδέκτου ποιήσῃ, παραφαινων αὐτῷ τὰ χρηστά. Διὰ τοῦτο ποτὲ μὲν λέγει, **Ὑπάγω καὶ ἔρχομαι**· καὶ, ὅτι **Ὅσον εἶμι ἐγὼ, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἦτε;** καὶ, οὐ δύνασθέ μοι νῦν ἀκολουθήσαι, ἀκολουθήσετε δὲ ὕστερον· καὶ, **πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι**· καὶ, **Ὁ Πατὴρ μείζων μου ἔστι**· καὶ, **πρὶν γενέσθαι εἰρηκα ὑμῖν**· καὶ, ὅτι οὐκ ἀπὸ ἀνάγκης ταῦτα πάσχω, ἀλλὰ δι' ἀγάπην τοῦ Πατρὸς· ὥστε ἐνοήσῃ αὐτοὺς, ὅτι οὐκ ὀλέθριον τὸ πρᾶγμα οὐδὲ βλάβη ἔχον, εἴ γε ἔτε σφόδρα αὐτῶν ἀγαπῶν, καὶ ὁ ἀγαπώμενος

<sup>a</sup> Alii δοκοῦν ἐκεῖνον. <sup>b</sup> Legendum videtur ἄλλ' ἔστιν. <sup>c</sup> Quisdam ἀναυθῶ. <sup>d</sup> Alii μὲν θαρβῶ.

παρ' αὐτοῦ οὕτω ρυθίζονται καὶ ἄλλα τὰ ἀναμιγνύς, συνεχῶς ἔλεγε καὶ τὰ λυπηρὰ, ἐγγυμνάτων αὐτῶν τὴν διάνοιαν. Καὶ γὰρ τὸ, *Παρ' ὑμῖν μένει*, καὶ, *ὅτι Συμφέρει ὑμῖν ἡ ἀναχώρησις*, παραμυθούμενον ἦν. Διὰ γὰρ τοῦτο προλαβῶν μυρία εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος, τὸ *Ἐν ὑμῖν ἔστι*, καὶ, *Ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν*, καὶ, *Αὐτὸς ἀναμνήσει πάντα*, καὶ, *Πνεῦμα ἀληθείας*, καὶ, *Πνεῦμα ἅγιον*, καὶ, *Παράκλητον*, καὶ, *ὅτι Συμφέρει ὑμῖν*. ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν ὡς οὐδενὸς ὄντος τοῦ προστιθεμένου καὶ βοηθήσαντος. Συμφέρειν δὲ λέγει, δηλῶν ὅτι πνευματικούς; αὐτοὺς ἐργάζεται.

ε'. Τοῦτο γοῦν καὶ ὀρώμεν γεγεννημένον. Οἱ γὰρ τρέμοντες καὶ δεδοκότες, μετὰ τὸ λαβεῖν τὸ Πνεῦμα, εἰς μέσους ἤλθοντο τοὺς κινδύνους, καὶ πρὸς σίδηρον, καὶ πῦρ, καὶ θηρία, καὶ πελάγη, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀπεδύσαντο τιμωρίαν· καὶ οἱ ἀγράμματοι καὶ ἰδιῶται μετὰ τοσαύτης διελέγοντο παρήσσιας, ὡς ἐκπλήττειν τοὺς ἀκρωμένους. Ἀπὸ γὰρ πηλίνων σιδηροῦς αὐτοὺς ἐποίησε τὸ Πνεῦμα, καὶ πτηνοῦς εἰργάσατο, καὶ πρὸς [415] οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων καταπεσὶν ἀφῆκεν. Τοιαύτη γὰρ ἡ χάρις ἐκείνη· κἂν ἀθυμίαν εὖρη, διαλύει, κἂν ἐπιθυμίαν πονηράν, δαπανᾷ, κἂν δειλίαν, ἐκβάλλει, καὶ οὐκ ἀφήσει λοιπὸν ἀνθρώπον εἶναι τὸν μετασχόντα αὐτοῦ, ἀλλ' ὡσπερ εἰς αὐτὸν μεταστάντα τὸν οὐρανόν, πάντα τὰ ἐκεῖ φαντάζεσθαι παρασκευάζει. Διὰ τοῦτο οὐδεὶς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ <sup>b</sup> ἔλεγεν ἴδιον εἶναι· ἀλλὰ προσκαρτέρουν ταῖς εὐχαῖς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας. Τοῦτο γὰρ μάλιστα δείκται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· *Ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ Πνεύματος χαρὰ, εἰρήνη, πίστις, πραότης*. Καὶ μὴν καὶ ἄλλοσι πολλὰκις οἱ πνευματικοί, φησὶν· ἀλλ' ἡ λύπη χαρᾶς ἔστιν ἰδίω. Ἐπεὶ καὶ ὁ Κἄν ἐλυπήθη, ἀλλὰ τὴν τοῦ κόσμου λύπην· καὶ ὁ Παῦλος ἐλυπήθη, ἀλλὰ τὴν κατὰ Θεόν. Πᾶν γὰρ ὅπερ ἂν ἢ πνευματικόν, κέρδος ἔχει μέγιστον· ὡσπερ καὶ τὸ κοσμητικὸν ἅπαν ζημίαν ἐσχάτην. Ἐπισπασίμεθα τοίνυν τὴν ἄμαχον τοῦ Πνεύματος βοήθειαν τὰς ἐντολάς τηροῦντες, καὶ οὐδὲν τῶν ἀγγέλων ἐσόμεθα ἐλάττους. Οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι, ἐπειδὴ ἀσώματοί εἰσι, τοιοῦτοί εἰσιν (εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐδεὶς ἂν τῶν ἀσωμάτων ἐγένετο

Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἀσωμάτοις ἀνθρώπων χεῖρους καὶ ἄλγων εὐρέθησαν, καὶ ἐν τοῖς σώματα ἔχουσιν, ἀσωμάτων κρείττους. Πάντες γοῦν οἱ δίκαιοι τὴν γῆν οἰκούντες, καὶ σώματα ἔχοντες, καθάρθωσαν ἄπερ καθάρθωσαν. Ὡς γὰρ παρεπίδημοι ὄντες καὶ ξένοι, τὴν γῆν ἔφυγαν· τὴν δὲ οὐρανόν, ὡς πολῖται. Μὴ τοίνυν μηδὲ σὺ λέγε, Σάρκα περίκειμαι, οὐ δύναμαι περιγενέσθαι, οὐδὲ τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς ἰδρώτων λαβέσθαι. Μὴ κατηγορήσης· τοῦ Δημιουργοῦ. Εἰ γὰρ τὸ σάρκα φορεῖν ἀδύνατον ποιεῖ τὴν ἀρετὴν, οὐκ ἡμῶν τὸ ἐγκλημα· ὅτι εἰ οὐ ποιεῖ ἀδύνατον, ἔδειξεν ὁ τῶν ἁγίων χορὸς. Τὸν γοῦν Παῦλον οὐκ ἐκώλυσε τῆς σαρκὸς ἢ φύσις γενέσθαι τοιοῦτον, οἷος ἐγένετο· οὐδὲ Πέτρον λαβεῖν τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν. Καὶ ὁ Ἐνώχ δὲ σάρκα φορέσας, μετετέθη, καὶ οὐκ εὐρίσκετο. Οὕτω καὶ Ὁ Ηλίας ἠρπάγη μετὰ τῆς σαρκὸς, καὶ ὁ Ἀβραάμ μετὰ τοῦ Ἰσαὰκ καὶ τοῦ ἔγγονου σάρκα ἔχοντες ἐλαμψάν· καὶ ὁ Ἰωσήφ μετὰ ταύτης ἐτάλαισε πρὸς τὸ ἀκόλαστον ἐκεῖνο γύναιον. Καὶ εἰ λέγω σάρκα; Κἂν γὰρ ἄλυσι τῆ σαρκὶ περιθῆς, οὐδὲν ἐδάθη. Εἰ γὰρ καὶ ἐγὼ δέδεμαι, φησὶν ὁ Παῦλος, Ἄλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται. Καὶ εἰ λέγω δεσμὰ καὶ ἄλυσι; Πρόσθετε καὶ δεσμοτήριον <sup>d</sup> καὶ κλειθρα, καὶ οὐδὲ οὕτω κώλυμα γίνεται ταῦτα τῆ ἀρετῆ. Οὕτω γοῦν ἐμυσταγωγῆσεν ὁ Παῦλος. Δεσμὸς γὰρ ψυχῆς; οὐ σιδηρός, ἀλλὰ δειλία καὶ χρημάτων ἐπιθυμία, καὶ τὰ μυρία πάθη. Ταῦτα δεσμεῖ, κἂν λελυμένον ἢ, τὸ σῶμα. Ἄλλ' ἀπὸ τοῦ σώματος ταῦτα τίκεται, φησὶ. Σκήψις ταῦτα καὶ πρόφασις ψευδῆς. Εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ σώματος εἰτίκετο, πάντες ἂν αὐτὰ ὑπέμενον. Ὡσπερ γὰρ κόπον καὶ ὕπνον καὶ τὸ πεινῆν καὶ διψῆν οὐκ ἐνὶ διαφυγῆν, ἐπειδὴ φύσεώς ἐστιν· οὕτω καὶ ταῦτα, εἰ [446] τοιαῦτα ἦν, οὐδένα ἂν ἀφήκαν ἔξω τῆς αὐτῶν εἶναι τυραννίδος. Εἰ δὲ πολλοὶ διαφεύγουσιν, εὐδῆλον ὅτι βραθυμούσης ἐστὶ ψυχῆς τὰ τοιαῦτα ἐλαττώματα. Ταύτην τοίνυν ἐγκόψωμεν, καὶ μὴ κατηγορῶμεν τοῦ σώματος, ἀλλ' ὑποτάξωμεν αὐτὸ τῆ ψυχῇ· ἵνα εὐήθιον ἔχοντες, τῶν αἰώνιων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>c</sup> Alii περιγενέσθαι τῶν ὑπὲρ α. I. Μὴ κατηγ. <sup>d</sup> Quidam δεσμοτήρια.

<sup>a</sup> Morel. εἶπε περὶ αὐτοῦ, τό. <sup>b</sup> Alii αὐτοῦ.

#### ΟΜΙΑΙΑ ΟΣ'.

*Ἐγείρωσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν. Ἐγὼ εἰμι ἡ ἀμαρτία ἢ ἀληθινή· ὑμεῖς τὰ κλήματα, καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστιν.*

α'. Δειλὴν καὶ ἀνανδρον τὴν ψυχὴν ἢ ἀμαρτία ποιεῖ· ὡσπεροῦν μεγάλην καὶ ὑψηλὴν ἢ τῶν οὐρανίων δογμάτων *παιδευσίς*· οὐδεμιὰς γὰρ ἀπολαύουσα ἐπιμελείας, δειλὴ τίς ἐστιν, οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ προαίρεσιν. Ὅταν γὰρ ἴδω τὸν ἀνδρείον ποτὲ μὲν τολμητὴν, νῦν δὲ δειλὸν, οὐκέτι φύσεως εἶναι φημι τὸ πάθος· τὰ γὰρ τῆς φύσεως ἀμετάθετα. Πάλιν, ὅταν ἴδω τοὺς νῦν δειλοὺς ἀθρόον τολμητὰς γινομένους, καὶ αὐτὸ πάλιν ψηφίζομαι, τῆ προαιρέσει τὸ πᾶν ἀνατιθείς. Ἐπεὶ καὶ οἱ μαθηταὶ σφόδρα ἦσαν δειλοὶ πρὶν ἢ μαθεῖν ἄπερ ἐχρῆν, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἀξιοῦσθαι δωρεᾶς· ὕστερον μέντοι λεόντων ἐγένοντο θρασύτεροι. Καὶ Πέτρος χορασίῳ οὐκ ἐνεγκῶν ἀπειλὴν, κατὰ κεφαλῆς ἐκρέματο καὶ ἑμαστιγοῦτο, καὶ μυρία κινδυνεύων οὐκ ἐρίγα· ἀλλ' ὡσπερ βναρ πάσχων ἄετασεν. οὕτως ἐπαρήσσιαζετο· ἀλλ' οὐ πρὸ τοῦ σταυροῦ. Διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· *Ἐγείρωσθε, ἄγω-*

*μεν ἐντεῦθεν*. Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι; οὐκ ἤδει τὴν ὥρην καθ' ἣν ἔμελλεν ἐπιστήσεσθαι ὁ Ἰούδας; ἀλλ' ἐδεδοίκεν μὴ ἐκεῖ ἐλθὼν κατάσχη αὐτοὺς, καὶ πρὶν ἢ πληρῶσαι τὴν ἀρίστην διδασκαλίαν, ἐπιστώσιν οἱ ἐπιβουλεύοντες; Ἄπαγε· πόρρω ταῦτα αὐτοῦ τῆς ἀξίας. Εἰ τοίνυν μὴ ἐδεδοίκεν, τί δήποτε ἀπανίστησιν αὐτοὺς, καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι, τότε εἰς τὸν κήπον ἄγει τὸν τῷ Ἰούδα γνῶριμον; Εἰ δὲ καὶ παρεγένετο ὁ Ἰούδας, οὐκ ἠδύνατο αὐτῶν πληρῶσαι τὰς βφεις, ὃ καὶ μὴ παρόντος ἐποίησε· τίνος οὖν ἕνεκεν ἀφίσταται; Μικρὸν ἀναπνεῦσαι δίδωσι τοῖς μαθηταῖς. Καὶ γὰρ εἰκόσ τὴν αὐτοῦ, ἅτε ἐν καταδύλω χωρῖφ ὄντας, τρέμειν καὶ δεδοικέναι, ἀπὸ τοῦ αἰσίου, ἀπὸ τοῦ τόπου. Καὶ γὰρ νῦν ἦν βαθυτάτη, καὶ ἦν μηδὲ προσχεῖν <sup>b</sup> τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' ἀεὶ περιστρέφεσθαι καὶ φαντάζεσθαι τοὺς ἐπιστησομένους· καὶ μάλιστα ὅποτε καὶ ὁ λόγος· οὗ τοῦ Διδασκάλου προσδοκᾶν ἐποίει τὰ δεινά. *Ἐτι γὰρ μικρὸν φησὶν, καὶ οὐκ εἰμι μεθ' ὑμῶν, καὶ ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων*. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοι-

<sup>a</sup> Sic bene cod. 703 Monlf., Savil. et cod. 705 τὸν ἀνδρείον μὲν ποτὲ, νῦν δὲ εἶπεν.

<sup>a</sup> Alii ὃ καὶ παροῦσιν ἐποίησε. <sup>b</sup> Qui iam προσείχεν.

ea (Joan. 13. 36); et, *Ad Patrem vado*; et, *Pater major me est*; et, *Antequam fierent dixi vobis*, et, *Non ex necessitate hæc patior, sed ob Patris amorem*; ut cognoscant illi, non perniciosam nec damnosam rem esse; siquidem admodum diligebat illum, et dilectus ita volebat. Ideo hæc lætiora admiscens, tristitia quoque frequenter memorabat, ut illorum animos exerceeret. Nam illud, *Apud vos manebit* (Joan. 14. 17), et, *Expedit vobis* (Id. 16. 7), ut recedam, consolantia erant. Ideo prius innumera de Spiritu dixerat, ut, *In vobis est*, et, *Mundus non potest capere*, et, *Ipsæ vobis suggeret omnia*, et, *Spiritus veritatis, Spiritus sanctus*, et, *Paracletus*, et, *Expedit vobis*: ne animo descenderent quasi omni ope et auxilio destituti. Expedire autem dicit, ostendens se illos spirituales redditurum.

5. *Gratiæ vis magna.* — Hoc utique factum videmus. Nam illi trementes et metuentes, accepto postea Spiritu sancto, in pericula insiliebant, et ferrum, bestias, maria, supplicia omnia adibant; et illiterati idiotæque cum tanta fiducia loquebantur, ut auditores percellerent. Ex luteis enim Spiritus illos ferreos reddidit, volucres effecit, nec sivit eos ab humana uia re prosterni. Talis est hujusmodi gratia: si mœrorem inveniat, illum solvit, concupiscentiam malam absunit, timorem exigit, nec sinit sui participem ultra hominem esse; sed quasi in caelos translatum omnia quæ illic sunt contemplari jubet. Ideo nemo sibi aliquid proprium esse dicebat, sed perseverabant in orationibus, in lætitia et in simplicitate cordis (Act. 2. 46). Hoc enim maxime requirit Spiritus sanctus: *Fructus enim Spiritus est gaudium, pax, fides, mansuetudo* (Gal. 5. 22. 25). Atqui sæpe, inquit, tristatant spirituales homines. At hæc tristitia gaudio dulcior est. Nam Cain contristatus est, sed tristitia hujus mundi: Paulus quoque contristatus est, sed secundum Deum. Quidquid enim spirituale est, lucrum habet maximum; quidquid sæculare, extremum damnum. Attrahamus igitur nobis inexspugnabilem Spiritus opem, per præceptorum observationem, et nihil

inferiores angelis erimus. Neque enim illi, etsi incorporei, tales sunt (si enim hoc ita esset, nullus incorporeus malus fuisset): sed voluntas arbitrii ubique in causa est. Ideoque etiam inter incorporeos reperti sunt hominibus, etiamque brutis, pejores; et in corporeis multi incorporeis meliores. Omnes quippe justi terram inhabitantes, corporei licet, bona opera ediderunt. Nam ut peregrini, terram incoluerunt; ut cives, caelum. Ne ergo dicas, Carne circumdatus sum, vincere non possum, neque pro virtute labores suscipere. Ne accuses Creatorem. Nam si caro virtutem impossibilem reddit, non in culpa sumus: quod autem impossibile non reddat, ostendit sanctorum chorus. Paulum quippe natura carnis non impedivit quominus talis evaderet, nec Petrum, quominus claves caelorum acciperet. Enoch carnem gestans translatus est, et non ultra visus. Sic et Elias cum carne raptus est; Abraham, Isaac et Jacob in carne resplenduerunt; Joseph carne opertus impudicam mulierem superavit. Ecquid dico carnem quæ etiamsi catena constringatur, non læditur? Etsi ego vincetus sum, inquit Paulus, *At verbum Dei non est alligatum* (2. Tim. 2. 9). Ecquid dico vincula et catenam? Adde carcerem et claustra, et neque sic illa virtutis impedimenta erunt. Ita ergo docet Paulus. Nam vinculum animæ, non ferrum, sed timor et cupiditas pecuniarum, innumerique morbi. Hæc vincunt corpus, etsi solutum sit. At hæc a corpore pariuntur, inquit. Hæc obtentus sunt et vanæ cavillationes. Nam si a corpore parerentur, omnes sic essent affecti. Ut enim lassitudinem, somnum, famem, sitim non possumus vitare, quia hæc naturalia sunt: sic et hæc, si quidem talia essent, neminem sinerent sua tyrannide liberum. Quod si multi hæc effugiunt, palam est hæc vitia ex deside anima proficisci. Hæc igitur abscindamus, neque corpus incusemus; sed ipsum animæ subjiciamus, ut illo ad parendum inducto, æterna consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA LXXVI.

CAP. 14. v. 31. *Surgite, eamus hinc.* CAP. 15. v.

1. *Ego sum vitis vera: vos palmites, et Pater meus agricola est.*

1. *Ignorantia imbecillitatem parit. Discipuli quam meticulosi ante Christi mortem.* — Timidam et imbecillam animam ignorantia efficit; ut magnam et sublimem caelestis doctrinæ institutio: nam si non instituat, formidolosa est, non natura, sed voluntatis proposito. Cum enim quempiam video strenuum modo audacem, modo formidolosum, non jam naturæ vitium esse dico: naturalia enim immutabilia sunt. Rursum, cum video nunc meticulosos quospiam, statimque audaces, id ipsum facio: arbitrio totum adscribo. Nam discipuli admodum timidi erant antequam id quod par erat ediscerent, et dono Spiritus sancti dignarentur: postmodum vero leonibus audaciores fue-

*Virtutis merces ipsius laborem levat. Eleemosyna commendatur.* — Dura virtus est ; sed ipsi circumponamus magnas futurorum promissiones. Probi enim ipsam per se virtutem, missis cæteris, speciosam habent, ideoque ipsam colunt, ac propter Dei placitum, non propter mercedem recte agunt : magnamque rem continentiam putant, non ut supplicium vitent, sed quia id Deus præcepit. Si quis vero infirmior sit, is præmia cogitet. Sic circa eleemosynam faciamus, et contribulium nostrorum misereamur : ne fame enectos despiciamus. Quomodo enim non absurdum fuerit, nos ad mensam sedere in risu, in deliciis, dum alios in trivio audimus ejulantes, neque ad ejulantem nos convertere, sed eum moleste ferre, et deceptorem vocare. Quid dicis, o homo ? an pro pane uno quis

decipit? Etiam, dices. Ideo ergo magis debet ad comiserationem movere, ideo maxime ex necessitate erudiendus est. Si vero dare nolis, saltem ne contumeliam inferas: si nolis ex naufragio eripere, ne impellas in barathrum. Tecum reputa, cum accedentem repellis, quid Deum rogando impetraturus sis. *Qua enim mensura, inquit, mensi fueritis, remetietur vobis (Matth. 7. 2)*. Cogita quomodo ille repulsus abeat, prono capite, lugens, paupertatis simul et contumelie vulnus referens. Nam si mendicare maledictum putatis, petentem non accipere, et cum contumeliis discedere, cogita quantam excitet tempestatem. Quosque feris similes erimus, et naturam ipsam per avaritiam ignorabimus? Multi de his ingemiscunt: at volo non nunc tantum, sed semper hanc misericordiam obtinere. Cogita mihi diem illam, qua stabimus ante tribunal Christi: quando misericordiam petemus, et in medium adductus Christus sic alloquetur: Propter panem unum, aut unum obolum, tantam in horum animis excitationem tempestatem; quid dicemus? quam defensionem afferemus? Quod enim ipsos in medium adducturus sit, audi ex ejus verbis: *In quantum non fecistis uni ex his, neque mihi fecistis (Matth. 25. 45)*. Neque enim illi tunc dicent aliquid ad nos, sed Deus pro illis nos coarguet. Nam Lazarum quidem dives vidit, Lazarusque nihil ei dicit, sed Abraham pro eo loquutus est. Sic et pauperibus eveniet, qui nunc a nobis spernantur. Non enim manum extendentes videbimus, misero habitu, sed in requie constitutos. Nos autem illorum speciem et habitum induemus: atque utinam solum habitum, nec, quod multo gravius erit, supplicium. Neque enim dives ille de micis saturari cupiebat ibi, sed torrebatur et graviter cruciabatur; et audivit: *Recepisti bona in vita tua, et Lazarus mala (Luc. 16. 25)*. Ne igitur magnum quidpiam esse divitias existimemus. Hæc namque viaticum ad supplicium nobis erunt, nisi attendamus; ut contra, si attendamus, paupertas additamentum nobis erit deliciarum et quietis. Nam peccata abstergemus si hanc cum gratiarum actione toleremus, et magnam apud Deum acquirimus fiduciam.

5. Ne ergo semper requiem quæramus, ut illic requie fruamur: sed pro virtute labores suscipiamus, superflua reseceamus, et nihil amplius quæramus, sed in pauperes omnia nostra effundamus. Quænam nobis erit excusatio, quando ipse nobis cælum promittit, nos autem neque panem ipsi præbemus? cum ipse

tibi solem oriri curet (*Matth. 5. 45*), et omne tibi creaturarum ministerium præbeat; tu vero ne vestem quidem des ipsi, neque ipsum tecti consortem facias? Et quid dico solem et creaturam? Corpus tibi suum dedit, et sanguinem pretiosum; tu vero ne potum quidem illi præbes? At semel dedisti? Verum non est hoc misericordia: donec enim habens non dederis, nondum totum implevisti. Nam virgines quæ lampades habebant, oleum quoque habebant, sed non sufficiens. Oportebat, si tua dares, non ita parcum esse: nunc vero cum ea quæ Domini sunt largiris, cur tam tenuax es? Vultisne dicam tantæ causam inhumanitatis? Hi qui per avaritiam colligunt, ad eleemosynam sunt pigri: nam qui ita lucrari didicit, expendere nescit. Quomodo enim sic ad rapinam paratus, ad contrarium se converterit? qui aliena rapit, quomodo sua alii dabit? Etenim canis qui carnibus vesci assuevit, non ultra potest gregem custodire: ideo eos qui hujusmodi sunt pastores inactant. Quod ne nos etiam patiamur, a tali cibo abstineamus. Nam hi carnibus vescuntur, qui per famem mortem inducunt. Non vides quomodo omnia communia nobis Deus permisit? Nam si pauperes esse permisit, id in divitum gratiam fecit, ut possent per eleemosynam peccata deponere. Tu vero hac in re crudelis et inhumanus es. Unde liquet te, si in majoribus hanc haberes potestatem, innumeras admissurum cædes, et lucem vitamque omnibus interclusurum fuisse. Quod ne fieret, insatiabilitati tali viam præcidit. Quod si hæc audientes agere fertis, multo magis ego, qui hæc videam. Quousque tu dives, ille pauper erit? Usque ad vesperam: ulterius non licet. Adeo enim brevis est vita, et omnia jam in januis sunt, ut brevis hora omnia existimanda sint. Quid tibi opus est redundante penu, quid servorum et dispensatorum grege? cur non potius tibi mille eleemosynæ præcones comparas? Penu nullam emit tit vocem, sed fures multos allicit: penus vero pauperum ad Deum ipsum ascendit, præsentem vitam reddit suavem, omniaque solvet peccata, ac gloriam apud Deum, honorem apud homines afferet. Cur ergo tibi tot bona invides? Tibi enim longe magis quam pauperibus beneficium præstas: illis namque præsentia largiris; tibi vero futuram gloriam et fiduciam apparatus: quam nos omnes utinam assequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

## HOMILIA LXXVIII.

CAP. 16. v. 5. *Hæc autem ab initio vobis non dixi, quia vobiscum eram. Nunc autem vado ad eum qui misit me, et nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? 6. Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.*

1. *Tristitia quæ bona sit.* — Magna tristitiæ vis, et multa nobis opus est fortitudine, ut huic animi morbo generese resistamus; et hinc parta utilitate, quod superfluum in illa est, relinquamus: aliquid enim

utilitatis habet. Nam cum peccamus vel nos vel alii, tunc solum tristitia bonum est: cum autem in humanas incidimus calamitates, inutilis tristitia est. Quia ergo discipulos nondum perfectos hæc oppugnabat, vide quomodo Christus illos etiam increpatione adhibita corrigat. Nam qui millies illum antea interrogaverant, ut cum Petrus diceret, *Quo vadis?* et Thomas, *Nescimus quo vadis: et quomodo possumus viam scire (Joan. 13. 36. et 14. 5)?* et Philippus, *Ostende nobis*



ἀπὸ τῆς ὕδρευς πληγῆν λαθῶν. Εἰ γὰρ τὸ ἐπαίτεῖν κατάραν ὑμεῖς τίθεσθε, τὸ αἰτοῦντα μὴ λαθεῖν, καὶ ὕδρισθέντα ἀπελθεῖν, σκόπει πόσον χεიმῶνα ἐργάζεται. Μέχρι τίνος τοῖς θηρίοις ἔοικαμεν, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν διὰ τὴν πλεονεξίαν ἀγοοῦμεν; Πολλοὶ στενάζουσιν ἐπὶ τοῦτοις· ἀλλ' οὐ βούλομαι νῦν, ἀλλὰ διαπαντὸς τοῦτον ἔχειν τὸν ἔλεον. Ἐννόησόν μοι τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὅταν παραστώμεν τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ· ὅταν παρακαλώμεν ἐλετηθῆναι, καὶ εἰς μέσον αὐτοῦ ἀγαγῶν ὁ Χριστὸς λέγῃ πρὸς ἡμᾶς, ὅτι Δι' ἄρτον ἓνα καὶ ὄβολον ἓνα, τοσοῦτον ταῖς ψυχαῖς ταύταις ἐνεργάσαθε κλυδώνιον· τί ἐροῦμεν; τί δὲ ἀπολογησόμεθα; Ὅτι γὰρ καὶ εἰς μέσον αὐτοῦ; ἄξει, ἀκουσον τί φησιν· *Ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποίησατε ἐν τούτων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποίησατε*. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι λοιπὸν ἐροῦσι τι πρὸς ἡμᾶς<sup>a</sup>, ἀλλ' ὁ Θεὸς ὑπὲρ αὐτῶν ἡμῶν καθάψεται. Ἐπεὶ καὶ τὸν Λάζαρον ὁ πλούσιος εἶδε· καὶ ὁ μὲν Λάζαρος οὐδὲν πρὸς αὐτὸν εἶπεν, ὁ δὲ Ἀβραὰμ τὸν ὑπὲρ ἐκείνου λόγον ἐποίησατο. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πενήτων ἔσται τῶν νῦν παρ' ἡμῶν καταφρονουμένων. Οὐ γὰρ χεῖρας αὐτοῦς προτείνοντας ὀφίμεθα ἐλευσίνῃ σῆματι, ἀλλ' ἐν ἀναπαύσει ὄντας· ἡμεῖς δὲ τὸ ἐκείνων ληφόμεθα σῆμα· καὶ εἴθε τὸ σῆμα μόνον, καὶ μὴ τὸ πολλῶν χαλεπώτερον, τιμωρίαν! Οὐδὲ γὰρ ὁ πλούσιος ψυχῶν ἐπεθύμει χορτασθῆναι ἐκεῖ· ἀλλ' ἀπετηγανίζετο καὶ ἐκολάζετο χαλεπῶς, καὶ ἤκουσεν, ὅτι *Ἀπέλαθε τὰ ἀγαθὰ σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακά*. Μὴ τοίνυν μέγα τι τὸν πλοῦτον νομίζωμεν. Οὗτος γὰρ ἐφόδιον ἡμῖν ἔσται κολάσεως, ἐν μὴ προσέχωμεν· ὡσπερ οὖν ἐὰν προσέχωμεν, καὶ ἡ πνία προσθήκη γίνεται καὶ τρυφῆς καὶ ἀναπαύσεως ἡμῖν. Καὶ γὰρ καὶ ἁμαρτήματα ἀποτιθέμεθα, ἂν εὐχαρίστως ταύτην φέρωμεν, καὶ πολλὴν παρὰ τῷ Θεῷ κτώμεθα τὴν παρρησίαν.

ε'. Μὴ τοίνυν αἰετὴν ἀδειαν ζητῶμεν, ἵνα ἀδείας ἀπολαύσωμεν ἐκεῖ· ἀλλὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς δεζώμεθα πόνους, καὶ τὰ περιττὰ περικόπτωμεν, καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητῶμεν, ἀλλ' εἰς τοὺς δεομένους τὰ ὄντα πάντα ἀναλίσκωμεν. Τίνα γὰρ ἔχομεν ἀπολογίαν, [457] ὅταν αὐτοὺς μὲν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν ἐπαγγέλλεται, ἡμεῖς δὲ μηδὲ ἄρτον αὐτῷ παρέχωμεν; ὅταν αὐτοὺς μὲν σοὶ τὸν ἥλιον ἀνατέλλῃ, καὶ πᾶσαν τῆς κτίσεως παρέχῃ τὴν διακονίαν· σὺ δὲ οὐδὲ ἱμάτιον αὐτῷ δίδως, οὐδὲ στέγης κοινωνεῖν ποιεῖς; Καὶ τί λέγω ἥλιον καὶ κτίσιν; Τὸ σῶμά σοι παρέθηκε, τὸ αἷμα τὸ τίμιον ἔδωκε· σὺ δὲ οὐδὲ ποτηρίου μεταδίδως; Ἄλλ' ἔδωκας ἄπαξ; Ἄλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο ἔλεος· ἔως

<sup>a</sup> Sic Savil. Legebatur ἐροῦσι, Τί πρὸς ἡμᾶς; Ἐστ.

γὰρ ἂν ἔχων μὴ ἐπαρκῆς, οὐδέπω τὸ πᾶν ἐπλήρωσας. Ἐπεὶ καὶ αἱ παρθέναι τὰς λαμπάδας ἔχουσαι, εἶχον ἔλαιον, ἀλλ' οὐ θαφίλεις. Ἐχρῆν μὲν οὖν, εἰ καὶ ἀπὸ τῶν σαυτοῦ παρεῖχες, μηδὲ οὕτως εἶναι φειδωλὸς· νῦν δὲ τὰ τοῦ Δεσπότητος διδούς, τίνος ἕνεκεν μικρολογῆ; Εἶπω βούλεσθε τὴν αἰτίαν ταύτης τῆς ἀπανθρωπίας; Ἀπὸ πλεονεξίας συνάγουσι τὰ ὄντα, καὶ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην εἰσὶν ὀκνηροὶ οὗτοι· ὁ γὰρ οὕτω μαθῶν κερδαίνειν, ἀναλίσκειν οὐκ οἶδε. Πῶς γὰρ ἂν τις παρεσκευασμένος εἰς ἀρπαγῆν, πρὸς τὸ ἐναντίον ἑαυτοῦ βυθιάσειν; ὁ γὰρ τὰ παρ' ἐτέρων λαμβάνων, πῶς δυνήσεται τὰ ἑαυτοῦ προέσθαι ἐτέρῳ; Καὶ γὰρ κῶνον μελετήσας σαρκῶν ἀπογεῦσθαι, φυλάττειν οὐκέτι δύναται τὴν ἀγέλην· διὰ τοῦτο τοὺς τοιοῦτους καὶ ἀναίρουσιν οἱ ποιμένες. Ὅπερ ἴνα μὴ καὶ ἡμεῖς πάσχωμεν, ἀποσχόμεθα τῆς τοιαύτης εὐθιᾶς. Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι σαρκῶν ἀπογεύονται, οἱ τὸν διὰ λιμοῦ θάνατον ἐπιστάγοντες. Οὐχ ὄραξ πῶς πάντα κοινὰ ἡμῖν ἀνήκεν ὁ Θεός; Εἰ γὰρ ἐν χρήμασι εἶσε πένεσθαι, καὶ αὐτὸ τῆς τῶν πλουτούντων ἕνεκα παραμυθίας, ἵνα ἔχωσι διὰ τῆς εἰς ἐκείνους ἐλεημοσύνης ἀποδύεσθαι τὰ ἁμαρτήματα. Σὺ δὲ καὶ ἐν τοῦτω ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος γέγονας. Ὅθεν δῆλον ὅτι εἰ καὶ ἐν τοῖς μειζροῖς ταύτην ἔλαβες τὴν ἐξουσίαν, μυρίους ἂν εἰργάσω φόνους, καὶ τὸ φῶς καὶ τὴν ζωὴν ἄπασαν ἀπέκλεισας. Ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, ἀνάγκη τὴν ἐν ἐκείνοις ἀπλησίαν διέκοψεν. Εἰ δὲ ἀλγείτε ταῦτα ἀκούοντες, πολλῶν μᾶλλον ἐγὼ ταῦτα γινόμενα ὄρων. Μέχρι πότε σὺ πλούσιος<sup>b</sup>, κάκεινος πένης; Μέχρι τῆς ἐσπέρας, περαιτέρω δὲ οὐκ ἔτι. Οὕτω γὰρ βραχὺς ὁ βίος, καὶ πάντα· ἐπὶ θύραις ἔστηκε λοιπὸν, ὡς ὤραν βραχείαν τὸ πᾶν εἶναι νομίζεσθαι. Τί σοὶ δεῖ ταμειῶν ἐρευγομένων, καὶ πλῆθους οἰκετῶν καὶ οἰκονόμων; διατί μὴ μυρίους ἔχεις κήρυκας τῆς ἐλεημοσύνης; Τὸ μὲν γὰρ ταμειῶν οὐδεμίαν ἀφίτησιν φωνῆν, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἐπισπάσεται ληστὰς· τὰ δὲ τῶν πενήτων ταμεία πρὸς αὐτὸν ἀναθήσεται τὸν Θεόν, καὶ ἡδὺν τὸν παρόντα ἐργάσεται βίον, καὶ πάντα λύσει τὰ ἁμαρτήματα, καὶ δόξαν παρὰ Θεῷ, καὶ τιμὴν παρὰ ἀνθρώποις ὀφεί. Τί τοίνυν φρονεῖς σεαυτῷ τοσοῦτον ἀγαθῶν; Οὐ γὰρ ἐκείνους, ἀλλὰ σαυτὸν εὐποίησαι μειζρόνως, ἐκείνους εὐεργετῶν. Τοῖς μὲν γὰρ τὰ παρόντα ἐπανορθώσεις, σαυτῷ δὲ τὴν μέλλουσαν δόξαν καὶ παρρησίαν προαποθήσῃ· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλοφρονίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

<sup>b</sup> Quidam πότι πλούσιος. \* Plenius Savil. ὁ βίος, καὶ πάντα ἐν ἐσχάτοις, καὶ πάντα.

#### [458] ΟΜΙΛΙΑ ΟΗ'.

*Ταῦτα δὲ ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον ὑμῖν, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἦμην. Νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με, Ποῦ ὑπάγεις; Ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.*

α'. Μεγάλῃ τῆς ἀθυμίας ἡ τυραννίς, καὶ πολλῆς ἡμῖν τῆς ἀνδρείας δεῖ, ὥστε στήναι πρὸς τοῦτι τὸ πάθος γενναίως, καὶ τὸ χρήσιμον ἀπ' αὐτοῦ καρπομένοιο, τὸ περισσοῦν ἔξῃ· ἔχει γὰρ τι καὶ χρήσιμον. Ὅταν μὲν γὰρ ἁμαρτάνωμεν ἡμεῖς ἢ ἕτεροι, τότε μόνον λυπεῖσθαι καλόν· ὅταν δὲ ἀνθρωπίναις περιστάσεσιν ἐμπέσωμεν, ἀχρηστός λοιπὸν τῆς ἀθυμίας ἢ χρῆσις. Ἐπεὶ οὖν καὶ

τοὺς μαθητὰς οὐδέπω τελείους ὄντας αὐτὴ κατεπάλασεν, ὅρα πῶς αὐτοὺς διορθοῦται διὰ τῆς ἐπιπλήξεως. Οἱ γὰρ μυρία πρὸς τοῦτον αὐτὸν<sup>a</sup> ἐρωτῶντες (καὶ γὰρ ὁ Πέτρος ἔλεγε, *Ποῦ ὑπάγεις*; καὶ ὁ Θωμᾶς δὲ, *οὐκ οἶδαμεν ποῦ ὑπάγεις, καὶ πῶς δυνάμεθα τὴν ὁδὸν εἰδέναι*; καὶ ὁ Φίλιππος, *Δείξον ἡμῖν τὸν Πατέρα σου*), οὗτοι νῦν ἀκούσαντες ὅτι *Ἀποσυναγῶγους ποιήσουσι*, καὶ ὅτι *Μισήσουσιν ὑμᾶς, καὶ, ὅτι Ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς, ὁἷξαι λατρεῖαν προσφέρειν τῷ Θεῷ*, οὕτω κατέπεσον, ὡς ἀφασίᾳ κατασχεθῆναι λοιπὸν, καὶ μηδὲν αὐτῷ διαλέγεσθαι. Ὅπερ οὖν αὐτοῖς ὀνειδίξωμεν ἔλεγε· *Ταῦτα ἐξ*

<sup>a</sup> Quidam omittunt αὐτόν.

ἀρχῆς οὐκ εἶπον ὑμῖν, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην. Νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἔρωτᾷ με, Πού ὑπάγετε; Ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν. Δεινὸν γάρ ἡ ταύτης ἀμετρία, δεινὸν, καὶ θανάτου κατασκευαστικόν. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Μὴ πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῆ ὁ τοιοῦτος. Ταῦτα δὲ ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον ὑμῖν*, φησί. Τίνας δὲ ἔνεκεν ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπεν; Ἴνα μή τις λέγῃ, ὅτι ἀπὸ τῶν πολλῶν; συμβάντων στοχαζόμενος ἔλεγε. Καὶ τί δήποτε πράγματι ἐπιχειρεῖ τοσαύτην ἔχοντι δυσκολίαν; Ἥδειν μὲν, φησὶν, αὐτὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ οὐ διὰ τὸ μὴ εἰδέναι οὐκ ἔλεγον· ἀλλ' *"Οἱ μεθ' ὑμῶν ἤμην*. Καὶ τοῦτο ἀνθρωπίνως· πάλιν ὡσαυτὲ ἔλεγεν, Ὅτι ἐν ἀσφαλείᾳ ἦτε, καὶ ἐξὸν ἦν ἔρωτᾷν ὅτε ἂ ἐβούλεσθε, καὶ ἐπ' ἐμὲ ὁ πόλεμος ἄπας ἀνεῖρηπίζετο, καὶ περιττὸν ἦν εἰπεῖν ταῦτα ἐξ ἀρχῆς. Ἄρ' οὖν τοῦτο οὐκ εἶπεν; οὐχὶ τοὺς δώδεκα καλέσας ἔλεγεν· *Ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε, καὶ μαστιγώσουσιν ὑμᾶς ἐν ταῖς συναγωγαῖς*; πῶς οὖν φησιν, ὅτι Ἄρ' ἀρχῆς οὐκ εἶπον; Ὅτι μάλιστα καὶ ἀπαγωγὰς προσηφώνησαν, οὐ μὴν ὅτι οὕτω δόξει ὁ θάνατος αὐτῶν εἶναι περισπούδατος, ὡς καὶ λατρίαν τὸ πρῶγμα νομίζεσθαι. Τοῦτο γὰρ πάντων μᾶλλον ἰκανὸν ἦν αὐτοὺς καταπλήξαι, εἴ γε ἐμελλον ὡς ἀσεβεῖς καὶ λυμενῶνς κριθῆσθαι. Πρὸς τοῦτοις δὲ κάκεινο ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι ἐκεῖ μὲν ἂ παρὰ τῶν ἐθνῶν ἐμελλον πάσχειν εἶπεν, ἐνταῦθα δὲ [459] καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ προσέθηκε μετὰ πλεονοσίας τῆς ὑπερβολῆς, καὶ ὅτι ἐπὶ θύραις ἐστὶν ἐδόξαζε. *Νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν λέγει· Πού ὑπάγετε;* Ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν. Οὐ μικρὰ καὶ αὕτη παραμυθία τὸ μαθεῖν αὐτοὺς, ὅτι ἤδει τῆς ἀθυμίας τὴν ὑπερβολὴν. Ὑπὸ γὰρ τῆς ἀγωνίας; τῆς διὰ τὴν ἐρημίαν τὴν αὐτοῦ, καὶ τοῦ τὰ μέλλοντα ἐκδέχεσθαι αὐτοὺς; δευτὰ (οὐδὲ γὰρ ἤδεσαν εἰ δυνήσονται ἀνδρῶν; ἐνεγκεῖν) ἐξέστησαν. Τίνας οὖν ἔνεκεν οὐ μετὰ ταῦτα εἶπεν αὐτοῖς, ὅτε τοῦ Πνεύματος κατηξιώθησαν; Ἴνα μάθῃς, ὅτι σφόδρα ἦσαν ἐνάρετοι. Εἰ γὰρ μηδέπω Πνεύματος καταξιωθέντες οὐκ ἀπεπήδησαν, τῇ λύπῃ καταχωσθέντες, ἐννόησον τίνας ἐμελλον ἐσεσθαι τῆς χάριτος ἀπολαύσαντες. Εἰ γὰρ τότε ἀκούσαντες ἤνεγκαν, τῷ Πνεύματι ἂν τὸ πᾶν ἐλογισάμεθα· νῦν δὲ δόλοκληρος τῆς διανοίας αὐτῶν ἐστὶν ὁ καρπός, καὶ σαφῆς τοῦ πόθου τοῦ πρὸς τὸν Χριστὸν ἀπόδειξις, γυμνὴν ἔτι τὴν διάνοιαν βασανίζοντος. Ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λέγω. Ὅρα πῶς παραμυθεῖται αὐτοὺς; πάλιν. Οὐ γὰρ τὰ πρὸς χάριν λέγω, φησὶν, ἀλλὰ, κἄν μυριάκις λυπήσθε, τὸ συμφέρον ἀκούσαι δεῖ. Ὑμῖν μὲν γὰρ κατὰ γνώμην ἐστὶν ἐμὲ παρῆναι· τὸ δὲ συμφέρον ἕτερον. Κηδομένου δὲ ἐστὶ, τὸ μὴ ἐπὶ τοῖς συμφέροντι τῶν γνωρίμων φεῖσεσθαι καὶ ἀπαγεῖν τοῦ λυσιτελοῦντος αὐτοῦς. *Ἐάν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλω, φησὶν, ὁ Παράκλητος οὐ μὴ ἔλθῃ. Τί λέγουσιν ἐνταῦθα οἱ τὴν προσήκουσαν περὶ τοῦ Πνεύματος οὐκ ἔχοντες δόξαν; συμφέρει Δεσπότην ἀπελθεῖν, καὶ δοῦλον παραγενέσθαι;* Ὅρα πῶς πολλῇ τοῦ Πνεύματος ἡ ἀξία; *Ἐάν δὲ ἀπέλω, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς. Καὶ τί τὸ κέρδος;* Ἐκεῖνος ἐλθὼν, ἐλέγξει τὸν κόσμον· τούτεστιν, Οὐκ ἀτιμωρητὴ ταῦτα πράξουσιν, ἂν ἐκεῖνος ἔλθῃ. Ἰκανὰ μὲν γὰρ καὶ τὰ ἤδη γεγνημένα ἐπιστομίαι αὐτοῦς· ὅταν δὲ καὶ δι' ἐκεῖνου ταῦτα γίνηται, καὶ διδάγματα τελειότερα καὶ σημεῖα μεῖζονα, πολλῶ μᾶλλον κατακριθήσονται, ὀρώντες τοσαῦτα ἐν τῷ ὄνοματί μου γινόμενα·

ὅπερ σαφεστέραν ποιεῖ τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀποδείξιν. Νῦν μὲν γὰρ δύνανται λέγειν, ὅτι ὁ τοῦ τέκτονος υἱός, οὐ ἡμεῖς οἶδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα· ὅταν δὲ ἴδωσι θάνατον λυόμενον κακίαν ἐκβαλλομένην, χλωρίαν φύσεως διορθουμένην, δαιμόνας ἐλαυνομένους, Πνεύματος χορηγίαν ἀφαιτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα ἐμοῦ καιουμένου γινόμενα, τί ἐροῦσιν; Ἐμαρτύρησε γὰρ περὶ ἐμοῦ καὶ ὁ Πατήρ· μαρτυρήσει δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα. Καίτοι καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἂ ἐμαρτύρησεν· ἀλλὰ καὶ νῦν τοῦτο ποιήσει.

β'. Τὸ δὲ, *Ἐλέγξει περὶ ἁμαρτίας*, τοῦτ' ἐστὶ, Πᾶσαν ἀπολογίαν αὐτῶν ἐκκόψει, καὶ δεῖξει πεπλημμεληκότας ἀσυγγνωστα. *Καὶ περὶ δικαιοσύνης, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι, καὶ οὐκέτι θεωρεῖσθε με*· τούτεστιν, Ὅτι ἀληπτον ἢ παρεσχόμεν βίον. Καὶ τοῦτο τεκμήριον, τὸ πρὸς τὸν Πατέρα πορεύεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτῷ αἰετοῦτο ἐνεκάλουν, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἁμαρτωλὸν αὐτὸν ἔλεγον καὶ παράνομον, φησὶν, ὅτι καὶ ταύτην ἀναιρήσει τὴν πρόφασιν. Εἰ γὰρ τὸ νομίζεσθαι ἐμὲ μὴ εἶναι ἐκ τοῦ [460] Θεοῦ, τοῦτο παράνομον δεῖκνυσιν· ὅταν δεῖξῃ τὸ Πνεῦμα ἐκεῖ με ἀπελθόντα, καὶ οὐ πρὸς ὦραν, ἀλλὰ μένοντα ἐκεῖ (τὸ γὰρ, *Οὐκ ἐτι θεωρεῖτέ με*, τοῦτό ἐστι δηλοῦντος)· τί ἐροῦσι λοιπόν; Ὅρα διὰ δύο τούτων ἀναιρουμένην τὴν πονηρὰν ὑπόψιν. Οὕτε γὰρ τὸ σημεῖα ποιεῖν ἁμαρτωλοῦ (οὐ γὰρ δύναται ἁμαρτωλὸς σημεῖα ποιεῖν), οὔτε τὸ παρὰ Θεῷ εἶναι διαπαντὸς ἁμαρτωλοῦ. Ὅστε οὐκ ἐτι δύνασθε ἂ λέγειν, ὅτι Οὗτος ἁμαρτωλὸς ἐστὶν, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἐκ τοῦ Θεοῦ. *Περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τοῦτου κέκριται*. Πάλιν ἐνταῦθα τὸν περὶ δικαιοσύνης ἀνακινεῖ λόγον, ὅτι κατεπάλασε τὸν ἀντίδικον. Οὐκ ἂν δὲ ἁμαρτωλὸς ὢν κατεπάλασεν· ὅπερ οὐδὲ δίκαιός τις ἀνθρώπων ποιῆσαι ἴσχυσεν. Ὅτι γὰρ κατακρίσεται δι' ἐμὲ, εἰσονται οἱ καταπατοῦντες αὐτὸν ὑστερον, καὶ τὴν ἀναστασίην μου σαφῶς εἰδότες, ὅπερ κατακρίνοντός ἐστιν. Οὐ γὰρ ἴσχυσέ με καταχεῖν. Ἐπεὶ οὖν ἔλεγον, ὅτι δαιμόνιον ἔχω, καὶ ὅτι πλάνος εἰμι, καὶ ταῦτα μετὰ ταῦτα δειχθήσεται ἔωλα ὄντα. Οὐ γὰρ ἂν αὐτὸν εἶλον, εἴ γε ἁμαρτία ὑπεύθυνος ἤμην· νυνὶ δὲ κατακρίσεται καὶ ἐκδέδηται. *Ἐτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι*. Οὐκοῦν συμφέρει ἐμὲ ἀπελθεῖν, εἴ γε τότε μέλλετε βαστάζειν, ὅταν ἀπέλω. Καὶ τί γέγονεν; *Μεῖζόν σου τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ὅτι νῦν μὲν οὐ βαστάζομεν, ἐκεῖνο δὲ ἡμᾶς βαστάζειν παρασκευάσει; μεῖζον ἢ ἐκεῖνον ἐνέργεια καὶ τελειότερα;* Οὐ τοῦτο· καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὰ ἐμὰ ἐρεῖ. Διὰ τοῦτό φησι· *Ἄρ' ἐαυτοῦ λαλήσει οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ*. *Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ἐμὰ ἐστίν*. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει καὶ ἀναμνήσει, καὶ ἐν ταῖς ὀλιψαῖς ὑμᾶς παραμυθήσεται, ὅπερ αὐτὸς οὐκ ἐποίησε, καὶ ὅτι *Συμφέρει ἐμὲ ἀπελθεῖν*, κάκεινον ἐλθεῖν, καὶ, Νῦν μὲν οὐ δύνασθε βαστάζειν, τότε δὲ δυνήσεσθε, καὶ ὅτι Ὀδηγήσει εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· ἵνα μὴ ταῦτα ἀκούοντες, μεῖζον τὸ Πνεῦμα νομίσωσι, καὶ εἰς ἀσεβείας ὑπόθεσιν ἐσχάτην ἐμπέσωσι, διὰ τοῦτό φησιν, *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται*· τούτεστιν, Ἄπερ ἂν εἶπον ἐγὼ, ταῦτα κάκεινος ἐρεῖ. Ὅταν δὲ εἴπῃ, *Οὐδὲν ἄρ' ἐαυτοῦ λαλήσει*, οὐδὲν ἐναντίον, οὐδὲν ἴδιον παρὰ τὰ ἐμὰ φησιν. Ὅσπερ οὖν περὶ ἐαυτοῦ

β Αἰεὶ καίτοι τὴν ἀρχὴν. γ Suspiciator Savillus legendum ἀνεπίληπτον. Sed ἀληπτον legitur in omnibus exemplaribus. Ibidem unus habet secunda manu καὶ τούτου τεκμήριον, forlasse mellius. δ Morel. δύναται.

α Αἰεὶ ἐρωτᾷν ὅτι.

*Patrem tantum (Joan. 14. 8) : hi nunc audientes, Extra synagogam facient vos; et, Odio habebunt; et, Qui interficiet vos., arbitrabitur se obsequium præstare Deo (Ibid. 15. 19. et 16. 2); ita animo conciderunt, ut ne nutire quidem possent vel loqui. Quod exprobrans eis dicebat: Hæc ab initio non dixi vobis, quia vobiscum eram. Nunc autem vado ad eum, qui me misit; et nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Nimia quippe tristitia gravis est; gravis, inquam, et ad mortem viam parat. Ideo Paulus dicebat: Ne abundantiore tristitia absorbeat ille. Hæc autem ab initio vobis non dixi (2. Cor. 2. 7), inquit. Cur ab initio non dixit? Ne quis diceret eum a sæpe contingentibus conjecturam fecisse. Et cur rem aggreditur tam difficilem? Hæc, inquit, ab initio sciebam, nec ideo tacebam quod nescirem; sed Quia vobiscum eram. Hoc rursus humano more dicitur; id est: Quia in tuto eratis, et poteratis pro lubito sciscitari, atque in me totum bellum vertebatur; superfluumque fuisset hæc ab initio dicere. An ergo non dixit? nonne convocatis duodecim dicebat, Ad præsides et reges ducemini, et flagellabunt vos in synagogis (Math. 10. 18. 17)? cur ergo ait, Ab initio non dixi? Quia verbera et abductiones prædixerat; non tamen significaverat eadem eorum ita cordi fore hostibus ut rem divinum cultum esse putarent. Hoc enim maxime illos detererere poterat, si tanquam impii et perniciosi erant judicandi. Ad hæc vero, tunc ea quæ a gentilibus passuri erant prænuntiabat; hic vero Judaica addidit, et cum majore vehementia, docuitque in januis illa esse. Nunc autem vado ad eum qui me misit, et nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Non parva hæc consolatio erat, quod ipsi scirent non se illum quanto in mœrore essent. Nam præ anxietate, ob discessum ejus et mala ipsos invasura, quæ utrum ferre possent ignorabant, attoniti erant. Cur non dixit illis postea, cum acceperunt Spiritum sanctum? Ut discas illos jam in virtute firmatos fuisse. Si enim nondum Spiritu dignati non resilierunt, licet tristitia obruti, cogita quales futuri erant gratia repleti. Nam si tunc his auditis rem tulissent, totum Spiritui reputarem: nunc vero totus animæ eorum fructus est, et clara ex nuda anima profecti amoris erga Christum demonstratio. 7. Sed ego veritatem dico vobis. Vido quomodo rursus consolatur illos. Non ad gratiam loquor, inquit; sed etiamsi admodum contristemini, quod expedit audiendum est. Vos ut adsim optatis, usus aliud postulat. Curatoris autem est, non parere amicis, si quando rem sibi utilem amoveri velint. Si ego non abiero, Paracletus non veniet. Quid hic dicunt illi, qui de Spiritu non recte sentiunt? expeditne Dominum abire, et servum venire? Viden' quanta sit Spiritus dignitas? Si autem abiero, mittam illum ad vos. Equa hinc utilitas? 8. Cum venerit ille, arguet mundum; id est, Non impune hæc facient, si ille venerit. Quæ jam facta sunt enim, erant ad silentium ipsis impouendum satis: cum autem hæc per*

illum facta fuerint, perfectiorque doctrina et majora miracula fuerint, multo magis damnabuntur, tot tantaque videntes in nomine meo fieri; quod clariorem reddit resurrectionis demonstrationem. Nunc enim dicere possunt, fabri filium esse, cuius nos patrem et matrem novimus: cum viderint autem solitam mortem, pulsam malitiam, claudicantem naturam recto incedentem, fugatos dæmonas, immensam Spiritus largitionem, et hæc nominis mei invocatione fieri: quid dicent? Testimonium perhibuit de me Pater, perhibebit et Spiritus. Atqui a principio hoc fecit; sed etiam nunc faciet.

2. Quid est, Arguet de peccato. Quid, De justitia. Quid, De judicio.—Illud autem, 9. Arguet de peccato, id est, Omnem excusationem eis auferet, ostendetque illorum scelera sine venia esse. 10. Et de justitia, quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me; id est, Quia irreprehensibilem vitam duxi: cuius rei indicium est, quod ad Patrem vadam. Quia enim semper illum accusabant, quod ex Deo non esset, et ideo illum peccatorem et iniquum dicebant, se hanc illis criminandi ansam sublaturum esse dixit. Nam si putare me non ex Deo esse, id me transgressorem exhibet: cum Spiritus me illo abeuntem, non ad horam, sed ut ibi maneam, ostenderit (illud enim, Jam non videbitis me, hoc indicat), quid postea dicent? Vide pravam opinionem per hæc duo sublata. Nam signa facere non est peccatoris, neque enim id potest peccator, neque a Deo esse peccatoris est. Ergo non ultra potestis dicere ipsum peccatorem, nec ex Deo non esse. 11. De judicio autem, quia princeps hujus mundi jam judicatus est. Hic rursus de justitia sermonem habet, quia adversarium superavit, quod peccator non potuit, neque justus quivis hominum. Quod enim propter me condemnatus sit, scient ii qui in posterum illum calcabunt, et resurrectionem meam manifeste videbunt, id quod condennantem est. Neque enim me potuit detinere. Quia ergo dicebant, me dæmonium habere et deceptorem esse: hæc omnia futilia esse deprehenduntur. Non enim illum cepissem, si peccato essem obnoxius: nunc vero condemnatus et ejectus est. 12. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Expedit ergo ut ego vadam, si quidem tunc portaturi estis, cum abiero. Et quid factum est? an Spiritus te major est, quando nunc non portamus, et ille nos ad portandum idoneos reddet? num major et perfectior est ejus efficacia? Minime: nam ille quæ mea sunt dicit. Ideo ait: 13. Nihil loquetur a semetipso, sed quæcumque audiet, loquetur, et quæ ventura sunt annuntiabit. 14. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. 15. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Cum dixisset, Ille vos docebit et vobis suggeret, atque in ærumnis vos consolabitur, quod ipse non fecit; et, Expedit ut ego vadam, et ut ille veniat; et, Nunc quidem non potestis portare, tunc vero poteritis; et, Vos deducet in omnem veritatem: ne his auditis, majorem esse Spiritum putarent, et in extremam incidere impietatem, ideo ait: De meo accipiet; id est, Quæ ego dixi, et

ille dicit. Cum vero dicit. *Nihil a se loquetur*, nihil contrarium, nihil proprium aut alienum, sed mea loquetur. Ut igitur de seipso loquens ait, *A meipso non loquor* (Joan. 14. 10), id est, Nihil nisi quæ Patris, nihilque proprium vel ab illo alienum: ita et de Spiritu intelligendum. Illud vero, *De meo*, id est, De iis quæ novi, de mea cognitione. Una quippe est mea et Spiritus scientia. *Et quæ ventura sunt annuntiabit vobis*. Illorum erigit animos: nullius enim tam cupidum est humanum genus, quam futura discendi. Hoc enim frequenter interrogabant eum, *Quo vadis?* quæ est via? Ille igitur cura eximens illos, dicit: *Omnia vobis prædicet, ne incauti ruatis. Ille me clarificabit. Quomodo?* In nomine meo opera efficiet. Quia enim post adventum Spiritus majora edituri signa erant, ideo æqualitatem indicans ait: *Ille me clarificabit. Quam vero dicit omnem veritatem?* Nam testificatur, quod nos deducturus sit ad omnem veritatem. Ipse namque quia carne indutus erat, et ne videretur de seipso magnifico loqui, quia item discipuli resurrectionem non noverant, et adhuc imperfectiores erant, tum propter Judæos, ne tamquam legis transgressorem puniro viderentur, non sæpe magnum quidpiam de se loquebatur, neque aperte a lege dissentiebat. Quia vero discipuli ab illis discissi erant, et Judæi extra positi, multique credituri et peccata abstersuri erant, aliique erant qui de ipso loquerentur, jure ille non magna ulterius de se dicebat. Itaque non est ignorantia meæ adscribendum, quod non dicam, quæ dicere oporteret, sed auditorum imbecillitati. Ideo cum dixisset, *Deducet vos in omnem veritatem*, addidit: *Non loquetur a semetipso*. Quod enim Spiritus doctrina non egeat, audi Paulum dicentem: *Ita et quæ Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei* (1. Cor. 2. 11). Quem admodum ergo spiritus hominis non ab alio doctus novit: ita Spiritus sanctus *De meo accipiet*; id est, Verbis meis consona dicit. *Omnia quæcumque Pater habet, mea sunt*. Quia ergo mea sunt illa, Spiritus autem ex iis quæ Patris sunt loquetur, ex meis loquetur.

3. *Quare Spiritus non ante advenerit quam recessisset Christus. Hypostasium distinctio. Æqualitas Personarum.*— Cur autem non venit Spiritus antequam ille discederet? Quia cum nondum maledictum sublatum erat, nondum peccatum erat solutum, sed adhuc omnes supplicio obnoxii erant, non venerat ille. Oportet ergo, inquit, inimicitiam solvi, et nos Deo reconciliari, tuncque donum illud accipere. Sed cur dicit, *Mittam eum?* Id est, Vos præparabo ad illum recipiendum. Quomodo enim qui ubique est, mittatur? Alioquin autem hypostasium distinctionem ostendit. Ideo hæc ita loquitur: et cum vix possent illi separari, ut Spiritui hæreant, ipsumque colant, suadet. Poterat enim et ipse hæc operari; sed ideo ipsum miracula patrare sinit, ut ejus dignitatem ediscant. Sicut enim Pater quæ sunt producere potuit, Filius autem id ipsum facit, ut ejus discamus potentiam: sic et Spiritus. Ideo ipse incarnatus est, Spiritui operationem reservans, ut eorum obstrueret ora,

qui ineffabilis benignitatis argumentum in occasionem impietatis arriperent. Cum enim dicunt, Ideo incarnatus est Filius, quia inferior Patre erat, ipsis respondebimus: Quid ergo dicetis de Spiritu sancto? Non enim carnem accepit, neque tamen ideo majorem Filio dicetis, neque Filium illo inferiorem. Ideo ab baptismum Trinitas assumitur. Nam Pater totum perficere potest, et Filius, et Spiritus sanctus: verum quia de Patre nemo dubitat, sed dubium circa Filium et Spiritum sanctum versatur, in initiatione assumitur, ut in communi largitione ineffabilium honorum, dignitatis communionem ediscamus. Nam quod Filius per seipsum ea possit, quæ in baptismo cum Patre potest, atque etiam Spiritus sanctus, clare dictum audi. Nam Judæis dicebat: *Ut sciatis quia potestatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata* (Marc. 2. 10); et rursum, *Ut filii lucis sitis*; et, *Ego vitam æternam do eis*; et postea, *Ut vitam habeant, et abundantius habeant* (Joan. 12. 36. et 10. 28. 10). Videamus quoque Spiritum hoc ipsum facientem. Ubinam? *Unicuique*, ait, *manifestatio Spiritus datur ad utilitatem* (1. Cor. 12. 7). Qui ergo hæc exhibet, multo magis peccata dimittit. Et iterum, *Spiritus est qui vivificat* (Joan. 6. 64); et, *Vivificabit per inhabitantem Spiritum in vobis* (Rom. 8. 11); et, *Spiritus viam per justitiam* (Ibid. v. 10); et rursum, *Si Spiritu ducimini, non estis sub lege* (Gal. 5. 18). *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum* (Rom. 8. 15). Tunc vero quæ faciebant miracula, per Spiritum qui supervenerat edebant. Et Corinthiis scribens dicebat Paulus: *Sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri* (1. Cor. 6. 11). Cum igitur multa de Patre audissent, et Filium vidissent multa operantem, de Spiritu autem nihildum manifeste scirent: ipse miracula edit, et perfectam inducit cognitionem. Sed ne hinc major esse putaretur, ut dixi, ideo ait: *Quæcumque audiet, loquetur, et quæ ventura sunt, annuntiabit*. Nam nisi hoc esset, quomodo non absurdum foret, si tunc auditorus esset, et propter discipulos? Neque enim secundum vos tunc notitiam accepturus erat, nisi propter audituros. Quo dicto quid iniquius fuerit? Alioquin, quid auditorus erat? nonne hæc omnia dixerat per prophetas? Nam sive de legis solutione loquutus erat, sive de Christo, de divinitate, et de incarnatione, hæc jam dicta fuerant. Quid enim apertius postea dicturus erat? *Et quæ ventura sunt, annuntiabit*. Illic maxime ostendit ejus dignitatem: nam Dei maxime proprium est, futura prædicere. Quod si hoc discat ab aliis, nihil plus quam prophetæ habebit: sed hic accuratissimam in Deo cognitionem ostendit, quod nihil aliud loqui possit. Illud vero, *De meo accipiet*; nempe de gratia quæ in carnem meam adventit, sive de illa ipsa, quam ego habeo cognitione; non quasi egeat, vel ab alio discat, sed quod una eademque sit cognitio. Cur vero sic, neque aliter dixit? Quia nondum Spiritus notitiam habebant. Quare unum tantum curat, ut credatur et

λέγων, Ἄπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, τοῦτο φησιν, ὅτι οὐδὲν ἐκτὸς τῶν τοῦ Πατρὸς, οὐδὲν ἰδίον τι παρ' ἐκείνων καὶ ἄλλοτριον· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος. Τὸ δὲ, Ἐκ τοῦ ἐμοῦ, ἐξ ὧν ἐγὼ οἶδα, ἐκ τῆς ἐμῆς γνώσεως. Μία γὰρ ἐμοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος γνώσις. Καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ἐπῆρεν αὐτῶν τὴν διάνοιαν· πρὸς οὐδὲν γὰρ οὕτω λήγοντα τὰ ἀνθρώπου γένος, ὡς πρὸς τὸ μανθάνειν τὰ μέλλοντα. Τοῦτο γοῦν συνεχῶς ἠρώτων αὐτὸν, Πού ὑπάγει; τίς [461] ἐστὶν ἡ ὁδός; Καὶ ταύτης οὖν ἀπαλλάττων αὐτοὺς τῆς φροντίδος, λέγει, ὅτι Πάντα ὑμῖν προερεῖ, ὥστε μὴ ἔμπεσοῖν ἀφυλάκτως. Ἐκείνος ἐμὲ δοξάζει. Πῶς; Ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἐμῷ δώσει τὰς ἐνεργείας. Ἐπειδὴ γὰρ μείζονα ἐμελλον ποιεῖν σημεῖα παραγινομένου τοῦ Πνεύματος, διὰ τοῦτο πάλιν τὴν ἱσοτιμίαν εἰσαγών, φησὶν· Ἐκείνος ἐμὲ δοξάζει. Ποῖαν λέγει πᾶσαν ἀλήθειαν; Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο αὐτῷ μαρτυρεῖ, ὅτι αὐτὸς ἡμᾶς ἂν ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Αὐτὸς μὲν γὰρ καὶ διὰ τὸ σὰρκα περιχεῖσθαι, καὶ διὰ τὸ μὴ δοξᾶν· περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, καὶ διὰ τὸ μηδέπω αὐτοὺς τὴν ἀνάστασιν εἰδέναι σαφῶς, καὶ ἀτελεστέροια εἶναι, καὶ διὰ τοὺς Ἰουδαίους, ἵνα μὴ ὡς παρανομοῦντα δοξῶσι κολάζειν, οὐδὲν μέγα ἐφθέγγετο συνεχῶς, οὕτε τοῦ νόμου σαφῶς ἀπέστησεν. Ἐπειδὴ δὲ αὐτῶν ἀπεσχίσθησαν οἱ μαθηταί, καὶ ἔξω λοιπὸν ἦσαν ἐκεῖνοι, καὶ πολλοὶ πιστεύειν ἐμελλον, καὶ τῶν ἀμαρτημάτων ἀφίεσθαι, καὶ ἄλλοι ἦσαν οἱ περὶ αὐτοῦ λέγοντες, οὐκ ἔτι αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ μεγάλα εἰκότως ἐφθέγγετο. Ὅστε οὐ τῆς ἀγνοίας τῆς ἐμῆς, φησὶ, τὸ μὴ εἰπεῖν ἄπερ εἰπεῖν ἐχρῆν, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀκουόντων ἀσθενείας. Διὰ τοῦτο εἰπὼν, Ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ἐπήγαγεν· Ἄφ' ἑαυτοῦ οὐκ ἔρει. Ὅτι γὰρ οὐ διδασκαλίας τὸ Πνεῦμα δεῖται, ἀκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Ὅσπερ οὖν τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου οὐ μανθάνον παρ' ἑτέρου οἶδεν· οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήγεται· τουτέστι, Συνωδᾷ τοῖς ἐμοῖ; ἔρει. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ἐμὰ ἐστίν. Ἐπεὶ οὖν ἐμὰ ἐστὶν ἐκεῖνα, ἐκεῖνος δὲ ἐκ τῶν τοῦ Πατρὸς ἔρει, ἐκ τῶν ἐμῶν ἔρει.

Διατί δὲ οὐκ ἤρξατο πρὶν ἢ αὐτὸν ἀπελθεῖν; Ὅτι οὕτω τῆς κητέρας ἀρθείσης, οὕτω τῆς ἀμαρτίας λυθείσης, ἀλλ' ἔτι πάντων ὑπευθύνων ὄντων τῇ τιμωρίᾳ, οὐκ ἂν παρεγένετο. Δεῖ οὖν, φησὶ, τὴν ἔχθραν λυθῆναι, καὶ καταλλαγῆναι ὑμᾶς τῷ Θεῷ, καὶ τότε δέξασθαι τὸ δῶρον ἐκεῖνο. Διατί δὲ φησὶ, Πέμψω αὐτόν; Τουτέστι, Προπαρασκευάσω ὑμᾶς πρὸς τὴν ὑποδοχὴν. Πῶς γὰρ τὸ πανταχοῦ ὄν πέμπεται; Ἄλλως δὲ, καὶ τῶν ὑποστάσεων τὸ διάφορον δείκνυσι. Διὰ δύο δὲ ταῦτα· οὕτω φθέγγεται· καὶ ἐπειδὴ οὗτοι δυσάποσπάστως εἶχον, πείθων τοῦ Πνεύματος ἔχασθαι, καὶ ἵνα αὐτὸ θεραπεύσωσιν. Ἡδύνατο μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς ταῦτα ἐργάζεσθαι· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐκεῖνο συγχωρεῖ θαυματουργεῖν, ἵνα μάθωσιν αὐτοῦ τὴν ἀξίαν. Ὅσπερ γὰρ ὁ Πατήρ ἰδύνατο τὰ ὄντα παραγαγεῖν, ὁ δὲ Υἱὸς αὐτὸ ποιεῖ, ἵνα μάθωμεν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, οὕτω καὶ τοῦτο. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐσαρκώθη, τῷ Πνεύματι τηρῶν τὴν ἐνεργείαν<sup>b</sup>, καὶ ἐμφράττων τὰ στόματα τῶν τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας· εἰς ἀφορμὴν ἀσεβείας λαμβανόντων. Ὅταν γὰρ λέγωσιν, ὅτι διὰ τοῦτο ἐσαρκώθη ὁ Υἱὸς, ἐπειδὴ καταδεέστερος ἦν τοῦ Πατρὸς, ἐροῦμεν πρὸς αὐτοῦς, Τί οὖν ἂν εἶποιτε περὶ τοῦ Πνεύματος; Οὐ γὰρ

ἔλαβε σὰρκα, καὶ οὐ δῆπου διὰ τοῦτο μείζον τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ [462] ἔρειτε, οὐδὲ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ καταδεέστερον. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος ἡ Τριάς παραλαμβάνεται. Καὶ γὰρ ὁ Πατήρ τὸ πᾶν ἐργάζεσθαι δύναται, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τοῦ Πατρὸς οὐδεὶς ἀμφιβάλλει, τὸ δὲ ἀμφίβολον ἦν περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, παρελήθηται ἐν τῇ μυσταγωγίᾳ, ἵνα ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς χορηγίας; τῶν ἀποβρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν, καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς ἀξίας καταμανθάνωμεν. Ἐπεὶ ὅτι δύναται ὁ Υἱὸς καθ' ἑαυτοῦ ταῦτα, ἄπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος·<sup>c</sup> μετὰ τοῦ Πατρὸς δύναται, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀκουσον ταῦτα σαφῶς. Τοῖς γὰρ Ἰουδαίοις ἔλεγεν· Ἴνα γὰρ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφίεσαι ἁμαρτίας· καὶ πάλιν, Ἴνα υἱὸς φωτὸς γένησθε, καὶ, Ἐγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς. Εἶτα μετὰ ταῦτα, Ἴνα ζωὴν, φησὶν, ἔχωσι καὶ περὶ ὁσὸν ἔχωσιν. Ἰδόμεν δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιοῦν. Πού ἐστιν ἰδεῖν; Ἐκάστῳ δὲ ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος, φησὶ, δίδονται πρὸς τὸ συμφέρον. Ὅ τοίνυν ταῦτα παρέχων, καὶ ἁμαρτήματα πολλῶν μᾶλλον ἀφίησι. Καὶ πάλιν· Τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιούν· καὶ, Ζωοποιήσει διὰ τὸ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν· καὶ, Τὸ Πνεῦμα ζωὴν διὰ δικαιοσύνην· καὶ πάλιν, Εἰ δὲ Πνεύματι ἄγασθε, οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον. Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας. Καὶ τότε δὲ πάντα ἄπερ ἐποιοῦν, παραγενομένου τοῦ Πνεύματος θαυματουργοῦν. Καὶ Κορινθίους δὲ γράφων ἔλεγε Παῦλος· Ἄλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἠγάπησθε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἐπεὶ οὖν περὶ μὲν Πατρὸς πολλὰ ἤκουσαν, καὶ τὸν Υἱὸν δὲ εἶδον πολλὰ ἐργασάμενον, περὶ δὲ τοῦ Πνεύματος οὐδὲν οὐδέπω σαφῶς ἤδεσαν, θαυματουργεῖ, καὶ τὴν θελείαν εἰσάγει γνώσιν. Ἄλλ' ἵνα μὴ μείζον ἐντεῦθεν ὑποπτεύηται (ὅπερ ἐφθην εἰπὼν), διὰ τοῦτο φησὶν· Ὅσα ἂν ἀκούση, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἐστὶ, πῶς οὐκ ἄποπον, εἰ τότε ἐμελλεν ἀκούειν, καὶ διὰ τοὺς μαθητευομένους; Οὐδὲ γὰρ τότε ἐμελλε καθ' ὑμᾶς εἰδέναι, εἰ μὴ διὰ τοὺς ἀκουσομένους. Καὶ τί τοῦτου παρανομιώτερον τοῦ ῥήματος γένοιτο; ἂν; Ἄλλως δέ· τί καὶ ἐμελλεν ἀκούσεσθαι; οὐ ταῦτα πάντα εἶπε<sup>d</sup> διὰ τῶν προφητῶν; Εἶτε γὰρ περὶ τῆς τοῦ νόμου λύσεως ἐμελλε διδάσκειν, εἴρητο· εἶτε περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς οἰκονομίας, καὶ ταῦτα εἴρητο. Τί γὰρ καὶ τρανότερον ἐμελλε μετὰ ταῦτα εἶρεῖν; Καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ. Ἐνταῦθα μάλιστα δείκνυσιν αὐτοῦ τὸ ἀξίωμα, ἐπειδὴ Θεοῦ τοῦτο μάλιστα ἰδίον, τὸ λέγειν τὰ μέλλοντα. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸ μανθάνοι παρ' ἑτέρων, οὐδὲν πλέον ἔξει τῶν προφητῶν· ἀλλ' ἐνταῦθα τὴν ἀπρηκρίτωμένην πρὸς τὸν Θεὸν γνώσιν δηλοῖ, ὅτι ἀδύνατον ἄλλο τι φθέγγασθαι αὐτόν. Τὸ δὲ, Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήγεται, ἦτοι ἐκ τοῦ χαρίσματος τοῦ εἰς τὴν σὰρκα τὴν ἐμὴν ἐλθόντος, ἢ ὅτι ἀπὸ τῆς γνώσεως, ἧς καὶ ἐγὼ ἔχω, οὐχ ὡς δεόμενος, οὐδὲ ὡς παρ' ἑτέρου μαθὼν, ἀλλ' ὡς μὴ οὐσίας καὶ τῆς αὐτῆς. Καὶ διατί οὕτως εἶπε, [463] καὶ μὴ ἐτέρως; Ὅτι οὐδέπω τὸν περὶ τοῦ Πνεύματος ἤδεσαν λόγον. Διόπερ ἐν κατασκευάζει μόνον, ὥστε πιστευθῆναι αὐτὸν καὶ δεχθῆναι παρ' αὐτῶν, καὶ μὴ οὐκ ἀπισθῆναι. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγεν, Εἰς ἐστὶν ὁμῶν ὁ διδάσκαλος ὁ Χριστός, ἵνα μὴ νομίωσι παρακούειν ἐκείνην

<sup>a</sup> Alii καὶ τὸ μὴ δοξᾶν. <sup>b</sup> Haec est lectio Savilii; editum fuerit δὲ αὐτῶν. Lxxi. <sup>c</sup> Morel. τὴν εὐγένειαν.

<sup>c</sup> Alii ἐὰν τοῦ βήματος. <sup>d</sup> Alii προέειπε.

πειθόμενοι, Μία ἡ ἐμὴ καὶ ἐκείνου διδασκαλία ἐστίν· ἐς ἃν ἐμελλον ἐγὼ διδάσκειν, ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ αὐτὸς ἐρεῖ. Μὴ δὴ νομίσῃτε ἕτερα εἶναι τὰ ἐκείνου· καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνα ἐμὰ ἐστί, καὶ τὴν ἐμὴν συγκροτεῖ δόξαν. Ἐν γὰρ θέλημα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Οὕτω καὶ ἡμᾶς εἶναι βούλεται λέγων· *Ἴνα ὡσιν ἐν, καθὼς καὶ ἐγὼ καὶ σὺ ἐν ἕσμεν.*

δ'. Οὐδὲν γὰρ ὁμοιοῦς ἴσον οὐδὲ συμφωνίας· ὁ γὰρ εἷς, πολλοστός ἐστίν οὕτως. Ἄν γὰρ ὁμόψυχοι ὡσι δύο ἢ δέκα, οὐκ ἔτι εἷς ἐστίν ὁ εἷς, ἀλλὰ δεκαπλασίον ἕκαστος αὐτῶν γίνεταί, καὶ εὐρήσεις ἐν τοῖς δέκα τὸν ἕνα, καὶ ἐν τῷ ἐνὶ τοῖς δέκα. Κἂν ἐχθρὸν ἔχωσιν, οὐ τῷ ἐνὶ προσβαλῶν, ὡς τοῖς δέκα προσβαλῶν, οὕτως ἀλλίσκεται. Οὐ γὰρ ὡφ' ἐνδὲ βάλλεται μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν δέκα στομάτων. Ἠπόρησεν ὁ εἷς; Ἄλλ' οὐκ ἐστίν ἐν ἀπορίᾳ· τῷ γὰρ μεῖζονι μέρει, τουτέστι, τοῖς ἑνέα, εὐπορεῖ, καὶ τὸ ἀποροῦν συσκιάζεται μέρος, τὸ ἕλαττον, διὰ τοῦ ἁ πλείονος; τοῦ εὐποροῦντος. Ἐκαστος τούτων εἰκόσι χεῖρας ἔχει, καὶ εἰκοσι ὀφθαλμοὺς, καὶ πόδας τοσοούτους. Οὐ γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ μόνον ὀφθαλμοῖς ὄρᾷ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐτέρων, οὐ τοῖς ἑαυτοῦ βαστάζει ποσίν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐτέρων· οὐ ταῖς; ἑαυτοῦ χερσὶν ἐργάζεται, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐκείνων. Ψυχὰς ἔχει δέκα· οὐ γὰρ αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ μῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκείναι ὑπὲρ αὐτοῦ μεριμνῶσιν. Εἰ δὲ καὶ ἐκατὸν γένοιτο, τὸ αὐτὸ ἐστὶ πάλιν, καὶ ἐκταθῆσεται τὰ τῆς; δυνάμεως.

Εἶδες ἀγάπης ὑπερβολὴν, πῶς ἀκαταγώνιστον ποιεῖ τὸν ἕνα καὶ πολλαπλασίω; πῶς ὁ εἷς καὶ πολλαχοῦ δύναται εἶναι; ὁ αὐτὸς καὶ ἐν Περσίῃ καὶ ἐν Ῥώμῃ; καὶ ὅπερ φύσις οὐ δύναται, ἡ ἀγάπη δύναται; Τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ ἐνταῦθα ἐστὶ, τὸ δὲ ἐκεῖ· μᾶλλον δὲ ὀλόκληρος ἐνταῦθα, καὶ ὀλόκληρος ἐκεῖ. Ἐὰν οὖν χιλίους ἔχη φίλους ἢ διαχιλίους, ἐνόησον ποῦ πάλιν ὑπερβῆσεται τὰ τῆς δυνάμεως. Ὅρᾳς πῶς αὐξήτικόν ἡ ἀγάπη; Τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦτο ἐστὶ, τὸ χιλιστὸν ποιῆσαι τὸν ἕνα. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐ κτώμεθα τὴν δύναμιν ταύτην, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστώμεν ἑαυτούς; Τοῦτο δυναστείας καὶ ἡ πλοῦτου κρεῖττον παντός· τοῦτο ὑγείας, τοῦτο αὐτοῦ τοῦ φωτὸς πλείον· τοῦτο εὐθυμίας ὑπόθεσις. Μέχρι τίνος εἰς ἕνα καὶ δύο περιστώμεν τὴν ἀγάπην; Μάθε καὶ ἐξ ἐναντίας τὸ πρῶγμα. Ἔστω τις μηδένα φίλον ἔχων, ὅπερ ἀνοίας ἐστίν ἐσχάτης (μωρὸς γὰρ ἐρεῖ· Οὐχ ὑπάρχει μοι φίλος); ὁ τοιοῦτος ποίαν ζήσεται ζῶην; Κἂν γὰρ μυριάκις ἢ πλούσιος, κἂν ἐν ἀφρονίᾳ καὶ τρυφῇ, κἂν μυρία ἀγαθὰ κεκτημένος, πάντων ἔρημος καὶ γυμνὸς καθίσταται ε'. Ἐπὶ δὲ τῶν φίλων οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κἂν πένητες ὡσι, τῶν πλουσίων εὐπορώτεροι τυγχάνουσι· καὶ ἅπερ αὐτὸς ὑπὲρ αὐτοῦ οὐκ εἰπεῖν ἐπιχειρεῖ, ταῦτα

<sup>a</sup> Montf. μέρει· τὸ δὲ ἕλαττον διὰ τοῦ Savillanum lectionem receperimus. Ed. It. <sup>b</sup> Δυναστείας καὶ deest in quibusdam. <sup>c</sup> Alii καθίστηκεν.

ὁ φίλος ἐρεῖ· καὶ ὅσα οὐ δύναται ἑαυτῷ [464] χαρίσασθαι, δι' ἐτέρου δυνήσεται, καὶ πολλῶν πλείονα, καὶ πάσης ἡμῖν ἐστὶ ἀπολαύσεως καὶ ἀσφαλείας ὑπόθεσις. Οὐ γὰρ ἐστὶ παθεῖν κακῶς ὑπὸ τοσοούτοις δορυφόροις φυλαττόμενον. Οὐ γὰρ τοιοῦτοι τοῦ βασιλέως οἱ σωματοφύλακες ἀκριβεῖς, ὡς οὗτοι. Οἱ μὲν γὰρ ἀνάγκη καὶ φόβῳ ἢ τὴν φυλακὴν ἐπιδείκνυνται, οἱ δὲ εὐνοίᾳ καὶ ἀγάπῃ· πολλῶν δὲ φόβου τυραννικώτερα αὕτη. Κάκεινος μὲν τοὺς φύλακας αὐτοῦ δέδοικεν, οὗτος δὲ τοῦτοις μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ θαρρῆι, καὶ διὰ τούτους οὐδένα τῶν ἐπιβουλεύοντων δέδοικεν. Ἐμπορευσώμεθα τοῖνον τὴν ἐμπορίαν ταύτην, ὁ πένης, ἵνα τῆς πενίας ἔχη παραμυθίαν· ὁ πλούσιος, ἵνα τὸν πλοῦτον ἐν ἀσφαλείᾳ κεκτημένος ἢ· ὁ ἀρχων, ἵνα μετὰ ἀσφαλείας ἀρχῇ· ὁ ἀρχόμενος, ἵνα εὐμνεῖς ἔχη τοὺς ἀρχοντας. Τοῦτο ἡμερότητας ἀφορμὴ, τοῦτο πραότητος ὑπόθεσις. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς θηρίοις ἐκεῖνα μάλιστα ἐστὶ χαλεπὰ καὶ ἀτίθαστα, τὰ μὴ συναγελαζόμενα. Διὰ τοῦτο πόλεις οἰκοῦμεν, καὶ ἀγορὰς ἔχομεν, ἵνα ἀλλήλοις συγγινώμεθα. Τοῦτο καὶ Παῦλος ἐκέλευσε λέγων· *Μὴ ἐγκαταλιμπάνοντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν.* Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς μόνωσις κακόν, καὶ τὸ ἀπρονόον καὶ ἀπρόσιτον. Τί οὖν οἱ μοναχοί, φησὶ, καὶ οἱ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων κατελιγφότες; Οὐδὲ ἐκεῖνοι φίλων εἰσὶ χωρὶς, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐφυγον θορόδους, πολλοὺς δὲ ἔχουσιν ὁμοφύλους, καὶ ἀκριβῶς ἀλλήλοις συνδεδεμένους· καὶ ἵνα τοῦτο κατορθώσωσιν, ἀνεχώρησαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ τῶν πραγμάτων φιλονεικία πολλὰς ποιεῖ τὰς ἐριδας, διὰ τοῦτο ἐκ μέσου γενόμενοι τὴν ἀγάπην γεωργοῦσι μετὰ ἀκριβείας πολλῆς. Τί οὖν, εἰ τις μόνος εἴη, φησὶ, κάκεινος μυρίους ἔχει φίλους; Ἐγὼ μὲν γὰρ βούλομαι, εἰ δυνατόν, καὶ συνδιατρίβειν ἀλλήλοις εἰδέναι· τέως δὲ μενέτω ἡ τὰ τῆς φιλίας ἀκίνητα. Οὐ γὰρ ὁ τόπος ποιεῖ τοὺς φίλους. Πολλοὺς γοῦν ἔχουσι τοὺς θαυμάζοντας; οὐκ ἂν δὲ ἐθαύμασαν, εἰ μὴ ἐφίλου. Καὶ αὐτοὶ πάλιν ὑπὲρ ἀπάσης εὐχονται τῆς οἰκουμένης, ὅπερ μέγιστον φιλίας ἐστὶ τεκμήριον. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς μυστηρίοις ἀσπαζόμεθα ἀλλήλους, ἵνα οἱ πολλοὶ γενώμεθα ἐν· καὶ ἐπὶ τῶν ἀμυήτων κοινὰς ποιούμεθα τὰς εὐχὰς, λιτανεύοντες ὑπὲρ νοσούντων, καὶ τῶν καρπῶν τῆς οἰκουμένης, καὶ γῆς καὶ θαλάττης. Ὅρᾳς πᾶσαν τῆς ἀγάπης τὴν δύναμιν; ἐν ταῖς εὐχαῖς; ἐν τοῖς μυστηρίοις; ἐν ταῖς παραινέσεσι; Τοῦτο πάντων αἴτιον τῶν ἀγαθῶν. Ἄν ταύτης ἐχώμεθα μετὰ ἀκριβείας, καὶ τὰ παρόντα καλῶς οἰκονομήσωμεν, καὶ τῆς βασιλείας ἐπιτευξόμεθα· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>d</sup> Καὶ φόβῳ accessit e Savil. et eodd. Ed. It. <sup>e</sup> Alii τέως μενέτω.

#### [465] ΟΜΙΛΙΑ ΘΘ'.

*Μικρόν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ ἡ με· καὶ πάλιν μικρόν, καὶ ὄψεσθέ με, ὅτι ὑπάγω πρὸς τὸν Πατέρα. Εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους· Τί ἐστίν ὁ λέγει, Μικρόν; καὶ τὰ ἐξῆς.*

α'. Τὴν ὀδυνωμένην ψυχὴν καὶ ὑπὸ ἀθυμίας κατεχομένην πολλῆς οὐδὲν οὕτως εἰσθε καταβάλλειν, ὡς τὰ τὴν λύπην τίκοντα ῥήματα στερεφόμενα συνεχῶς. Τί δῆποτε οὖν ὁ Χριστὸς εἰπὼν, Ὑπάγω, καὶ, *Οὐκ ἔτι λαλήσω μεθ'*

<sup>a</sup> Alii μικρόν, οὐκέτι θεωρ.

ὑμῶν, συνεχῶς τὰ αὐτὰ στρέφει, λέγων *Μικρόν, καὶ οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με*· καὶ, *Ὅτι ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με*; Ὅτε γὰρ αὐτοὺς ἀνεκτήσατο διὰ τῶν περὶ τοῦ Πνεύματος λόγων, τότε πάλιν αὐτῶν καταβάλλει τὰ φρονήματα. Τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ; Βασανίζει τὴν δianoian, καὶ δοκιμαθεῖραν ἐργάζεται, καὶ συνεθίζει καλῶς αὐτοὺς ἐν τῇ τῶν λυπηρῶν ἀκροάσει γενναίως ἐνεγκεῖν αὐτοῦ τὸν χωρισμόν. Οἱ γὰρ ἐν τοῖς ῥήμασι τοῦτο μελετήσαντες, ἐμελλον καὶ ἐν τοῖς πράγμασιν αὐτὸ βῆδως οἴσειν λοιπόν. Εἰ δὲ τις ἀκριβῶς ἐξετάσει, καὶ

accipiatur ab eis, nec scandalizentur. Quia enim dixerat: *Unus est Magister vester Christus* (Matth. 23. 8); ne putarent Christo non habere fidem, si illi crederent, Una est, inquit, et mea et illius doctrina; ex iis quæ ego dicturus eram, ex iisdem et ipse dicit. Ne putetis alia ab illo dici; nam illa mea sunt, meamque gloriam celebrant. Una enim est voluntas Patris, Filii, et Spiritus sancti. Ita et nos esse vult dicens: *Ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus* (Joan. 17. 11).

4. *Concordiæ bonum.* — Nihil enim par concordiæ et consensui: unus enim ita multiplex est. Si enim concordēs sint duo vel decem, non amplius quisque unus est; sed unusquisque eorum decuplex erit, et invenies in decem illis unum, et in uno decem illos. Si inimicum habeant, non quasi unum aggredetur, sed quasi decem aggressurus, vincitur. Non enim ab uno tantum, sed a decem impetitur. Indiget unus? Sed non in egestate est; nam majore parte, nempe novem aliorum abundat, et pars illa deficiens tegitur, minor ab ampliore. Singuli eorum viginti manus habent, viginti oculos, pedes totidem. Non suis enim modo oculis respicit, sed et aliorum, nec suis tantum gestat pedibus, nec suis solum manibus operatur, sed et alienis. Animas decem habet: non enim ipso solum sua curat, sed et alii quoque. Si vero centum essent, idem contingeret, et virtus augetur.

*Caritatis excellentia.* — Vidisti caritatis excellentiam, quomodo unum reddat inexpugnabilem et multiplicem? quomodo unum possit simul esse et in Perside et Romæ? Quod non potest natura, id dilectio potest. Pars quippe ejus hic erit, pars illic; imo totus hic, totus illic. Si vero mille sive bis mille amicos habeat, considera in quantam sit perventurus potestatem. Viden' quantum dilectio augmentum efficiat. Illud enim mirabile est, quod unus mille efficiatur. Cur ergo non tantam nobis potestatem conferimus, nec nos in securitate constituimus? Hoc potentia et divitiis quibuslibet præstantius est; hoc valetudine, hoc ipsa luce melius est; hoc latitiæ argumentum. Usquequæ in uno et duobus dilectionem circumscribemus? Ex contrario rem edisce. Sit quispiam qui nullum habeat amicum, quod extremæ est amentitiæ (fatuus enim dicit, Non est mihi amicus); hujusmodi homo quam ducet vitam? Quamvis enim ditissimus sit, quamvis in rerum copia et deliciis, quamvis innumera bona possidens, nudus prorsus

desertusque est. In amicis non sic; etsi enim pauperes sint, divitiis sunt opulentiores: et quæ ipse pro seipso dicere non audeat, amicus dicit: quæ sibi præstare nequit, per alium poterit, imo longe plura, atque sic et voluptatis et securitatis nobis causa erit. Nec potest ipsi quidpiam mali accidere qui tot satellitibus cingitur. Neque enim regii satellites ita vigiles et diligentes sunt, ut isti. Illi namque necessitate et metu ducti custodiunt, hi benevolentia et dilectione: amoris autem longe major vis est, quam timoris. Ille custodes suos metuit, hic illis magis quam sibi fidei, et his fultus neminem insidiatorem formidat. Has ergo merces nobis comparemus: pauper, ut in paupertate consolationem habeat; dives, ut divitias in tuo habeat; princeps, ut cum securitate imperet; subditus, ut benevolos habeat principes. Hæc benevolentia, hæc mansuetudinis occasio est. Nam inter feras ille maxime sævæ et intractabiles sunt, quæ non in gregem coeunt. Ideo urbes incolimus, foras habemus, ut una versemur. Id Paulus jubet dicens, *Non deserentes collectionem nostram* (Hebr. 10. 25). Nihil enim pejus solitudine, ac societatis et aditus privatione. Quid ergo monachi, inquires, et ii qui cacumina montium occupant? Neque illi vacant amicis; sed dum fori tumultus fugiunt, multos habent socios, et amoris vinculo conjunctos: quod ut assequerentur, secesserunt. Quia enim negotiorum contentiones multas pariunt rixas: ideo secedentes, dilectionem accuratissime colunt. Et quid, inquires, si quis solus sit, num innumeros habebit amicos? Ego certe vellem, si fieri posset, ut etiam simul versari liceret: interim vero firma maneat amicitia. Non enim locus amicos facit. Multos illi habent laudatores, qui non laudarent, nisi amarent. Et ipsi rursus pro toto orbe precantur, quod maximum est amicitia argumentum. Ideo in mysteriis nos mutuo amplectimur (a), ut multi unum efficiamur: et pro non initiatis communes effundimus preces, pro infirmis, pro orbis fructibus, pro terra et mari. Viden' totam dilectionis vim, in orationibus, in mysteriis, in admonitionibus? Hæc omnium est causa bonorum. Si huic diligenter inhaereamus, præsentia recte administrabimus, et regnum consequemur: quod utinam omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, unaque sancto Spiritui, in sæcula sæculorum. Amen.

(a) In mysteriis Christiani se mutuo amplectebantur.

## HOMILIA LXXIX.

CAP. 16. v. 16. *Modicum, et non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me, quia vado ad Patrem.* 17. *Dixerunt ergo ex discipulis ejus ad invicem: Quid est hoc quod dicit, Modicum? etc.*

1. Dolentem et tristitia affectum animum nihil ita deficere solet, ut frequenter repetita verba mœrorem afferentia. Cur ergo Christus cum dixisset, *Vado, et, Non ultra loquar vobiscum*, frequenter hæc repetit dicens: *Mo-*

*dicum, et jam non videbitis me; et, Vado ad eum qui misit me?* Cum enim illos per verba de Spiritu sancto recreasset, rursus illorum animos dejecit. Cur ergo id facit? Eorum animum explorat, et probatiorem efficit, et probe illos assuefacit ad tristia audienda, ut discessum suum generose et fortiter ferant. Nam qui ex verbis hæc meditati fuerant, re ipsa facilius poterat laturi erant. Quod si quis accurate examinaverit, hoc

ipsum consolatio est, quod dicat se ad Patrem ire. Significat enim se non periturum, sed mortem ejus esse translationem. Aliam quoque consolationem ipsis indidit. Non enim tantum dixit, *Modicum, et non videbitis me*; sed et addidit, *Modicum, et videbitis me*; indicans se rediturum esse, et brevem fore separationem, perpetuumque cum illis consortium. Hoc certe illi non intellexerunt. Unde jure miretur quispiam, quomodo cum hæc frequenter audissent, ita dubitarent quasi nihil audissent. Quare ergo non intellexerunt? Aut propter tristitiam, ut arbitror; ipsa enim dictorum omnium memoriam eliminabat; vel ob dictorum obscuritatem, ut contraria protulisse videretur, quæ vere contraria non erant. Si te videbimus, sicut, quo vadis? si vadis, quomodo te videbimus? Ideo dicunt, *Nescimus quid loquitur*. Quod enim abiturus esset, id noverant: ignorabant autem ipsum paulo post esse rediturum. Ideo increpat illos quod dictum non nossent. Nam cum vellet de morte doctrinam illis vehementer inculcare, quid ait? 20. *Amen, amen dico vobis, quia plorabitis et flebitis vos*; in morte scilicet et cruce; *mundus autem gaudebit*. Quia enim cum id nollent, facile inducebantur ut crederent, ipsum non moriturum esse, dubiique erant, ignorantes quid significaret illud, *Modicum*; ait ille: *Plorabitis et flebitis; sed tristitia vestra vertetur in gaudium*.

*Resurrectio partui comparatur*. — Deinde postquam ostendit post tristitiam sequitur gaudium esse, inæroremque lætitiæ pariturum, ipsumque brevem esse futurum, lætitiæque perpetuam, ad vulgare decurrit exemplum: et quid ait? 21. *Mulier cum parit, tristitiam habet*. Quia parabola prophetæ frequenter usi sunt, inæroremque partus doloribus comparantes. Hoc autem vult significare: Vos ceu partus dolores invadent; at partus dolor est lætitiæ causa: sic et futuram resurrectionem confirmans, ostendensque hinc abire perinde esse atque ex utero in splendendam egredi lucem; ac si diceret, Ne miremini quod per hunc dolorem vos ad utilia ducam: nam mater sic per dolorem mater efficitur. Illic etiam mysticum quidpiam subindicat, quod ipse quoque mortis dolores solverit, et novum hominem regenerari curaverit. Non dixit autem solum tristitiam transitoriam, sed ne memorat illam quidem; tantum erat adventurum gaudium. Sic sanctis eveniet. Atqui non ideo gaudet mulier, quia venit homo in mundum, sed quia sibi natus est infans. Nam si ideo gauderet, nihil impediret quominus illæ quæ non pariunt, de aliis parentibus gauderent. Cur ergo sic loquutus est? Quia ad hoc solum usus est exemplo, ut ostenderet temporaneum esse dolorem, gaudium vero perpetuum; mortem esse translationem ad vitam, magnumque partus dolorum lucrum. Nec dixit, Natus est infans, sed, *Homo*. Illic enim resurrectionem suam subindicare videtur, et quod non morti illi parienti, sed regno nasceretur. Ideo non dixit, Natus est ei infans, sed, *Homo natus est in mundo*. 22. *Et vos nunc quidem tristitiam habebitis; iterum autem videbo vos, et tristitia vestra vertetur in gaudium*. Deinde quod non ultra moriturus sit,

inquit: *Et nemo illud tollet a vobis*. 23. *In illa die me non rogabitis quidquam*. Iterum autem nihil aliud his confirmat, quam quod a Deo sit. Tunc sciatis omnia. Quid sibi vult autem, *Me non rogabitis*? Mediatore opus non habebitis, sed sufficiet solum nomen proferre ut totum accipiat; *Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo (a)*. Ostendit nominis potestatem, siquidem nec visus nec rogatus, sed nominatus tantum, apud Patrem mirabiles reddit. Ubi autem hoc factum est? Ubi dicunt: *Respice ad minas eorum, et da servis tuis cum fiducia loqui sermonem tuum, et facere in nomine tuo signa. Et concussus est locus ubi erant (Act. 4. 29. 30. 31)*. 24. *Usque modo non petistis quidquam (b)*. Hinc ostendit rursum, expedire ut abeat, siquidem usque ad illud tempus nihil petierunt; tunc accipient omnia quæcumque petierint. Neque enim, licet vobiscum deinceps non versaturus sim, putetis vos derelictos fuisse: nomen meum majorem dabit vobis fiduciam.

2. Cum ergo dicta illa obscuriora essent, ait: 25. *Hæc in proverbis loquutus sum vobis. Venit hora cum jam non in proverbis loquar vobis*. Erit tempus, cum omnes clare intelligetis; hoc est, resurrectionis tempus. Tunc palam de Patre annuntiabo vobis. Nam quadraginta diebus versabatur loquebaturque cum illis, convalescens et exponens ea quæ ad regnum Dei pertinebant (Act. 1. 3. 4). Nunc enim metu correpti, dictis non attenditis: tunc resuscitatum videntes, et una versantes, poteritis fidenter omnia discere; quia Pater vos amabit, cum vestra de me fides firmior erit. 26. *Et non rogabo Patrem*. Sufficit vestra in me dilectio ad patrocinium. 27. *Quia vos me amastis, et credidistis quia a Deo exivi. Exivi a Patre, et veni in mundum. Iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem*. Cum enim resurrectionis verbum non parum eos consolatum esset, necnon quod audirent illum a Patre exivisse, et eodem redire, frequenter illa versat. Alterum enim pollicebatur, quod recte in ipsum crederent; alterum, quod in tuto esse deberent. Quando igitur dicebat, *Modicum, et non videbitis me; et modicum, et videbitis me*, jure quid sibi vellet ignorabant: nunc vero non item. Quid autem significat, *Me non interrogabitis*? Non dicetis, *Ostende nobis Patrem tuum, et, Quo vadis (Joan. 14. 8. et 13. 36)*? quia omni cognitione pleni eritis, et erga vos afficietur Pater sicut et ego. Hoc maxime illis bonam spem indidit, quod discerent futuros se Patri amicos. Ideo dicunt: 28. *Nunc scimus quia novisti omnia. Viden' quomodo secundum affectum animi ipsorum responderet? Et*

(a) Hæc Evangelii clausula non legitur apud BB., illam vero sequentia postulare videntur, posuitque Savilius.

(b) Hæc suo Marte adjecit Avilius: et quidem hoc loco desiderantur, et a librariis sunt ommissa. Quia de re sic ille loquitur in notis: *His verbis præpositivus verba contextus, quæ tamen Codices nostri non exhibebant. Hoc autem in Chryostomi exemplaribus sæpe fieri, ex eoque obscuritatem magnam nasci, quæ textu apposito sic tollitur, præmonitum volo eruditum lectorum. Erit enim hoc doctrinam ad plurima Chryostomi nostri loca corrigenda et illustranda diligentem lectori perutile*. Ejus exemplum sequenti, hæc quæ mox explicatur, adjecimus.



αὐτὸ τοῦτο παραμυθία ἐστὶ <sup>a</sup>, τὸ εἰπεῖν, ὅτι Πρὸς τὸν Πατέρα ἀπέρχομαι. Τοῦτο γὰρ δηλοῦντος ἦν, ὅτι οὐκ ἀπολείπεται, ἀλλὰ μετὰστασις τίς ἐστιν αὐτοῦ ἢ τελευτή. Καὶ ἐτέραν παραμυθίαν αὐτοῖς ἐπέθηκεν. Οὐ γὰρ εἶπε, *Μικρόν, καὶ οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με*, μόνον ἀλλὰ καὶ προσέθηκε· *Μικρόν, καὶ ὄψεσθέ με*, δηλῶν ὅτι καὶ ἐπανήξει, καὶ πρὸς ὄλιγον ἔσται ὁ χωρισμὸς, καὶ διηνεκῆς ἢ μετ' αὐτῶν συνουσία. Τοῦτο μέντοι οὐ συνείδον. Ὅθεν καὶ εἰκότως ἂν τις θαυμάσειε, πῶς πολλάκις ταῦτα ἀκούοντες, ὡς μηδὲν ἀκηκοότες οὕτως ἀμφιβάλλουσι. Πόθεν οὖν οὐ συνείδον; Ἡ διὰ τὴν λύπην, ὡς ἔγωγε οἶμαι (αὕτη γὰρ ἐξέβαλλε τῆς διανοίας αὐτῶν τὰ λεγόμενα), ἢ διὰ τὴν ἀσάφειαν τῶν λεγομένων. Διὸ καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς δύο ἐναντία τιθέναι, οὐκ ὄντα ἐναντία. Εἰ γὰρ ὄψεσθέ με, φησί, ποῦ ὑπάγετε; εἰ δὲ ὑπάγετε, πῶς ὄψεσθέ με; Διὰ τοῦτο λέγουσιν, *Ὅτι οἶδαμεν τί λαλεῖ*. Ὅτι μὲν γὰρ ἀπιέναι ἔμελλεν, ἦδεσαν· ἠγνόουν δὲ ὅτι μετὰ μικρόν ἔξει πρὸς αὐτούς. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ἐπιτιμᾷ αὐτοῖς, ὅτι οὐ συνείδον τὸ λεγόμενον. Βουλόμενος γὰρ αὐτοῖς ἐμπήξαι <sup>b</sup> τὸ περὶ τοῦ θανάτου δόγμα, τί φησιν; *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνησέτε ὑμεῖς*· ὅπερ ἦν τοῦ θανάτου καὶ τοῦ σταυροῦ· Ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι ταχέως ἐπέτρεχον τῷ πιστεύειν, ὅτι οὐκ ἀποθάνεται, εἴτα ἀκούσαντες ὅτι ἀποθάνεται; ἀμφέβαλλον οὐκ εἰδότες, εἴτε ποτέ ἐστι τὸ, *Μικρόν*· φησί· *Κλαύσετε καὶ θρηνησέτε*· ἀλλ' ἢ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γερήσεται.

Εἴτα δεικνύς, ὅτι μετὰ τὴν λύπην χαρὰ γίνεται, καὶ ὅτι ἡ λύπη τίκει τὴν χαρὰν, καὶ ὅτι αὕτη μὲν βραχεία, [466] ἢ δὲ ἥθρον ἀπέραντος, ἐπὶ παράδειγμα ἦλθε κοσμηκόν· καὶ τί φησιν; *Ἡ γυνὴ ὅταν εἰκετῆ, λύπην ἔχει*. Καὶ κέχρηται παραβολῇ, ἢ καὶ οἱ προφήται, συνεχῶς τῇ ὑπερβολῇ τῶν ὠδίνων τὰς ἀθυμίας παραβάλλοντες. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁδίνες λήφοντες· ὑμᾶς· ἀλλ' ἢ ὠδὶς τοῦ τόκου γίνεται χαρᾶς αἰτία· ἅμα καὶ τὸν περὶ ἀνοστήσεως πιστούμενος λόγον, καὶ δεικνύς· ὅτι τὸ ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν ὁμοῖόν ἐστι τῷ ἀπὸ μητρὸς ἀπελθεῖν εἰς λαμπρὸν φῶς· ὡσανεὶ ἔλεγε· Μὴ θαυμάσητε ὅτι διὰ λύπης τοιαύτης ἐπὶ τὰ συμφέροντα ὑμᾶς ἄγω· ἐπεὶ καὶ ἡ μήτηρ ἐπὶ τὸ γενέσθαι μήτηρ οὕτως ἔρχεται διὰ λύπης. Αἰνίττεται δὲ ἐνταῦθα καὶ τι μυστικόν· ὅτι ἔλασεν αὐτὸς τοῦ θανάτου τὰς ὠδίνας, καὶ νέον ἄνθρωπον ἀπογεννηθῆναι πεποίηκε. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι παρελεύσεται ἡ θλίψις μόνον, ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται αὐτῆς· τσαυτῆ ἢ διαδεχομένη χαρὰ. Οὕτω καὶ τοῖς ἁγίοις ἔσται. Καὶ μὴν οὐ διὰ τοῦτο χαίρει ἡ γυνὴ, ὅτι ἦλθεν ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον, ἀλλ' ὅτι αὕτη παιδίον ἐτέθη. Ἐπεὶ εἰ διὰ τοῦτο ἔχαίρειν, οὐδὲν ἐκόλυε καὶ ἐφ' ἐτέρῃ γυναικὶ τικτούσῃ τὰς μὴ τικτούσας χαίρειν. Τίνος οὖν ἔνεκεν οὕτως εἶπεν; Ὅτι εἰς τοῦτο μόνον παρέλαβε τὸ ὑπόδειγμα, εἰς τὸ δεῖξαι πρόσκαιρον μὲν τὴν λύπην, διηνεκῆ δὲ τὴν χαρὰν· καὶ εἰς τὸ μετὰστασιν εἶναι πρὸς ζωὴν, καὶ εἰς τὸ μέγα τῶν ὠδίνων τὸ κέρδος. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐτέθη παιδίον, ἀλλ' ὅτι ἄνθρωπος. Ἐνταῦθα γὰρ μοι τὴν ἀνάστασιν αἰνίττεται τὴν αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐκ ἐκείνῳ τῷ ὠδίναντι θανάτῳ, ἀλλὰ τῇ βασιλείᾳ τίκεσθαι ἔμελλε. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, Ἐγεννήθη αὕτη παιδίον, ἀλλ', Ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. Καὶ ὑμεῖς οὖν νῦν μὲν λυπηθῆσεσθε· πάλιν δὲ ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γερήσεται. Εἴτα ὅτι οὐκ ἔτι ἀποθάνεται δηλῶν, φησί· *Καὶ οὐδεὶς αὐτῆν αἶρει ἄφ' ὑμῶν*. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ

ἑρωτήσετε οὐδέ. Πάλιν οὐδὲν ἄλλο κατασκευάζει διὰ τούτων, ἢ ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ. Τότε γὰρ εἰσεσθε πάντα λοιπόν. Τί δὲ ἐστίν, Ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε; Οὐ δεήσεσθε· μεσίτου, ἀλλ' ἀρκεῖ τὸ νομοῦ μόνον εἰπόντας πάντα λαβεῖν. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι, ὅσα ἐὰν αἰτήσητε τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου <sup>d</sup>. Δείκνυσσι τοῦ ὀνόματος τὴν δύναμιν, εἰ γε μὴ ὀρώμενος μηδὲ παρακαλούμενος, ἀλλ' ὀνομαζόμενος μόνον, καὶ παρὰ τῷ Πατρὶ ποιεῖ θαυμαστοῦς. Ποῦ δὲ τοῦτο γέγονεν; Ἐνθα λέγουσιν· Ἐπίδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ ὁδὸς τοῦς δούλοισι σου μετὰ παρρησίας λαλεῖν τὸν λόγον σου, καὶ ποιεῖν ἐν τῷ ὀνόματί σου σημεῖα. Καὶ ἐσείσθη ὁ τόπος ἐνθα ἦσαν. Ἐως ἄρτι οὐκ ἠτήσατε οὐδέ. Ἐντεῦθεν δείκνυσιν, ὅτι συμφέρει πάλιν αὐτὸν ἀπελθεῖν, εἰ γε ἔως τότε οὐδὲν ἤτησαν, τότε δὲ λήφονται· πάντα ὅσα ἂν αἰτήσωσι. Μὴ γὰρ, ἐπειδὴ λοιπὸν οὐ συνέσομαι ὑμῖν, νομίσητε ἐγκαταλειφθῆναι· τὸ νομῶ μου μείζονα ὑμῖν δώσει παρρησίαν.

[467] β'. Ἐπεὶ οὖν συνεσιασμένα ἦν τὰ εἰρημένα, φησί· *Ταῦτα ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν, καὶ ἔρχεται ὥρα δεῖ οὐκ ἔτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν*. Ἐστὶ καιρὸς, ὅτε πάντες εἰσεσθε σαφῶς. Λέγει δὲ τὸν τῆς ἀναστάσεως χρόνον. Τότε παρρησίᾳ περὶ τοῦ Πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν. Καὶ γὰρ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας συνῆν καὶ διελέθη αὐτοῖς, συναλιζόμενος, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Νῦν μὲν γὰρ ἐν φόβῳ ἦντες, οὐ προσέχετε τοῖς λεγόμενοις· τότε δὲ ἀναστάντα ἰδόντες, καὶ συνόντες, δυνήσεσθε παρρησίᾳ πάντα μανθάνειν, ὅτι αὐτὸς ὁ Πατὴρ ὑμᾶς φιλήσει, τῆς εἰς ἐμὲ πίστεως βεβαίας γεγενημένης. Καὶ οὐκ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα. Ἀρκεῖ ἡ εἰς ἐμὲ ἀγάπη προστήναι ὑμῶν. Ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ περιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον. Ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἔρχομαι εἰς τὸν κόσμον. Πάλιν ἀφήμι τὸν κόσμον, καὶ παρευοίμι πρὸς τὸν Πατέρα. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ τῆς ἀναστάσεως λόγος οὐχ ὡς ἔτυχεν αὐτοὺς παρεμυθεῖτο, καὶ μετὰ τούτων τὸ ἀκούειν, ὅτι Παρὰ Θεοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἐκεῖ ὑπάγω, συνεχῶς αὐτὰ περιστρέφει. Τὸ μὲν γὰρ ἠγγυάτο, ὅτι ὀρθῶς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν· τὸ δὲ, ὅτι μέλλουσιν ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι. Ὅτε μὲν οὖν ἔλεγε, *Μικρόν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με*· καὶ *μικρόν, καὶ ὄψεσθέ με*, εἰκότως ἠγνόουν· νῦν δὲ οὐκ ἔτι. Τί δὲ ἐστίν, Ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε; Οὐκ ἐραῖτε, Δείξον ἡμῖν τὸν Πατέρα σου, καὶ, Ποῦ ὑπάγετε; ὅτι πᾶσαν εἰσεσθε τὴν γνώσιν, καὶ διακείμεται πρὸς ὑμᾶς ὁ Πατὴρ, ὡσπερ καὶ ἐγὼ. Τοῦτο μάλιστα αὐτοὺς ἀναπνεύσας ἐποίησε, τὸ μαθεῖν ὅτι τῷ Πατρὶ ἔσονται φίλοι. Διὸ λέγουσι· *Νῦν οἶδαμεν ὅτι οἶδας πάντι*. Ὅρξῃ ὅτι πρὸς τὸ ὑφοροῦν τῇ διανοίᾳ ἀπεκρίνατο; Καὶ οὐ χρολίαν ἔχεις ἵνα τίς σε ἐρωτῇ· τουτέστι, Πρὶν ἢ ἀκούσαι οἶδας τὰ σκανδαλίζοντα ἡμᾶς, καὶ ἀνεπαύσας, ἐπειδὴ εἶπες, Ὁ Πατὴρ ὑμᾶς φιλεῖ, ὅτι ἐμὲ περιλήκατε. Μετὰ τσαυτὰ καὶ τηλικαῦτα, τότε λέγουσι, *Νῦν οἶδαμεν*. Ὅρξῃ πῶς ἀτελῶς εἶχον; Εἴτα ἐπειδὴ ὡσπερ τινὰ χάριν αὐτῷ παρέχοντες λέγουσι, *Νῦν οἶδαμεν*, λέγει· Πολλῶν δεῖσθε ἐτέρων, ὥστε ἐπὶ τὸ τέλειον ἔλθειν· οὐδὲν οὐδέπω ὑμῖν κατέρωθται. Νῦν οὖν προδώσετέ με τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τσαούτος ὑμῶν κρατήσεται φόβος, ὥστε μηδὲ μετ' ἀλλήλων δυνηθῆναι ἀναχωρήσαι. Ἄλλ' οὐδὲν ἀπὸ τούτων πείτομαι δεινόν. Ὅρξῃ πῶς πάλιν συγκαταβατικῶς ὁ

<sup>a</sup> ἢ παραμυθία ἐστὶ. <sup>b</sup> Sic recte Sa. il. et codl. Logoban- tur ἐκπλήξαι. ἔστ.

<sup>c</sup> Quatuor mss. οὐ δεηθήσεσθε. <sup>d</sup> Verba, Ἀμὴν... ὀνομα- μου, ad seriem necessaria, e Sa: Villu recepinus. ἔστ <sup>e</sup> Quidam τότε λήφονται.

λόγος; Τοῦτο γοῦν αὐτοῖς καὶ ἐγκαλεῖ, ὅτι συγκαταβά-  
σεως θέονται διηνεκῶς. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, Ἴδε νῦν  
κυβήσῃα λαλεῖς, καὶ παρομιᾶν οὐδεμίαν λέγεις,  
καὶ διὰ τοῦτο πιστεύομέν σοι· δεικνυσὶν ὅτι νῦν, ὅτε  
πιστεύουσιν, οὕτω πιστεύουσιν. οὐδὲ προσίεται αὐτῶν  
τὰ ῥήματα. Ταῦτα λέγει, εἰς ἔτερον αὐτοῦ παραπέμ-  
πων καιρὸν. Τὸ δὲ, Ὁ Πατήρ μετ' ἐμοῦ ἐστι, δι' αὐ-  
τοῦς πάλιν τέθεικε· τοῦτο γὰρ ἄνω καὶ κάτω ἐβούλετο  
μαθεῖν. Εἶτα δεικνύς, ὅτι οὐ τὴν τελείαν γνώσιν παρεδί-  
δου αὐτοῖς ταῦτα λέγων, ἀλλ' ὥστε τὸν [468] λογισμόν  
αὐτοῖς μὴ στασιάζειν (εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς λογίζεσθαι ἀν-  
θρώπινά τινα, καὶ ὅτι οὐδεμίαν ἀπολαύσουσι παρ' αὐ-  
τοῦ βοηθείας), φησὶ· Ταῦτα λαλάληκα ὑμῖν, ἵνα ἐν  
ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε· τουτέστιν, Ἴνα μὴ ἐκβάλῃτέ με  
τῆς διανοίας ὑμῶν, ἀλλὰ παραδέξησθε. Μὴ τοίνυν εἰς  
δόγμα τις ἐλκεῖτε τὰ λεγόμενα· εἰς γὰρ ἡμετέραν εἰρη-  
ται παράκλησιν καὶ ἀγάπην. Οὐδὲ γὰρ μέχρι τοῦτου,  
φησὶ, τοιαῦτα πάσχουσι· στήσεται ὑμῖν ἢ τὰ τῶν δεινῶν  
ἀλλ' ἔως ἂν ἦτε ἐν τῷ κόσμῳ, θλίψιν ἔξετε, οὐ νῦν ὅτε  
παραδίδομαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα. Ἀλλὰ ἀνάστητε  
τῷ λογισμῷ· οὐδὲν γὰρ πείσεσθε δεινόν. Τοῦ γὰρ διδα-  
σκάλου περιγενομένου τῶν ἐχθρῶν, οὐ χρὴ τοὺς μαθη-  
τάς ἀλύειν. Καὶ πῶς νενίκηκας, εἰπέ μοι, τὸν κόσμον;  
Εἶπον μὲν ἦδη ὅτι τὸν ἄρχοντα αὐτοῦ κατέβαλον κάτω·  
εἰσεσθε δὲ καὶ ὑστερον, πάντων εἰκόντων ὑμῖν καὶ παρα-  
χωρούντων.

γ'. Ἐξεστί δὲ καὶ ἡμῖν<sup>c</sup> νικᾶν, ἐὰν βουλώμεθα, εἰς τὴν  
ἀρχηγὸν τῆς πίστεως ἡμῶν ἀφορῶντας, καὶ ταύτην βα-  
δίζοντας τὴν ὁδόν, ἣν αὐτοὶ ἡμῖν ἔτεμεν· Οὕτως οὐδὲ  
θάνατος ἡμῶν περίεσται. Τί οὖν; οὐ τεθνήσκωμεν, φη-  
σὶν; ἀπὸ γὰρ τοῦτου δήλον ὅτι οὐ περίεσται. Καὶ μὴν  
τότε ὁ ἀνταγωνιστὴς ἔσται λαμπρὸς, οὐχ ὅταν μὴ συμ-  
πλακῇ τῷ ἐχθρῷ, ἀλλ' ὅταν συμπλοκαίς μὴ κατέχηται.  
Οὐ τοίνυν διὰ τὴν συμπλοκὴν θνητοί, ἀλλὰ διὰ τὴν νίκην  
ἀθάνατοι. Τότε γὰρ ἂν ἦμεν θνητοί, εἰ ἐμένομεν παρ'  
αὐτῷ διηνεκῶς. Ὅσπερ οὖν οὐκ ἂν εἴποιμι τὰ μακρο-  
βιώτατα τῶν ζῶων ἀθάνατα, καίτοι γε πολὺν μένοντα  
χρόνον ἔξω θανάτου· οὕτως οὐδὲ θνητὸν, διὰ τὸ λύεσθαι  
θανάτῳ, τὸν μέλλοντα μετὰ τὸν θάνατον ἀνίστασθαι.  
Εἰπέ γὰρ μοι, εἰ τις πρὸς ὀλίγον ἐρυθριάσειε, τοῦτον  
οὕτω καλέσωμεν διηνεκῶς ἐρυθρόν<sup>d</sup>; Οὐδαμῶς· οὐ γὰρ  
ἐστὶ τὸ πρᾶγμα ἕξις. Εἰ τις ὠχρὸς γένοιτο, τοῦτον ἰκτε-  
ριῶντα προσερούμεν; Οὐδαμῶς· πρόσκαιρον γὰρ τὸ πά-  
θος. Οὐκοῦν οὐδὲ θνητὸν καλέσεις τὸν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ  
γενόμενον ἐν θανάτῳ· ἐπεὶ καὶ τοὺς καθεύδοντας οὕτως  
ἐρούμεν· τεθνήκασιν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, καὶ εἰσὶν ἀνεργῆτοι.  
Ἀλλὰ φθείρει τὰ σώματα; Καὶ τί τοῦτο; οὐ γὰρ  
ἵνα ἐν φθορᾷ μείνη, ἀλλ' ἵνα βελτίω γένηται. Νικῆσω-  
μεν τοίνυν τὸν κόσμον, πρὸς ἀθανάσιαν δράμωμεν, ἀκο-  
λουθήσωμεν τῷ βασιλεῖ, στήσωμεν αὐτῷ τρόπιον, κατα-  
φρονήσωμεν αὐτοῦ τῶν ἔθνῶν. Καὶ οὐ δεῖ πόνων· μετα-  
θῶμεν τὴν ψυχὴν πρὸς τὸν οὐρανὸν<sup>e</sup>, καὶ νενίκηται ὁ  
κόσμος ἅπας. Ἄν μὴ ἐπιθυμήσῃς αὐτοῦ, νενίκηται· ἂν  
καταγελάσῃς αὐτὸν, ἤττηται. Ἐξένοι ἐσμέν καὶ παρεπί-  
δημοι· μηδενὶ τῶν τῶν λυπηρῶν ἀλγῶμεν. Οὐδὲ γὰρ,  
εἰ πατρίδος γενόμενος λαμπρὰς καὶ προγόνων περιφα-  
νῶν, εἰς μακρὰν τινα γῆν ἀπῆλθες, μηδενὶ γνώριμος;  
ὦν, μηδὲ παῖδας ἔχων, μηδὲ πλούτον, εἶτά τις ὑβρίσεν,  
ἤλγησας ἂν ὡς οἴκοι ταῦτα παθῶν. Τὸ [469] γὰρ εἰδέναι  
σαφεῖς, ὅτι ἐν ξένη καὶ ἀλλοτρίᾳ εἶ, πάντα φέρειν εὐχό-

λως ἐπειθε, καὶ τὸ καταφρονεῖσθαι καὶ τὸ πεινῆν καὶ  
διψῆν, καὶ τὸ ὄτιοῦν παθεῖν. Τοῦτο λόγισαι καὶ νῦν, ὅτι  
ξένος εἶ καὶ παρεπίδημος, καὶ μηδὲν σε τῶν ἐν τῇ  
ξένη ταύτῃ θορυβεῖται. Κοί γὰρ πόλιν ἔχεις, ἣς τεχνί-  
της καὶ δημιουργὸς ὁ θεός· ἡ δὲ ἰ παροίκησις αὐτῇ  
πρὸς βραχὺ γίνεται καὶ ὀλίγον. Ὁ βουλόμενος τυπτέτω,  
ὑβρίζετω, λοιδορεῖτω. Ἐν ξένη ἐσμέν, καὶ εὐτελῶς ζῶ-  
μεν. Τὸ γὰρ δεινόν, ἐπὶ τῆς πατρίδος τοῦτο παθεῖν, ἐπὶ  
τῶν πολιτῶν· τότε ἡ μεγίστη ἀσχημοσύνη καὶ ζημία.  
Ἐὰν δὲ ἦ τις ἐνθα μὲν ἄγε γνώριμον ἔχη, πάντα εὐκό-  
λως ὑφίσταται. Ἡ γὰρ ὑβρις ἀπὸ τῆς γνώμης τῶν  
ὑβριζόντων χαλεπωτέρα γίνεται. Οἷον, ἐὰν τις εἰδὼς τὸν  
ὑπαρχον ὄντα ὑπαρχον ὑβρίσῃ, τότε ἡ ὑβρις πικρὰ· ἐν  
δὲ ἰδιώτην νομίσας ὑβρίσῃ, οὐδὲ ἀψαθῆσαι δύναται τοῦ  
ταῦτα πάσχοντος. Οὕτω δὲ καὶ ἡμεῖς λογιώμεθα. Οὐδὲ  
γὰρ ἴσασιν ὅπερ ἐσμέν οἱ ὑβρισταί, οἷον ὅτι πολῖται τῶν  
οὐρανῶν, καὶ εἰς τὴν ἄνω ἀπογεγραμμένοι ἐ πατρίδα,  
καὶ τῶν Χερουβὶμ ἔσμεν συγχορευταί. Μὴ τοίνυν ἀλγῶ-  
μεν, μηδὲ ὑβριν ἠγώμεθα τὴν ὑβριν. Εἰ ἐγνωρίζω, οὐκ  
ἂν ὑβρίσας. Ἀλλὰ πτωχοὺς καὶ εὐτελεῖς νομίζουσι; Μὴ  
τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς ταύτην ὑβριν νομίζωμεν. Εἰπέ γὰρ  
μοι, εἰ τις ὀδοιπόρων παῖδας τοὺς αὐτοῦ φθάσας, ὀλίγον  
διάστημα ἐν πανδοχείῳ ἐκαθέζετο περιμένον αὐτοὺς·  
εἶτα ὁ πανδοχεὺς, ἡ τῶν ὀδοιπόρων τις, ἀγνοῶν, ὅστις  
ἂν εἴη, δυσχεράνει πρὸς ἐκείνον καὶ λοιδορηθεῖ· ἄρα  
οὐ γελάσεται τὴν ἀγνοῶν ἐκείνου; οὐ τέρψει μᾶλλον  
αὐτὸν ἡ πλάνη; οὐκ ἐντροφεῖται, ὡς ἄλλου τινοῦ ὑβρι-  
ζομένου; Οὕτω καὶ ἡμεῖς πράττωμεν. Καὶ γὰρ ἐν  
πανδοχείῳ καθήμεθα περιμένοντες τοὺς ἡμετέρους· ἢ  
τοὺς ὀδεύοντας τὴν ὁδὸν ταύτην. Ὅταν ὁμοῦ πάντες  
γενώμεθα, τότε εἰσονται τίνας ὑβρίζουσιν. Οὗτοι τότε  
κάτω νεύουσι, τότε ἐρούσιν· Οὕτως ἐστὶν ἐν ἔσχωμεν  
ἡμεῖς· οἱ ἄφρονες εἰς γέλωτα.

δ'. Δύο τοίνυν τοῦτοις παραμυθησώμεθα ἑαυτοὺς, ὅτι  
τε ἡμεῖς οὐχ ὑβριζόμεθα (οὐ γὰρ ἴσασιν οὔτινές ἐσμεν),  
καὶ ὅτι, κἂν βουλώμεθα δίκην λαβεῖν, δώσουσιν ὑστερον  
χαλεπωτάτην. Ἀλλὰ μὴ γένοιτό τινα οὕτως ὠμῆν καὶ  
ἀπάνθρωπον ἔχειν ψυχὴν. Τί οὖν, ἂν παρὰ τῶν ὁμοφύ-  
λων ὑβριζώμεθα; τοῦτο γὰρ ἐστὶ τῆ φορτικόν. Τοῦτο  
μὲν οὖν ἐστὶ τὸ κοῦφον. Τί δὴ ποιεῖ; Ὅτι οὐχ ὁμοίως  
τοὺς ἀγαπωμένους ὑβρίζοντας φέρομεν, καὶ οὓς οὐκ  
ἴσμεν. Ταῦτα γοῦν, παρακαλοῦντες τοὺς ὑβρισμένους,  
λέγομεν τὰ ῥήματα πολλάκις· Ἀδελφός ἐστιν ὁ ὑβρι-  
κῶς, φέρε γενναίως· πατήρ ἐστὶ, θεϊός· ἐστίν. Εἰ δὲ  
τοῦ ἀδελφοῦ καὶ πατρὸς τὸ ὄνομα δυσωπεῖ, πολλῷ μᾶλλον  
ἢ ἂν εἴπω τοῦτων γνησιώτερον. Οὐ γὰρ ἀδελφοὶ  
μόνον ἀλλήλοις ἐσμέν, ἀλλὰ καὶ μέλη καὶ σῶμα ἐν. Εἰ  
δὲ τοῦ ἀδελφοῦ ὄνομα δυσωπεῖ, πολλῷ μᾶλλον τὸ τοῦ  
μέλους. Οὐκ ἤκουσας τῆς ἔξω παρομιᾶς, λεγούσης, ὅτι  
δεῖ τοὺς φίλους μετὰ τῶν ἐλαττωμάτων ἔχειν; οὐκ  
ἤκουσας Παύλου λέγοντος, [470] ὅτι Ἀλλήλων τὰ βάρη  
βυστάζετε; οὐκ ὄρα; τοὺς ἐρώντας; Ἀναγκάζομαι  
γὰρ, ἐπειδὴ ἀφ' ὑμῶν τὸ παράδειγμα σκεῖν οὐκ ἔχομεν,  
ἐπ' ἐκείνην τὴν ὑπόθεσιν τὸν λόγον ἀγαγεῖν. Ποιεῖ δὲ  
αὐτὸ καὶ ὁ Παῦλος οὕτω λέγων· Εἶτα τοὺς μὲν τῆς  
συμφυῆς ἡμῶν πατέρας ἐλογισαί παιδευτάς, καὶ ἐν-  
ετροπέμεθα<sup>i</sup>. Μᾶλλον δὲ ἐκεῖνο εὐκαιρότερον εἰπεῖν,  
φησὶν, ὅπερ Ῥωμαίους· Ὅσπερ, φησὶ, παρσετήσατε

<sup>a</sup> Savil ἐβούλετο. <sup>b</sup> Morel. στήσω ὑμῖν. <sup>c</sup> Alii καὶ ἡμᾶς.  
<sup>d</sup> Alii post ἐρυθρὸν addunt εἶναι. <sup>e</sup> Quidam εἰς τὸν οὐρανόν.

<sup>f</sup> Morel. εἰ δέ. <sup>g</sup> Alii ἀπαγγέλλωμεν. <sup>h</sup> Verba τοὺς ἡμετέ-  
ρους, ut quae optime sensum perficiant. <sup>i</sup> Savi io recerptimus.  
Edit. <sup>j</sup> Verba πολλῷ μᾶλλον idem dedit Savil. Mox pro ἀλλή-  
λοις nonnulli habent ἀλλήλων. Edit. <sup>k</sup> Alii καὶ οὐκ ἐντροπέμεθα,  
et sic legit interpres Latinus.

non est opus tibi, ut quis te interroget. Id est, Antequam audias, vides quid nos perturbet, et recreasti nos dicendo, *Pater vos amat, quia vos me amatis*. Post tot et tanta, tunc tandem dicunt, *Nunc scimus* (*Joan. 16. 30*). Viden' quam rudes adhuc essent? Deinde quia, ceu gratias agentes, dicunt, *Nunc scimus*, ait ille, *Multis aliis opus habetis, ut perfectionem attingatis: nihil adhuc a vobis perfectum est. Nunc igitur me inimicis tradetis, et tanta vos invadet formido, ut neque simul abscedere possitis. Sed nihil hinc ego damni patiar. Viden' quomodo rursus attemperatus sermo sit? Hac ergo de re illos accusat, quod perpetuo indulgentia opus haberent. Cum enim dicerent, 29. *Ece nunc palam loqueris, et proverbium nullum dicis, 30. et ideo credimus tibi*; ostendit etiam nunc cum credunt, nondum credere, nec se illorum dicta admittere. Hæc vero dicit ad aliud illos tempus remittens. Illud autem, 32. *Pater mecum est*, propter eos iterum ponit: hoc enim illos discere semper voluit. Deinde ut ostendat se hæc dicendo nondum illis perfectam tradidisse notitiam; sed ne ratiociniis exagitarentur (verisimile enim erat eos humana quædam cogitasse, metuisseque se nullum ab eo auxilium habituros esse), ait: 33. *Hæc loquutus sum vobis, ut in me pacem habeatis*: id est, Ut non excidam ex animo vestro, sed me recipiatis. Ne quis ergo hæc dicta in dogma trahat: nam hæc ad nostram consolationem dilectionemque dicta sunt. Neque enim hæc tantum patiemi: ærumnæ vestræ tandem sedabuntur; sed donec in mundo eritis, in ærumnis versabimini, non solum nunc cum trador, sed etiam postea. Sed animum erigite: nihil enim grave patiemi. Postquam enim Magister inimicos vicerit, non oportet discipulos contristari. Et quomodo, quæso, mundum vicisti? Jam dixi, me principem ejus eiecisse foras; scietis autem postea, cum omnes cedent vobis, et obtemperabunt.*

3. *Homines quomodo sint immortales.* — Licet enim nobis quoque vincere, si voluerimus ducem fidei nostræ respicere, et illa via, quam ille aperuit, incedere. Ita neque mors nos superabit. Quid ergo? inquires; an non moriemur? hinc enim constaret mortem non vicisse. Atqui tunc certator clarus est, non quando cum hoste non confligit, sed quando congressus non vincitur. Non ergo propter congressum mortales, sed propter victoriam immortales. Tunc enim mortales essemus, si perpetuo in morte maneremus. Ut enim longissimæ vitæ animalia non immortalia dixerim, etsi diuturno autem mortem vivant tempore: sic nec mortalem dixerim eum, qui post mortem resurrecturus est. Dic, quæso, si quis ad breve tempus erubesceret, illumne perpetuo rubrum diceremus? Minime: non enim id habitus est. Si quis pallidus fieret, an hunc regio morbo captum diceremus? Minime: temporaneus quippe morbus est. Ne ergo mortalem dicas eum, qui modico tempore in morte fuit. Nam sic dormientes posseimus mortuos appellare: sunt enim, ut ita dicam, mortui, nihilque operantes. Sed mors corpora corrumpit? Et quid hoc? non enim

moriuntur ut in corruptione maneat, sed ut meliora evadant. Vincamus ergo mundum; ad immortalitatem curramus, sequamur regem, ipsi tropæum erigamus, voluptates despiciamus. Non opus est laboribus; animam transferamus ad cælum, et totus mundus victus est. Si illum non concupiscas, victus est; si derideas illum, superatus est. Hospites sumus et peregrini: de nulla ergo re tristi doleamus. Neque enim si ex florente patria et claris majoribus ortus, in longinquam migrares terram, nemini notus, sine liberis, sine opibus, deinde a quopiam contumeliam acciperes, perinde ægre ferres ac si domi id passus esses. Cum scires enim te in peregrina et aliena regione esse, id tibi omnia facile ferenda et contemnenda esse suaderet, et famem et sitim et si qua alia. Hoc etiam nunc cogita: te nempe advenam et peregrinum esse, et utpote in aliena regione a nulla turberis. Civitatem enim habes, cujus opifex et creator est Deus; hæc vero peregrinatio ad breve tempus est. Qui vult verberet, contumeliis et conviciis oneret. In peregrina terra sumus, et misere vivimus. Grave quippe esset id in patria pati, inter concives; tunc maxima esset infamia et jactura. Si autem ibi quis esset, ubi neminem sibi notum habet, omnia facile toleraret. Contumelia enim ex inferentis voluntate gravior judicatur. Ut, exempli causa, si quis prætorem sibi notum contumelia afficeret, tunc contumelia esset acerba; si autem privatum esse ratus offenderet, ne attingere quidem videretur eum cui inferret. Sic nobiscum reputemus. Neque enim contumeliosi illi quinam simus sciunt; nempe cælorum cives, in supernam adscripti patriam, et inter Cherubinorum choreas. Ne itaque doleamus, neque contumeliam putemus esse contumeliam. Nos si cognoscerent, non utique læderent. Sed nos pauperes miserosque putant? Ne ergo id pro contumelia habeamus. Die enim mihi, si quis iter agens servos suos aliquandiu in diversorio exspectaret, caupo autem vel viator, seu alius quispiam ignarus, illi malediceret et conviciaretur, nonne illius ignorantiam rideret, illiusque errore delectaretur? nonne lætaretur ac si alius, non ipse, afficeretur contumelia? Ita et nos faciamus. Nam in diversorio sedemus, viæ socios expectantes. Cum omnes convenimus, tum quos læserint, intelligent. Tunc, demisso capite, dicent: Hic est quem nos stulti habuimus in derisum (*Sap. 5. 3*).

4. Illis ergo duobus consolationem accipiamus, et quod non nos injuriam accipiamus (non enim sciunt quinam simus), tum quod, si ulcisci velimus, pœnas illi gravissimas demum sint daturi. Verum absit ut quispiam tam crudelis et inhumanus sit. Quid si a contribulibus nostris injuriam accipiamus? illud enim molestum esset. Imo levissimum. Quare? Quia non pari modo dilectos atque ignotos conviciantes toleramus. Hæc contumelia affectis hortandi causa sæpe dicimus: Frater est qui læsit, fortiter feras: pater est, vel patruus. Quod si fratris vel patris nomina revereris, dicam quid propinquius. Non solum enim fratres mutuo sumus, sed et membra et corpus unum.

Quod si fratris nomen reveremur, multo magis mem-  
bri. Non audisti externum illud proverbium, amicos  
cum vitis esse ferendos? non audisti Paulum dicen-  
tem. *Alter alterius onera portate* (Gal. 6. 2)? non  
amatores vides? Cogor enim, quia vobis tale exem-  
plum mutuari non possum, ad illud recurrere: quod  
ipsum facit Paulus sic dicens: *Deinde patres quidem  
carnis nostrae habuimus cruditores, et verebamur*  
(Hebr. 12. 9). Imo illud opportunius dicatur, Quod  
Romanis dicit: *Sicut exhibuistis membra vestra servire  
immunditiae et iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete  
membra vestra servire iustitiae* (Rom. 6. 19). Ideo  
et nos fidenter exemplum referre pergimus. Non vi-  
des igitur amatores, qui meretrices depereunt, quanta  
perferunt mala, a lapidibus caeduntur, verberantur, irri-  
dentur, lascivum scortum perferunt, dum se adver-  
satur et mille contumelias infert? Et tamen si semel  
blandum quidpiam et suave videant, omnia sibi felicia  
putant, priora avolant, prospera cuncta sunt; sive  
paupertas accidat, sive morbus, sive quidpiam hujus-  
modi. Vitam sibi vel miseram vel felicem existimant,  
prout affectam sibi amasiam habent. Non gloriam  
humanam, non ignominiam norunt; sed si injuria  
inferatur, ex hujusmodi voluptate et rebus apud il-  
lam prosperis omnia facile ferunt. Si illa convicietur,  
si in faciem conspuat, illi se rosis aspergi putant. Et  
quid mirum si tali erga illam affectu sunt? Illius  
quippe domum omnium splendidissimam esse putant,  
etsi lutea illa sit, etsi in ruinam vergat. Ecquid de  
parietibus loquor? Nam visis iis in quibus versari so-  
lent locis, excitantur. Illic vero concedite mihi ut  
apostolicum illud proferam: *Sicut exhibuistis mem-  
bra vestra servire immunditiae, ita exhibete membra  
vestra servire iustitiae*. Idipsum ego dico: ut illas di-  
leximus, sic nos mutuo diligamus, nec nos grave quid-  
piam pati existimabimus. Et quid dico nos mutuo?  
Sic Deum diligamus.

*Discrimen inter amorem Dei, et amorem meretricis.*  
— Inhorruistis audientes me tantum exigere erga  
Deum amorem, quantum erga meretricem exhibe-  
mus? At ego exhorresco quod ne parem quidem ex-  
hibeamus. Et, si placet, illud expendamus, etsi admo-  
dum molesta res sit. Amasia amantibus nihil boni  
promittit, sed ignominiam, turpitudinem, contumeliam;  
hoc enim affert meretricis consuetudo, ridiculum  
reddit, turpem, infamem. Deus vero caelum et  
caelestia bona pollicetur; filios suos et Unigeniti fra-  
tres reddit, viventi tibi innumera largitur, mortuo  
resurrectionem, et tot tantaque bona, ut ne cogitare  
quidem ea possis, nosque honorabiles venerandosque  
efficit. Illa iterum expendere cogit omnia in voraginem  
et perniciem; Deus jubet caelum ipsum serere,  
et centuplum dat, atque vitam aeternam. Illa amatore  
ut mancipio utitur, quovis tyranno acerbior; Deus  
vero dicit: *Jam non dicam vos servos, sed amicos*  
(Joan. 15. 15).

5. Vidistisne magnitudinem hic malorum, illic bonorum?  
Quid ad haec? Illius gratia multi vigilant, et  
imperanti toto animo morem gerunt, domum relin-

quunt, patrem, matrem, amicos, pecunias, patrocina,  
omnia sua deserunt et labefactari sinunt; Dei vero  
causa, imo potius nostri causa, saepe ne tertiam qui-  
dem facultatum partem expendere volumus, sed famelicum  
despicimus, nudum videntes praetercurrimus  
neque alloqui dignamur. Illius vero si ancillulam vi-  
derint amatores, barbaram licet, in medio foro stantes,  
blande et hilari vultu alloquuntur, longioreque utuntur  
sermone. Propter illam nihil esse vitam arbitrantur,  
nihil principes, nihil regnum (id sciunt certe quot  
hunc experti sunt morbum); et majorem habent  
imperanti gratiam, quam servientibus caeteris. Nonne  
merito gehenna, nonne innumera nos manent suppli-  
cia? Evigilemus itaque, et Dei ministerio exhibea-  
mus aut tantumdem aut dimidiam certe partem eorum  
quae meretrici caeteri praebent, aut tertiam, ut mini-  
mum, partem. Forte iterum horretis? Et ego quoque.  
At vellem vos non de verbis tantum, sed et de rebus  
ipsis horrere. Nunc autem hic cor movetur, egressi  
vero omnia abjecimus. Quid hinc ergo lucriferi?

*Ad eleemosynam pro more hortatur.* — Si illic con-  
sumendae essent pecuniae, nemo defleret paupertatem,  
sed foeneraretur etsi saepe captus fuisset: hic vero si  
eleemosyna nominetur, statim filios, uxorem, domum,  
curam rei familiaris, et millia obtendimus. Sed multa,  
inquires, illic voluptas est. Hoc est quod doleo,  
de quo excrucior. Quid vero si ostendero hic majorem  
esse voluptatem? Illic enim non parum voluptatem  
minuit pudor, contumelia, sumptus; itemque bellum  
et inimicitiae: hic vero nihil hujusmodi. Quid  
enim, quaeso, huic voluptati par esse possit, sedere  
regnum caelorum expectantem, sanctorum splendorem,  
vitam perpetuam? At, inquires, haec expectantur,  
illa experimur. Quomodo experiris? Visne tibi  
ostendam hic quoque experimentum haberi? Cogita  
quanta fruaris libertate, quod nullum timeas vel tre-  
mas dum virtutem sectaris, non inimicum, non in-  
sidiatorem, non sycophantam, non aemulum, non  
rivalem, non zelotypum, non paupertatem, non argi-  
tudinem, non aliud quidpiam humanum. Illic vero, etsi  
innumera ex voto succedant, et divitiae quasi ex fonte  
manent, rivalium bellum, insidiae, omnium miserri-  
mam illorum vitam efficiunt, qui in his volutantur.  
Ad voluptatem enim illius respiciendae et effeminae  
necesse est moveri bella; quod mille mortibus gra-  
vius et omni supplicio intolerabilius est. Illic autem  
nihil hujusmodi. *Fructus, enim, inquit, Spiritus, ca-  
ritas, gaudium, pax* (Gal. 5. 22). Nusquam bellum,  
non intempestivi pecuniarum sumptus, non post ex-  
pensam opprobria: si obolum des, si panem, si cali-  
cem aquae frigidae, multa tibi gratia habebitur, nihil-  
que te mœrore dolore afficiet; sed omnia te liberum  
gloriosumque reddent, et ab omni te turpitudine  
liberabunt. Quam ergo excusationem habebimus,  
quam veniam, qui haec relinquimus, contrariis nos  
damus, et in caminum ignis ardentis nos sponte con-  
jicimus? Quare hortor eos qui hoc morbo laborant,  
ut resipiscant, et ad sanitatem redeant, nec in despe-  
rationem incidant. Nam et ille filius his longe graviora

τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν· οὕτως παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς θαρρόμενοι ἐπόμθε τοῦ παραδείγματος. Οὐχ ὄραξ τοίνυν τοὺς ἐρῶντας, πόσα οὗτοι πορνῶν γυναικῶν περικαίόμενοι πάσχουσι δεινὰ, βραπιζόμενοι, τυπτόμενοι, γελώμενοι, θρυπτομένης ἀνεχόμενοι πόρνῃς, ἀποστρεφόμενης, μυρία ὑβρίζουσες; Ἄλλ' ὁμως κἂν ἅπαξ ἡδὺ τι καὶ ἡμερον ἴδωσιν, πάντα αὐτοῖς ἐν εὐπραγίᾳ, καὶ πάντα οἴχεται τὰ πρότερα, καὶ πάντα ἐξ οὐρίων φέρεται, κἂν πενία, κἂν νόσος, κἂν ὄτιον τοῦτοις ἕτερον. Τὸν γὰρ βίον τὸν ἑαυτῶν τίθενται ἀθλίον τε καὶ μακάριον, ὡς ἂν τὴν ἐρωμένην ἔχουσι πρὸς αὐτοὺς διακειμένην. Καὶ οὐ δόξαν ἴσασιν ἀνθροπίην, οὐκ ἀτιμίαν· ἀλλὰ, κἂν ὑβρίξῃ τις, ὑπὸ τῆς πολλῆς ἡδονῆς καὶ τῆς παρ' ἐκείνης εὐημερίας· ἅπαντα φέρουσι ῥαδίως· ἐκείνη δὲ κἂν λοιδορησῆται, κἂν εἰς τὸ πρόσωπον πύσῃ, ῥόδοις βάλλεσθαι νομίζουσι ταῦτα πάσχοντες. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ περὶ αὐτῶν οὕτως διάκεινται; Καὶ γὰρ τὴν οἰκίαν τὴν ἐκείνης πασῶν εἶναι λαμπροτέραν νομίζουσι, κἂν πηλίγη ἦ, κἂν καταπίπτουσα. Καὶ τί λέγω τοὺς τοίχους; Καὶ γὰρ τοὺς τόπους αὐτοῦς, ἔνθα διατριβουσιν ἐν ἑσπέρᾳ, ὄρῶντες διανίστανται. Ἐνταῦθα δὲ μοι δότε ἅ λοιπὸν τὸ ἀποστολικὸν εἰπεῖν. Καθάπερ ἐκεῖνός φησιν· *Ὅσπερ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ, οὕτως παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν τῇ δικαιοσύνῃ*· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ γὰρ λέγω· ὡς ἠγαπήσαμεν ταύτας, ἀγαπήσωμεν ἀλλήλους, καὶ οὐδὲν δεινὸν ἠγησόμεθα πάσχειν. Καὶ τί λέγω ἀλλήλους· οὕτως ἀγαπήσωμεν τὸν Θεόν.

Ἐφρίξατε ἀκούσαντες, ὅτι τοσοῦτον ἀπαιτῶ μέτρον ἀγάπης ἐπὶ Θεοῦ, ὅσον περὶ τὴν πόρνην ἐπεδειξάμεθα; Ἄλλ' ἐγὼ φρίττω, ὅτι οὐδὲ τοσοῦτον ἐπιδεικνύμεθα. Καὶ, εἰ βούλεσθε, ἐπεξέλθωμεν τῷ λόγῳ, εἰ καὶ σφόδρα φορτικὸν τὸ λεγόμενον. Ἢ ἐρωμένη τοῖς ἐρῶσιν οὐδὲν ὑπισχνεῖται χρηστὸν, ἀλλ' ἀτιμίαν, καὶ αἰσχύνῃν, καὶ ὕδριν. Τοῦτο γὰρ εἶναι ποιεῖ τὸ προσεδραβεῖν πόρνην γυναικί, καταγέλαστον, αἰσχρὸν, ἀτιμον. Ὁ δὲ Θεὸς οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς ἐπαγγέλλεται ἀγαθὰ, καὶ υἱὸς ἡμᾶς ἐποίησα, καὶ ἀδελφὸς τοῦ Μονογενοῦς, καὶ ζῶντί σοι μυρία παρέσχες, καὶ τελευτῶντι ἀνάστασιν, καὶ τσαῦτα ἐπαγγέλλεται δώσειν ἀγαθὰ, ὅσα μηδὲ ἐνοῆσαι δυνατὸν, καὶ τιμίους καὶ αἰδοσίμους ἡμᾶς ποιεῖ. Καὶ πάλιν, ἐκείνη δαπανᾷ ἀναγκάζει πάντα τὰ αὐτῶν εἰς βράθρον καὶ ἀπώλειαν· ὁ δὲ Θεὸς σπεῖρειν κελεύει τὸν οὐρανὸν, καὶ ἑκατονταπλασίονα δίδωσι, καὶ [471] ζωὴν αἰώνιον. Πάλιν, ἐκείνη ὡς ἀνδραπόδω κέχρηται τῷ φιλοῦντι, τυράννου παντὸς χαλεπώτερον ἐπιτάττουσα· ὁ δὲ Θεὸς φησιν, *Οὐκέτι λέγω ὑμᾶς δούλους, ἀλλὰ φίλους*.

ε'. Εἶθετε τὴν ὑπερβολὴν καὶ τῶν ἐνταῦθα κακῶν, καὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐκείθεν; Τί οὖν τὰ μετὰ ταῦτα; Ταύτης μὲν ἔνεκεν καὶ ἀγρυπνοῦσι πολλοὶ, καὶ ἅπερ ἂν ἐπιτάξῃ, μετὰ προθυμίας ὑπακούουσι, καὶ οἰκίαν ἀφίσαι, καὶ πατέρα, καὶ μητέρα, καὶ φίλους, καὶ χρήματα, καὶ προστασίαν, καὶ πάντα ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἐρημίᾳ τὰ αὐτῶν τοῦ δὲ Θεοῦ πολλάκις ἔνεκεν, μᾶλλον δὲ ἡμῶν αὐτῶν ἔνεκεν, οὐδὲ τρίτην μοῖραν ἀναλῶσαι αἰρούμεθα τῶν δυνάτων, ἀλλὰ πεινῶντα ὀρῶντες περιορῶμεν, καὶ

παρατρέχοντες γυμνῶν, καὶ οὐδὲ λόγου μεταδίδομεν. Ἐκείνης δὲ κἂν θεραπευνίδα ἴδωσιν οἱ ἔρασταί, καὶ βάρβαρον, ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ ἐστῶτες, ὡσπερ ἐγκαλλωπιζόμενοι, καὶ ἀγαλλόμενοι διαλέγονται, μακρῶν λόγων ἀνετίττοντες διαύλους· καὶ οὐδὲν εἶναι τὸν βίον πάντα νομίζουσι δι' αὐτὴν, οὐκ ἄρχοντας, οὐ βασιλείαν (καὶ ἴσασιν ὅσοι τοῦ νοσήματος εἰλήφασιν πείραν)· καὶ χάριν ἔχουσι πλεονα ἐπιταττούση, ἢ δουλεύουσιν ἑτέροις. Ἄρ' οὐκ εἰκότως γέεννα; Ἄρ' οὐκ εἰκότως μυρία κολάσεις; Ἀνανήψωμεν τοίνυν, καὶ παρᾶσχωμεν τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοσίᾳ κἂν τοσοῦτον, κἂν τὸ ἡμισυ μέρος, οὐ τῇ πόρνη παρέχουσιν ἕτεροι, κἂν τὸ τρίτον. Τάχα φρίττετε πάλιν; καὶ γὰρ καὶ αὐτός. Ἄλλ' οὐκ ἠθουλόμην ἐπὶ τῶν λόγων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων φρίττειν ὑμᾶς. Νῦν δὲ ἐνταῦθα μὲν ἡμῖν ἡ καρδία συστέλλεται, ἐξεληθόντες δὲ πάντα ρίπτομεν. Τί οὖν τὸ κέρδος;

Ἄν μὲν γὰρ ἐκεῖ δέη χρήματα ἀναλίσκειν, οὐδεὶς πενίαν ὀδύρεται, ἀλλὰ καὶ δανεισάμενος ἔδωκε πολλάκις ἀλόους· ἐνταῦθα δὲ, ἐν ἐλεημοσύνης μνησθῶμεν, παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ οἰκίαν, καὶ προστασίαν, καὶ μυρία προφάσεις ἡμῖν προβάλλονται. Ἄλλ' ἡδονὴ πολλή, φησὶν, ἐκεῖ. Τοῦτο γὰρ ἐστὶν ὁ θρηνῶ καὶ ὀδύρμαί. Τί οὖν, ἐὰν δεῖξω μείζονα ἐνταῦθα τὴν ἡδονήν; Ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐ μικρὸν ὑποτέμνεται τῆς ἡδονῆς ἡ αἰσχύνῃ, καὶ ἡ ὕβρις, καὶ ἡ δαπάνη, δεύτερον ὁ πόλεμος καὶ ἡ ἀπέχθεια· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον. Τί γὰρ τῆς ἡδονῆς ταύτης ἴσον, εἰπέ μοι, καθίσθαι προσδοκῶντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν ἐκεῖ βασιλείαν, καὶ τὴν λαμπρότητα τῶν ἀγίων, καὶ τὴν ζωὴν τὴν ἀτελεῦτητον; Ἄλλὰ ταῦτα ἐν προσδοκίαις, φησὶν, ἐκείνα δὲ ἐν πείρᾳ. Ποῖα πείρα; Βούλει καὶ ἐνταῦθα τὰ ἐν πείρᾳ εἶπω; Ἐνόησον πόσις ἐλευθερίας ἀπολαύεις, καὶ πῶς οὐδένα δέδοικας· οὐδὲ τρέμεις ἀρετῇ συζῶν, οὐκ ἐχθρὸν, οὐκ ἐπίδουλον, οὐ συκοφάντην, οὐ τὸν παραδοκιμοῦντα, οὐκ ἀντεραστὴν, οὐ ζηλότυπον, οὐ πενίαν, οὐ νόσον, οὐκ ἄλλο τῶν ἀνθρωπίνων οὐδὲν· ἐκεῖ δὲ, κἂν μυρία κατὰ γνώμην γέννηται, καὶ ὡσπερ ἐκ πηγῶν ὁ πλοῦτος ἐπιβρέθῃ, ὁ τῶν ἀντεραστῶν πόλεμος, καὶ αἱ ἐπίβουλαί, καὶ οἱ λόγοι πάντων ἀθλιώτερον ποιήσει τοῦ μετ' ἐκείνου πλουνομένου τὸν βίον. Τῆς γὰρ καταπτύστου θρυπτομένης ἐκείνης καὶ τρυφώσης, ἀνάγκη τὸν πόλεμον ἀναβρίπιζεσθαι εἰς τὴν [472] ἐκείνης ἀρέσκειαν. Τοῦτο οὖν μυρίων θανάτων χαλεπώτερον καὶ πάσης ἀφορητότερον τιμωρίας. Ἄλλ' οὐκ ἐνταῦθα τοιοῦτον οὐδὲν. Ὁ γὰρ καρπός, φησὶ, τοῦ Πνεύματος, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη. Οὐδαμοῦ πόλεμος, οὐδὲ χρημάτων ἀκαιρος δαπάνη, οὐδὲ ὀνειδῆ μετὰ δαπάνης· κἂν ὀβολὸν δῶς, κἂν ἄρτον, κἂν ποτήριον ψυχροῦ, πολλὴν σοι τὴν χάριν εἴσεται, καὶ οὐδὲν ἐπὶ τό σε <sup>b</sup> δακεῖν, καὶ λυτῆσαι ποιεῖ, ἀλλὰ πάντα ὥστε ποιῆσαι σε ἐνδοξον, καὶ πάσης ἀπαλλάξει αἰσχύνῃς <sup>c</sup>. Τίνα οὖν ἔξομεν ἀπολογίαν, ποίαν συγγνώμην, ταῦτα μὲν ἀφιέντες, τοῖς δὲ ἐναντίοις ἑαυτοῦς ἐκδιδόντες, καὶ εἰς τὴν τοῦ πύρρος κάμνον τὴν καιομένην ἐκόντες ἑαυτοῦς ἐκβάλλοντες; Διὸ παρακαλῶ τοὺς τὰ τοιαῦτα νοσοῦντας ἀνακτῆσασθαι ἑαυτοῦς, καὶ πρὸς τὴν ὑγείαν ἐπαναγαγεῖν, μηδὲ ἀφιέναι εἰς ἀπόγνωσιν ἐμπεισῖν. Ἐπεὶ καὶ ὁ υἱὸς ἐκεῖνος πολλῶν χαλεπώτερα τοῦτον ἔπαθεν· ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς τὸν οἶκον ἐπανήλθε τὸν πατρός, καὶ ἐπὶ τῆς προτέρας ἐγένετο τιμῆς, καὶ τοῦ διαπαντός εὐδοκίμησαντος ἐφάνη λαμπρότερος. Τοῦτον γὰρ ἡμεῖς ζηλώσωμεν, καὶ πρὸς

<sup>a</sup> Quidam ἐνταῦθα δότε. Morel. ἐνταῦθα δὲ δότε Savil. ut uos.

<sup>b</sup> Savil. putat legendum ἐπὶ τῷ σε. <sup>c</sup> Haec est lectio Savil., quam praetullinus vulgavit: ἀλλὰ πάντα ὥστε ἀπαλλαγῆναι καὶ ποιῆσαι ἐνδοξον Euit.

τὴν Πατέρα ἐπανελάβοντες, ὅψε γοῦν ποτε τῆς αἰχμαλωσίας ἀποστῶμεν ἐκείνης, καὶ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοὺς μεταγάγωμεν, ἵνα καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν

ἀπολαύσωμεν, γάρ τι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ Π'.

Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπήρσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ εἶπε· Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν Υἱόν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε.

α'. Ὁ ποιήσας καὶ διδάξας, φησὶν, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· καὶ μάλα εἰκότως. Τὸ μὲν γὰρ διὰ ῥημάτων φιλοσοφεῖν, εὐκολον ἢ δὲ διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξις, γενναίου τινὸς καὶ μεγάλου. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς περὶ ἀνεξικκίας διαλεγόμενος, μέσον αὐτὸν προτίθει, καλεῶν ἐκεῖθεν λαμβάνειν τὰ ὑποδείγματα. Διὰ τοῦτο καὶ μετὰ τὴν παραίνεσιν ταύτην ἐπὶ εὐχὴν τρέπεται, παιδεύων ἡμᾶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς πάντα ἀφέντας ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγειν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Ἐν τῷ κόσμῳ ὀλίγην ἔχετε, καὶ κατέσεισεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, διὰ τῆς εὐχῆς ἀνίστησι πάλιν. Ὡς γὰρ ἀνθρώπων τέως προτείχον. Καὶ δι' ἐκείνους ταῦτα ποιεῖ, ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ Λαζάρου, καὶ λέγει τὴν αἰτίαν, ὅτι Διὰ τὸν δῆλον τὸν παρεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεῦσωσιν, ὅτι σὺ με ἀπέστειλας. Ναί, φησὶν ἄλλ' ἐπὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων εἰκότως ταῦτα ἐγίνετο· ἐπὶ δὲ τῶν μαθητῶν τίνος ἕνεκεν; Καὶ ἐπὶ τῶν μαθητῶν εἰκότως. Οἱ γὰρ μετὰ τσαυτὰ λέγοντες, Νὺν οἶδαμεν, ὅτι πάντα οἶδας, μάλιστα πάντων βεβαιωθῆναι ἔδεικτο. Ἄλλως δὲ, οὐδὲ εὐχὴν ὁ εὐαγγελιστῆς τὸ πρᾶγμα καλεῖ· ἀλλὰ τί φησιν; Ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανόν, [473] καὶ διάλεξιν αὐτὸ πρὸς τὸν Πατέρα μάλλον εἶναι φησιν. Εἰ δὲ ἀλλάχου λέγει εὐχὴν, καὶ δείκνυσιν αὐτὸν ποτὲ μὲν ἐπὶ γόνατα καμπτόμενον, ποτὲ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφροντα, μὴ θορυβηθῆς. Διὰ γὰρ τούτων παιδευόμεθα τὸ ἐκτενέες τὸ ἐν ταῖς δεήσεσιν, ἵνα καὶ ἐστῶτες ἀναβλέπωμεν, μὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς σαρκὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς διανοίας· καὶ ἵνα κάμπτωμεν τὰ γόνατα, τὴν αὐτῶν καρδίαν συνερθίζοντες. Ἦλθε γὰρ ὁ Χριστὸς, οὐχ ἑαυτὸν δεῖξαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀρετὴν παιδεύειν ἄφατον. Τὸν δὲ παιδεύοντα οὐ διὰ ῥημάτων μόνου, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων παιδεύειν χρή. Ἀκούσωμεν τοίνυν τί φησὶν ἐνταῦθα· Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν Υἱόν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε. Πάλιν δείκνυσιν ἡμῖν ὅτι οὐκ ἄκων ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἔρχεται. Πῶς γὰρ, ὁ καὶ εὐχόμενος τοῦτο γενέσθαι, καὶ δόξαν τὸ πρᾶγμα καλῶν, οὐκ αὐτοῦ μόνου τοῦ σταυρουμένου, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πατρὸς; Ἐπεὶ καὶ οὕτως ἐγένετο· οὐ γὰρ ὁ Υἱὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ ἐδοξάσθη. Πρὸ μὲν γὰρ τοῦ σταυροῦ οὐδὲ Ἰουδαῖοι αὐτὸν ἤδεσαν· Ἰσραὴλ γὰρ με, φησὶν, οὐκ ἔγνω· μετὰ δὲ τὸν σταυρὸν ἡ οἰκουμένη ἅπανα προσέδραμεν. Εἶτα λέγει καὶ τὸν τρόπον τῆς δόξης, καὶ πῶς αὐτὸν δοξάσει. Καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκός, ἵνα πᾶν, ὃ δέδωκας αὐτῷ, μὴ ἀποληται. Τὸ γὰρ εὐεργετῆν αἰετὶ, τῷ Θεῷ δόξα. Τί δὲ ἐστὶ, καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκός; Τέως δείκνυσιν, ὅτι οὐκ εἰς Ἰουδαίους μόνους τὰ τοῦ κηρύγματος ἐστὶ συνεσταλμένα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν οἰκουμένην ἐκτείνεται πᾶσαν, καὶ προκαταβάλλεται πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐθνῶν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν· Εἰς ὅδον ἁπάντων μὴ ἀπέλθῃτε· μέλλει δὲ μετὰ ταῦτα λέγειν, Πο-

\* Αἱ εὐχαριστίαι εἰς τὸν.

ρευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, δείκνυσιν καὶ τὸν Πατέρα τοῦτο βουλόμενον. Σφόδρα γὰρ τοῦτο ἐσκανδαλίξεν Ἰουδαίους, καὶ τοὺς μαθητὰς δέ. Οὐδὲ γὰρ μετὰ ταῦτα ἠεὺκότως ἠγείχοντο τὸν ἐθνῶν ἄπιστοι, ἕως τὴν τοῦ Πνεύματος ἔλαβον διδασκαλίαν· καὶ γὰρ οὐ μικρὸν σκάνδαλον ἐνετύθεν Ἰουδαίους ἐγίνετο. Μετὰ οὖν τὴν τσαυτὴν τοῦ Πνεύματος ἐπίδειξιν, εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα παραγενόμενος ὁ Πέτρος, μόλις ἴσχυσε τὰ ἐγκλήματα διαφυγεῖν, εἰπὼν τὰ κατὰ τὴν σινδόνα. Τί δὲ ἐστίν, Ἐδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκός;

Πότε ἄρα τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔλαβεν, ἐπίσταται τοὺς αἰρετικούς; πρὸ τοῦ πλάσαι αὐτούς, ἢ μετὰ τὸ πλάσαι; Αὐτὸς μὲν γὰρ φησὶ, μετὰ τὸ σταυρωθῆναι ἑ καὶ ἀναστῆναι. Τότε γοῦν λέγει· Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία. Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. Τί οὖν; οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ· ἀλλ' ἐποίησε μὲν αὐτούς, ἐξουσίαν δὲ αὐτῶν οὐκ εἶχε μετὰ τὸ ποιῆσαι; Καὶ μὴ φαίνεται πάντα καλῶν οὐκ ἀμαρτάνοντα, τοὺς δὲ διορθούμενος ἐπιστρέφοντα; (Οὐ μὴ κρύψω γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τοῦ παιδὸς μου Ἀβραάμ, ὃ [474] ἐγὼ μέλλω ποιεῖν)· τοὺς δὲ καὶ τιμῶν ὡς κατορθούντας. Εἶτα τότε μὲν εἶχε, νῦν δὲ ἀπόλεσε, καὶ πάλιν ἔλαβε; Καὶ ποῖος ἂν ταῦτα δαίμων ἐφθέγγετο; Εἰ δὲ ἡ αὐτὴ ἐξουσία καὶ τότε καὶ νῦν (Ὡσπερ ὁ Πατὴρ ἐγένετο, φησὶ, τοὺς νεκροὺς καὶ ζῶσποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὐκ ἔλκει ζῶσποιεῖ), τί ἐστὶ τὸ εἰρημένον; Ἐμελλεν αὐτοὺς πέμπειν εἰς τὰ ἔθνη· ἵν' οὖν μὴ νομισῶσι καινοτομίαν εἶναι διὰ τὸ λέγειν, Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ, δείκνυσιν καὶ τῷ Πατρὶ τοῦτο δοκοῦν. Εἰ δὲ μετὰ πολλῆς αὐτὸ τῆς εὐτελείας φθέγγεται, θαυμαστὸν οὐδὲν οὕτω γὰρ κάκεινος ψυχοδόμει τότε, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα· καὶ ὅπερ εἶπον, αἰετὶ τῆς εὐτελείας ὑπερβολῆ σφόδρα ἔπειθεν ὅτι συγκαταβάσεως ἦν τὰ εἰρημένα.

β'. Τί δὲ ἐστὶ, Πάσης σαρκός; Οὐ γὰρ δὴ πάντες ἐπίστευσαν. Καὶ μὴν, τὸ αὐτοῦ μέρος, πάντες ἐπίστευσαν· εἰ δὲ μὴ προσεῖχον τοῖς λεγομένοις, οὐ τοῦ διδάσκοντος· τὸ ἐγκλημα, ἀλλὰ τῶν μὴ δεχομένων. Ἴνα πᾶν, ὃ δέδωκας αὐτῷ, δὴ αὐτοῖς ζῶν αἰώνιον. Εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἀνθρωπίνωτερον φθέγγεται, μὴ θαυμάσῃς. Τῶν γὰρ εἰρημένων αἰτιῶν ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ, καὶ φυλαττόμενος αἰετὶ τὸ αὐτὸς τι περὶ ἑαυτοῦ λέγειν μέγα, ἐπειδὴ τοῦτο προσίστατο τοῖς ἀκρωμένοις, διὰ τὸ μηδὲν μέγα περὶ αὐτοῦ φαντάζεσθαι τέως. Ὁ γοῦν Ἰωάννης, ὅταν ἐξ οἴκειου φθέγγεται προσώπου, οὐχ οὕτως ποιεῖ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον ἀνάγει τὸν λόγον, οὕτω λέγων· Πᾶντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν· καὶ ὅτι Ζωὴ ἦν, καὶ ὅτι Φῶς ἦν, καὶ ὅτι Εἰς τὰ ὅμια ἦλθεν· οὐχ ὅτι οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν, εἰ μὴ ἔλαβεν· ἀλλ' ὅτι καὶ ἐτέροις ἔδωκεν Ἐξουσίαν τοῦ γενέσθαι τέκνα Θεοῦ. Καὶ ὁ Παῦλος ὁμοίως· ἴσον αὐτὸν λέγει τῷ Θεῷ.

h Savil. καὶ οἱ μαθηταὶ δὲ οὐδὲ μετὰ ταῦτα. \* Ita Savil. Morel. vero ei quidam μετὰ τὸ σαρκωθῆναι. d Hæc, τοὺς δὲ διορθούμενος ἐπιστρέφοντας absunt in Savil. \* Savil. τὰ λέγοντα.

passus est (*Luc. 15*); sed quia ad paternam domum reversus est, et ad pristinum restitutus honorem est, et illo qui semper probe se gesserat, clarior apparuit. Hunc et nos imitemur; et ad Patrem reversi vel sero tandem, ab illa captivitate resiliamus, et in libertatem

nos transferamus, ut regno cælorum fruamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, unaque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA LXXX.

CAP. 17. v. 1. *Hæc loquutus est Jesus, et sublevatis oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarificet te.*

1. Qui fecerit et docuerit, inquit, hic magnus vocabitur in regno cælorum (*Matth. 5. 19*); et merito sanc. Verbis enim philosophari facile est, opera autem exhibere, fortis et magni animi. Quare Christus de patientia verba faciens, seipsum in medio proponit, jubens inde exempla sumere. Ideo post hanc admonitionem in preces convertitur, docetque nos, in tentationibus omnia relinquenda et ad Deum confugiendum esse. Postquam enim dixit, *In mundo tribulationem habebitis*, illorumque animos concitavit, per orationem rursus erigit. Illum enim adhuc pro homine habebant. Et propter illos hoc agit, ut in Lazaro, causamque aperit, *Propter turbam circumstantem dixi, ut credant quia tu me misisti* (*Joan. 11. 42*). Etiam, inquires, sed coram Judæis hæc jure sic disposita sunt; coram discipulis autem quare? Etiam jure coram discipulis. Qui enim post tot tantaque dicebant, *Nunc scimus quia scis omnia*, plusquam omnes indigebant confirmatione. Alioquin vero id evangelista non orationem vocat; sed quid ait? *Sublevatis oculis in cælum*, et magis illud colloquium cum Patre fuisse insinuat. Quod si alibi orationem vocet, et illum exhibeat nunc genua flectentem, nunc vero oculos ad cælum levantem, ne turberis. His enim instituimur quantum sit in oratione perseverandum; ut stantes suspiciamus, non carnis tantum, sed etiam mentis oculis; et ut flectamus genua, corda nostra conterentes. Venit enim Christus non modo ut sese exhiberet; sed etiam ut virtutem nos doceret ineffabilem. Magister autem non verbis tantum, sed re etiam erudit oportet. Audiamus ergo quid hic dicat. *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarificet te.* Iterum ostendit nobis se non invitum ad crucem venire. Quomodo invitus veniret, qui hoc et fieri rogat, et rem appellat gloriam, non crucifixi modo, sed etiam Patris? Nam ita factum est: non enim Filius tantum, sed etiam Pater clarificatus est. Ante crucem enim nec Judæi ipsum noverant (*Israel, inquit, me non cognovit* [*Isai. 1. 3*]): post crucem autem universus orbis accurrit. Deinde modum etiam gloriæ addit, et quo pacto ipsum glorificabit. 2. *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei non pereat.* Semper enim benefacere, id gloria Dei est. Quid sibi vult illud, *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis?* Interim ostendit prædicationem non ad Judæos tantum circumscriptam, sed orbem totum pervasuram esse, et gentium vocationis primordia statuit. Quia enim dixerat, *In viam gentium ne abieritis* (*Matth.*

10. 5); dicturusque postea erat, *Euntes docete omnes gentes* (*Matth. 28. 19*), ostendit Patrem etiam id velle. Nam id Judæos admodum offendebat, etiamque discipulos. Neque enim postea æquo animo ferebant quod gentes adjungerentur, donec Spiritus doctrinam acceperunt; illud quippe Judæis non parum displicebat. Post tantam igitur advenientis Spiritus celebritatem, Jerosolymam veniens Petrus, vix potuit criminationem effugere, cum de sindone loqueretur (*Act. 11*). Quid vero significat illud, *Dedisti ei potestatem omnis carnis?*

*Hæretici confutantur.* — Interrogabo hæreticos, Quandonam potestatem illam accepit? ante vel postquam illos efformasset? Ipse namque ait, postquam crucifixus est<sup>1</sup> et resurrexit, *Data est mihi omnis potestas.* *Euntes docete omnes gentes* (*Matth. 28. 18. 19*). Quid ergo? non habebat potestatem operum suorum; sed fecit quidem eos, potestatem vero in eos non habuit postquam fecit? Atqui omnia facere exhibetur etiam priscis temporibus, et illos quidem ut peccatores punit, alios vero qui convertuntur, emendat<sup>2</sup> (*Non abscondam, inquit, a puero meo Abraham, quod facturus sum* [*Gen. 18. 17*]); alios vero qui recte faciunt, honorat. Itane tunc quidem habebat, nunc perdidit, et rursus recepit? Ecquis dæmon hæc loquutus est? Quod si eadem et tunc et in præsentem ipsi potestas inerat (ait enim, *Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificavit, sic et Filius quos vult vivificavit*); quid significat dictum illud? Missurus illos erat ad gentes; ne itaque putarent quid innovari, quod dixisset, *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel*, ostendit hanc esse quoque Patris voluntatem. Quod si illud perquam humiliter loquatur, nihil mirum: sic enim illos tunc instituebat, necnon eos qui post futuri erant; atque, ut dixi, ex tanta verborum humilitate, suadebat se auditorum imbecillitati sermonem attemperare.

2. Quid vero sibi vult illud, *Omnis carnis?* Neque enim omnes crediderunt. Verum, quod ad ipsum attinet, omnes. Quod si non dictis attendebant, non erat hæc culpa doctoris, sed non accipientium. *Ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.* Quod si licet etiam humanius loquitur, ne mireris. Jam memoratus enim de causis id agit, atque cavens semper ne magnifice ex se loquatur: illud enim auditores offendisset, qui nihil magnum de ipso opinabantur. Joannes tamen cum ex se loquitur, non ita facit, sed sublimiore utitur sermone hujusmodi: *Omnia per*

<sup>1</sup> Ita Savil., Morel vero et quidam, *postquam incarnatus est.*

<sup>2</sup> Hæc, alios vero qui convertuntur emendat, desunt in Savil.

ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil; et, Vita erat; et, Lux erat; et, In propria venit (Joan. 1. 3. 4. 9. 11); non quod non haberet potestatem, nisi accepisset; sed quod aliis quoque daret *Potestatem filios Dei fieri* (Ibid. v. 42). Paulus similiter ipsum aequalem Deo dicit (Philipp. 2. 6). Ipse vero humaniore modo petit sic: *Ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam*. 3. *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum. Solum verum Deum*, ad differentiam eorum, qui dii non sunt, sic loquitur. Ad gentes namque mittendi apostoli erant. Quod si id non admittant, sed propter hoc solum negent esse vere Dei Filium; sic progressi Deum esse negant. Nam ait: *Gloriam, quæ a solo Deo est, non quæritis* (Joan. 5. 44). Quid ergo? non erit Deus Filius? Si vero Deus Filius, et solius Patris, palam est et verum esse, et ejus qui solus verus dicitur Filium. Quid ergo cum dicit Paulus, *An solus et ego Barnabas* (2. Cor. 9. 6)? an Barnabam tollit? Minime; illud enim, *Solus*, ad aliorum differentiam ponitur. Quod si Filius non verus sit Deus, quomodo veritas est? non multum enim differt a vero veritas. Eum qui verus homo non sit, quid esse dicemus, quæso? annon hominem esse negabimus? Sic si Filius non est verus Deus, quomodo Deus est? Quomodo nos deos facit et filios, cum verus non sit? Sed de his accuratius alibi loquuti sumus: quare cetera persequamur. *Ego te clarificavi super terram*. Recte dixit, *Super terram*; nam in cælo glorificatus erat, cum naturalem haberet gloriam, et ab angelis adoraretur. Non ergo de gloria substantiæ ejus propria dicit (illam enim gloriam, quamvis nemo ipsum glorificet, semper plenam habet); sed hanc quæ humano cultu exhibetur. Itaque illud, *Clarifica me*, sic intelligendum. Ut autem discas illum de hujusmodi gloria loqui, audi sequentia. 4. *Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam*. Atqui res adhuc in principio erat; imo ne in principio quidem. Quomodo ergo dicit, *Consummavi*? Vel se quod in se erat totum effecisse; vel quod futurum est ut factum dicit; vel potius dicatur, totum jam factum fuisse, quia jam radix honorum posita erat, ex qua necessario producenti fructus erant, sequæ iis qui post futuri erant adfuturum esse, cum ipsis conjungendum. Ideo rursus humiliter modo dicit, *Quod dedisti mihi*. Nam si audiendo et discendo perseveravit, hæc gloria ejus longe minor essent. Quod enim ad hoc ex propria voluntate venerit, ex multis perspicuum est, ut cum dicit Paulus: Sic dilexit nos, ut traderet seipsum pro nobis (Ephes. 5. 2); et, *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens* (Philipp. 2. 7); et iterum, *Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos* (Joan. 15. 9). 5. *Clarifica me tu, Pater, apud te ipsum claritate, quam habui priusquam mundus fieret apud te*. Et ubi claritas illa? esto apud homines inglorius fuerit, ob carnem qua induebatur; sed cur apud Deum glorificari querit? Quid ergo hic dicit? De incarnatione hic sermo est, quod carnis natura nondum glorificata esset, nec incorruptionem consequuta, neque esset solii regii parti-

iceps. Ideo non dixit, *Super terram*; sed, *Apud te*.

3. *Incitantur desides. Amor pecuniæ damnatur. Fastus redarguitur. Vera libertas est nullo egere*. — Hac nos quoque fruimur gloria secundum mensuram nostram, si vigilemus. Ideo Paulus ait, *Si tamen compatimur, ut et conglorificemur* (Rom. 8. 17). Innumeris ergo lacrymis digni sunt iiquei, tanta sibi proposita gloria, ob desidiam et somnolentiam sibi ipsis insidiantur, atque etiamsi gehenna non esset, omnium tamen essent miserrimi, qui cum possent cum Filio Dei regnare et gloria frui, ipsi tantis se bonis defraudant. Nam si concidi oporteret, si mille subire mortes, si mille animas et totidem corpora quotidie tradere: nonne hæc omnia pro tanta gloria pati deberemus? Nunc vero ne quidem pecunias contemnimus, quas demum vel inviti relinquemus. Non contemnimus pecunias, quæ nos innumeris circumplicant malis, quæ hic remanebunt, et nostræ non sunt. Illa enim administramus, quæ nostra non sunt, licet paterna. Cum autem aderit gehenna, vermis ille non moriens, ignis inextinguibilis, stridorque dentium, quomodo illa feremus? Usquequo non videbimus, sed in quotidianas rixas et bella et inania verba omnia consumimus, terram alimus, corpus impinguamus, animam negligimus, necessaria nihil curamus, de superfluis et inutilibus solliciti sumus? Magnifica construimus sepulcra, splendidas emimus ædes, servorum greges varios nobiscum trahimus, dispensatores varios excogitamus, agrorum, ædium, pecuniarum principes statuimus, imo principum principes; desertæ vero animæ nulla nobis cura est. Equis horum finis erit? nonne unum implemus ventrem? nonne uno corpore circumdamur? quis tantus rerum tumultus? cur eam quam sorti i sumus animam dividimus, discernimusque in talia ministeria, duram nobis excogitantes servitutum? Nam qui multis eget, multorum est servus, licet illis imperare videatur. Etenim famulorum servus est herus, et servitutis aliud gravius genus inducit. Et alio modo servus est, cum non audeat sine servis vel in forum, vel ad balneum, vel in agrum ire: illi vero sæpe sine hero circumquaque incedunt. Sed qui videtur esse dominus, nisi adsint servi, non audet exire domo; sed si extra domum vel compareat, se putat esse ridiculum. Quidam forte nos irrident hæc dicentes; sed ideo multis illi lacrymis sunt digni. Quod enim hæc servitus sit, ut ostendam, libenter interrogaverim: an velles egere aliquo, qui ori tuo cibum vel poculum admovertet? annon lacrymis dignum putares tale ministerium? Quid, si semper gestantibus egeres, ut incederes, nonne te ideo omnium miserimum putares? Sic nunc te affectum esse oporteret. Nihil enim refert, an homines, an jumenta gestent. Annon, quæso, hinc angeli a nobis differunt, quod non tot egeant rebus, quot nos egemus? Itaque quanto paucioribus indigemus, tanto propinquiores illis sumus: quanto pluribus, tanto magis ad hanc caducam vitam deflectimus. Atque ut rem ita esse discas, senes interroga, quam vitam beatam existiment, an illam quando his rebus stulte vincebantur,



Αὐτὸς δὲ ἀνθρωπινώτερον αἰτεῖ οὕτω λέγων· *Ἰνα πᾶν, ὃ δέδωκας αὐτῷ, δῶ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον.* Αὕτη δὲ ἔστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, *Ἰνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, καὶ δι' ἀπέστειλεις Ἰησοῦν Χριστόν. Μόνον ἀληθινὸν Θεόν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ὄντων θεῶν φησι. Καὶ γὰρ εἰς τὰ ἔθνη αὐτοὺς πέμπειν ἐμελλεν. Εἰ δὲ οὐκ ἀνέξονται, ἀλλὰ διὰ τοῦτο μόνον ἐκβάλλουσι τοῦ εἶναι ἀληθινὸν Θεὸν τὸν Υἱὸν, οὕτω προΐοντες καὶ τὸ Θεὸν εἶναι ἐκβάλλουσι. Καὶ γὰρ φησι· *Τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητεῖτε.* Τί οὖν; οὐκ ἔσται Θεὸς ὁ Υἱός; Εἰ δὲ Θεὸς ὁ Υἱός, καὶ μόνου τοῦ Πατρὸς λεγομένου, εὐδὸλον ὅτι καὶ ἀληθινός, καὶ μόνου ἀληθινοῦ καλουμένου. Τί δέ; ὅταν λέγῃ Παῦλος· *Ἦ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας;* ἄρα ἐκβάλλει τὸν Βαρνάβαν; Οὐδαμῶς· τὴ γὰρ, *Μόνος*, πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἑτέρων κεῖται. Εἰ δὲ οὐκ ἀληθινὸς Θεός, πῶς ἀλήθεια; ἐπιπολὺ γὰρ \* τοῦ ἀληθινοῦ ἡ ἀλήθεια διαφέρει. Τὸν μὴ ἀληθινὸν ἀνθρώπων εἶναι τί ἐρούμεν, εἰπέ μοι; οὐχὶ οὐδὲ ἀνθρώπων; Οὕτως, εἰ ἀληθινὸς Θεός οὐκ ἔστιν ὁ Υἱός, πῶς ἔστι Θεός; πῶς δὲ ἡμᾶς θεοὺς ποιεῖ καὶ υἱούς, μὴ ὡς ἀληθῆς; Ἄλλ' ὑπὲρ τούτων ἀκριβέστερον ἡμῖν ἐν ἑτέροι; εἰρηται· διδ τῶν ἐξῆς ἐχώμεθα. Ἐγὼ σε [475] *ἑδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς.* Καλῶς εἶπε, *Ἐπὶ τῆς γῆς*· ἐν γὰρ τῷ οὐρανῷ δεδόξατο, ἐν τε τῇ φύσει τὴν δόξαν ἔχων, καὶ παρὰ τῶν ἀγγέλων προσκυνούμενος. Οὐ τοίνυν περὶ ἐκείνης τῆς δόξης φησι, τῆς τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ συγκεκληρωμένης (ἐκείνην γὰρ τὴν δόξαν, κἂν μηδεὶς αὐτὸν δοξάσῃ, μένει πεπληρωμένη ἔχων), ἀλλὰ ταύτην φησι τὴν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων λατρείας γινομένην. Οὐκοῦν καὶ τὸ, *Δόξασόν με*, τοιοῦτόν ἐστιν. Καὶ ἴνα μάθῃς, ὅτι τοῦτον τὴν τρόπον τῆς δόξης φησὶν, ἄκουσον τῶν ἐξῆς· *Τὸ ἔργον ἐτελείωσα, τὸ δέδωκάς μοι Ἰνα ποιήσω αὐτό.* Καίτοι γε ἀρχὴν ἔτι τὸ πρᾶγμα εἶχε, μάλλον δὲ οὐδὲ ἀρχὴν. Πῶς οὖν λέγει, *Ἐτελείωσα;* Ἦ δὲ ἐμαυτοῦ πᾶν ἐποίησα· ἢ ὅτι τὸ ἐσόμενον ὡς ἤδη γεγεννημένον λέγει· ἢ ὅτι μάλιστα πάντων ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι τὸ πᾶν ἦν ἤδη γεγεννημένον τῷ τὴν ρίζαν τῶν ἀγαθῶν καταβέβλησθαι, ἢ πάντως ἐξ ἀνάγκης ἐμελλον εἴσθαι οἱ καρποί, καὶ τὸ τοῖς μέλλουσιν μετὰ ταῦτα γίνεσθαι, αὐτὸν παρεῖναι καὶ συνεφέπτεσθαι. Διὰ τοῦτο πάλιν συγκαταβατικῶς φησὶν. *Ὁ ἔδωκάς μοι.* Εἰ γὰρ δὴ περιέμενε ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν, πολὺ ταῦτα τῆς δόξης αὐτοῦ ἀποδέοντα ἀνεῖη. *Ὅτι γὰρ ἐξ οικείας ἐπὶ τοῦτο γινώμης ἦλθε, πολλαχῶθεν δῆλον.* Ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος, ὅτι Οὕτως ἠγάπησεν ἡμᾶς, ὥστε παραδοῦναι ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ, *ἑαυτὸν ἐκένωσεν, μερῶν δούλου λαθῶν* καὶ πάλιν, *Καθὼς ἠγάπησέ με ὁ Πατήρ, κἀγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς.* *Δόξασόν με σὺ, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ, ἢ εἶχον παρὰ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.* Καὶ ποῦ ἡ δόξα ἐκείνη; ἔστω μὲν γὰρ, παρὰ ἀνθρώποις εἰκότως; ἄρα ἦν \* διὰ τὸ περικεκείμενον ἐνδύμα· πῶς καὶ παρὰ Θεῷ δοξασθῆναι ζητεῖ; Τί οὖν ἐνταῦθα φησι; Περὶ τῆς οἰκονομίας ὁ λόγος· ἐπεὶ οὕτω δεδόξατο τῆς σαρκὸς ἡ φύσις, οὐδὲ ἀφ' αἰτίας ἀπολαύσασα, οὔτε τοῦ θρόνου κοινωθήσασα τοῦ βασιλικοῦ. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, *Ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ, Παρὰ σοί.**

γ'. Ταύτης καὶ ἡμεῖς ἀπολαυσόμεθα τῆς δόξης κατὰ τὸ ἡμέτερον μέτρον, ἐὰν νήφωμεν. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος φησὶν· *Εἴπερ συμπάσχωμεν, Ἰνα καὶ συνδοξασθῶμεν.*

\* Legendum omnino videtur οὐκ ἐπιπολὺ γὰρ, alioquin series non constabit. Sic etiam legendum putat Boisius apud Savillum. \* Morel. et quidam alii Πατήρ, οὕτως ἠγάπησα. \* Alii ἦν, et paulo post ζητεῖς.

Μυρίων ἄρα ἄξιοι δακρύων οἱ, τοσαύτης προκειμένης δόξης, διὰ νόθεϊαν καὶ ὑπνον ἐπιβουλεύοντες ἑαυτοῖς· καὶ εἰ γέεννα μὴ ἦν, ἀθλιώτεροι πάντων, οἷς βασιλεύσαι παρὸν καὶ συνδοξασθῆναι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, τοσούτων ἑαυτοὺς ἀποστεροῦντες ἀγαθῶν. Εἰ γὰρ κατακοπήναι ἔδει, εἰ γὰρ μυρίους ἀποθανεῖν θανάτους, εἰ μυρίας ἐπιδοῦναι ψυχάς, καὶ τοσαῦτα σώματα καθ' ἑκάστην ἡμέραν· οὐκ ἔδει τοσαῦτα ὁ ὑποστῆναι ὑπὲρ τοσαύτης δόξης; Νῦν δὲ οὐδὲ χρημάτων καταφρονοῦμεν, ὡν περ ὕστερον καὶ ἄκοντες ἀποστησόμεθα· οὐ καταφρονοῦμεν χρημάτων, τῶν μυρίοις ἡμᾶς περιβαλλόντων κακοῖς, τῶν ἐνταῦθα μενόντων, τῶν οὐχ ἡμῶν. Τὰ γὰρ οὐχ ἡμῶν διοικοῦμεν, κἂν πατρῷα ἔχωμεν. Ὅταν δὲ καὶ γέεννα προσῆ, καὶ σκώλης [476] ἀτελεύτητος, καὶ ἄσβεστον πῦρ, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων· πῶς εἴσομεν ταῦτα; εἰπέ μοι. Μέχρι τίνοος οὐ διαβλήσωμεν, ἀλλ' εἰς μάχας καθημερινάς, καὶ φιλονεικίας, καὶ λόγους ἀνοήτους τὸ πᾶν δαπανῶμεν, τὴν γῆν τρέφοντες, τὸ σῶμα παιάοντες, καὶ τῆς ψυχῆς ἀμελοῦντες, τῶν μὲν ἀναγκαίων οὐδένα ποιούμενοι λόγον, τῶν δὲ περιττῶν καὶ ἀνοήτων πολλὴν τὴν φροντίδα; Καὶ λαμπροὺς μὲν οἰκοδομοῦμεν τάφους, καὶ ὠνούμεθα πολυτελεῖς οἰκίας, καὶ παντοδᾶπων οἰκετῶν ἀγέλας περισύρομεν, καὶ οἰκονόμους διαφόρους ἐπισποῦμεν, ἀγγρῶν, οἰκίων, χρημάτων ἀρχόντων, καὶ ἀρχοντας ἀρχόντων καθιστώντες· τῆς δὲ ψυχῆς ἠρημωμένης οὐδεὶς ἡμῖν λόγος. Καὶ τί τούτων ἔσται τὸ πέρας; οὐχὶ μίαν γαστέρα πληροῦμεν; οὐχὶ ἐν σῶμα περιβάλλομεν; τίς ὁ πολὺς τῶν πραγμάτων θόρυβος; τί δὴ ποτε, καὶ διατὶ τὴν ψυχὴν \* ἦν ἐλάχομεν †, κατακόπτομεν, σπαράττομεν εἰς τὴν τῶν τοιοῦτων λειτουργίαν, χυλεπὴν ἑαυτοῖς ἐπινοοῦντες δουλείαν; Ὁ γὰρ πολλῶν δεόμενος, πολλῶν δοῦλός ἐστι, κἂν δοκῇ κρατεῖν τούτων. Ἐπεὶ καὶ τῶν οἰκετῶν δοῦλός ἐστιν ὁ δεσπότης, καὶ θεραπειᾶς ἕτερον εἰσφέρει τρόπον μερίζονα· καὶ ἄλλως δὲ δοῦλος, χωρὶς ἐκείνων οὐκ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν τολμῶν. οὐκ εἰς βαλανεῖον, οὐκ εἰς ἀγγρὸν \*· οὗτοι δὲ πολλάκις χωρὶς ἐκείνου πανταχοῦ περιήσιν. Ἄλλ' ὁ δοκῶν εἶναι κύριος, ἂν μὴ παρῶσιν οἱ δοῦλοι, οὐ τολμᾷ προελθεῖν εἰκοθεν, ἀλλὰ κἂν προκύψῃ τῆς οἰκίας μόνος, καταγέλαστον ἑαυτὸν εἶναι νομίζει. Τάχα τινὲς γελῶσιν ἡμᾶς ταῦτα λέγοντας· ἀλλὰ οἱ· αὐτὸ μὲν τοῦτο μυρίων δακρύων ἄξιοι ἂν εἶεν. Ὅτι γὰρ δουλεία τοῦτο, ἡδέως ἂν σε ἐροίμην· ἐβούλου δεῖσθαι τοῦ τὸν ψωμὸν τῷ στόματί σου προστιθέντος, ἢ τὴν κύλικα τοῖς χεῖλεσι προσάγοντος; οὐχὶ δακρύων ἐνόμιζες ἄξιον εἶναι τὴν διακονίαν ταύτην; Τί δὲ, εἰ βασταζόντων τινῶν ἐδέου πρὸς τὸ βαδίζειν διηνεκῶς, οὐκ ἂν σεαυτὸν ἐλπεινδὸν καὶ ἀθλιώτερον ταύτην πάντων ἐνόμισας; Οὐκοῦν καὶ νῦν οὕτω διακεῖσθαι ἔδει. Οὐδὲν γὰρ διαφέρει, εἴτε ὑπὸ ἀλόγων, εἴτε ὑπὸ ἀνθρώπων ταῦτά τις πάσχει. Τί δὲ, εἰπέ μοι, οὐχὶ καὶ ταύτην διεστέχασιν ἡμῶν οἱ ἄγγελοι, ὅτι οὐ δέονται ὄσων ἡμεῖς; Οὐκοῦν ὅσῳ μὲν ἂν ἐλαττόνων δεόμεθα, τοσούτω πρὸς ἐκείνους ὀδεύομεν· ὅσῳ δὲ ἂν πλείονων, τοσούτω πρὸς τὸν ἐπικύρον τοῦτον καταπίπτομεν βίον. Καὶ ἴνα μάθῃς, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, ἐρώτησον τοὺς γεγηρακότες ποῖον μακαρίζουσι βίον, τὸν ὅτε ἐκρατοῦντο μάτην, ἢ τὸν ὅτε αὐτῶν κρατοῦσι νῦν; Διὰ γὰρ τοῦτο αὐτοὺς ἡ ἐκείνους ἐκαλέσαμεν, ἐπειδὴ οἱ ἐν νεότητι μεθύοντες οὐδὲ ἴσασιν τῆς δουλείας τὴν ὑπερβολὴν. Τί δὲ οἱ πυρέττοντες †, ὅταν πολλὰ διψῶντες πολλὰ πίνωσι καὶ πολ-

† Alii πάντα. \* Savil. τὴν μίαν ψυχὴν, lectio non sprenda. Edit. † Alii ἦν ἐλάχομεν, et mox τὴν τῶν τούτων λέει. Savil. οὐκ εἰς ἀγγρὸν Savil. et eod. restituta. Edit. ἡ Alii τοῦτο ἐκείνους. † Alii ἐμπυρέττοντες.

λῶν δέωνται, ἢ ὅταν υγιάναντες ἀπαλλαγῶσι τῆς ἐπιθυμίας, ἑαυτοὺς μακαρίζουσιν; Ὁρᾶς, ὅτι πανταχοῦ τὸ πολλῶν δεῖσθαι ἐλεεινόν, καὶ πόρρω φιλοσοφίας, καὶ δουλείας καὶ ἐπιθυμίας ἐπίτασις; Τί τοῖνον ἐκόντες ἐπιτείνωμεν ἑαυτοὺς ἀθλιότητι; Εἰπέ γάρ μοι, εἴ γε ἦν χωρίς στέγης καὶ τοίχων μηδὲν βλαπτόμενον οἰκεῖν, οὐκ [477] ἂν εἴλου τοῦτο μᾶλλον; τίνας οὖν ἔνεκεν τὰ σύμβολα τῆς ἀσθενείας ἐπιτείνεις; Οὐ διὰ τοῦτο τὸν Ἀδάμ μακαρίζομεν, ὅτι οὐδενὸς ἔδειτο, οὐκ οἰκημάτων, οὐκ ἐνδυμάτων; Ναί, φησὶν· ἀλλὰ νῦν ἐν χρεῖα καθεστήκαμεν. Τί τοῖνον τὴν χρεῖαν αὔξομεν; Εἰ γὰρ πολλοὶ καὶ τῶν τῆς χρεῖας πολλὰ περικόπτουσι (δούλου λέγω, καὶ οἰκήματα, καὶ χρήματα), τίνα ἂν ἔχοιμεν ἀπολογίαν, τὴν χρεῖαν ὑπερβαίνοντες; Ὅσῳ ἂν πλείονα περιβάλλῃ, τοσοῦτ' αὐτὸν δουλικώτερος γέγονας. Ὅσῳ γὰρ ἂν πλείονων δεηθῆς, τοσοῦτ' τὴν ἐλευθερίαν ἐπετέμου. Ἡ μὲν γὰρ ἀκριβὴς ἐλευθερία, τὸ μηδενὸς ὄλως δεῖσθαι· ἡ δὲ μετ' ἐκείνην, τὸ ὀλίγων δεῖσθαι, ἦν ἄγγελος μάλιστα ἔχουσι καὶ οἱ τούτων μιμηταί. Τὸ δὲ καὶ ἐν θνητῷ σώματι μένοντας κατορθῶσαι τοῦτο, ἐννόησον ἡλικίον ἔχει τὸν ἔπαινον. Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε Κορινθίοις γράφων·

Alit̄ ὑπετέμου.

Ἐγὼ δὲ ὑμῶν φειδομαι· καί, ἵνα μὴ θλίβῃν τῇ σαρκὶ ἔξωσιν οἱ τοιοῦτοι. Διὰ τοῦτο χρήματα λέγεται, ἵνα χρώμεθα εἰς δέον, οὐχ ἵνα φυλάττωμεν καὶ κατορύττωμεν τοῦτο γὰρ οὐκ ἐστὶ κτήσασθαι, ἀλλὰ κτηθῆναι. Εἰ γὰρ τοῦτο μέλλοιμεν σκοπεῖν, ὅπως αὐτὰ πολλὰ ποιήσασθαι, οὐχ ἵνα ἀπολαύσωμεν εἰς δέον, ἀνέστραπται ἡ τάξις, καὶ ἐκεῖνα ἡμᾶς κέκτρηται, οὐχ ἡμεῖς ἐκεῖνα. Ἀπαλλαγόμεν τοῖνον τῆς χαλεπῆς ταύτης δουλείας, καὶ γενώμεθ' ἂν ποτε ἐλεύθεροι. Τί μυρίους ἑαυτοῖς ἐπισοῦμεν καὶ ποικίλους δεσμούς; Οὐκ ἀρκεῖ σοι τῆς φύσεως ὁ δεσμός, καὶ τῆς ζωῆς ἡ ἀνάγκη, καὶ ὁ τῶν μυρίων πραγμάτων ὄχλος· ἀλλὰ καὶ ἕτερα σεαυτῷ πλέκεις δίκτυα, καὶ τοῖς ποσὶ περιβάλλεις; Καὶ πῶς ἐπιλήψῃ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πρὸς τὸ ὕψος στήνα· ἢ ἐκεῖνο δυνήσῃ; Ἀγαπητὸν γὰρ, ἀγκυρῆτον, πάντα ταῦτα διακόψαντα τὰ σχοινία δυνήσῃ· ναὶ ἐπιλαβέσθαι τῆς ἀνω πόλεως· τοσαῦτα ἕτερα ἔστι τὰ κολύματα· ἅπαντα ἵνα νικήσωμεν ἅπαντα, τῆς εὐτελείας ἐχώμεθα. Οὕτω γὰρ ἐπιληψόμεθα καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

b Alit̄ ἀναστῆναι.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΠΑ'.

*Ἐφανέρωσά σου τὸ δρομα τοῖς ἀνθρώποις, οὐκ ἔδωκάς μοι ἐκ κόσμου. Σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκάς, καὶ τὸν λόγον σου τετηρήημισι.*

α'. Μεγάλῃς βουλῆς Ἄγγελος λέγεται ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τῶν τε ἄλλων ἔνεκεν ὧν ἐδίδαξε, καὶ προηγουμένως ὅτι τὸν Πατέρα εἰς ἀνθρώπους κατήγγειλε· ὅπερ οὖν καὶ νῦν φησὶν· Ἐφανέρωσά σου τὸ δρομα τοῖς ἀνθρώποις. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι Ἐτελείωσά σου τὸ ἔργον, ἐπεξηγεῖται πάλιν αὐτὸ, λέγων ποῖον ἔργον. Καὶ μὴν [478] δῆλον ἦν τὸ ὄνομα. Καὶ γὰρ ὁ Ἡσαίας φησὶν· Ὁμείσθε τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινόν. Ἄλλ' ὁ πολλὰκις εἶπον, τοῦτο καὶ νῦν λέγω, ὅτι εἰ καὶ δῆλον ἦν, ἀλλ' Ἰουδαίους, καὶ οὐδὲ τούτοις πᾶσι· νυνὶ δὲ περὶ τῶν ἔθνων φησι. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον δηλοῖ, ἀλλ' ὅτι καὶ Πατέρα αὐτὸν ἔγνωσαν. Οὐκ ἐστὶ δὲ ὅμοιον μαθεῖν, ὅτι δημιουργός ἐστι, καὶ ὅτι Υἱὸν ἔχει. Ἐφανέρωσε δὲ αὐτοῦ τὸ ὄνομα καὶ διὰ λόγων, καὶ διὰ πραγμάτων. Οὐκ ἔδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου. Ὅπερ ἀνωτέρω φησὶν· Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς με, ἐὰν μὴ ἡ δεδομένον αὐτῷ· καί, Ἐὰν μὴ ἔλκυσῃ αὐτὸν ὁ Πατήρ μου· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Ὅκ' ἔδωκάς μοι. Καὶ μὴν αὐτός φησιν ὁδὸν εἶναι ἑαυτόν. Ὅθεν δῆλον, ὅτι δύο ἐνταῦθα κατασκευάζει διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι τε οὐκ ἐναντίος τῷ Πατρὶ, καὶ ὅτι βούλημα αὐτοῦ τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ Υἱῷ. Σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκάς. Ἐνταῦθα βούλεται διδάξαι σφόδρα ἀγαπώμενον παρὰ τοῦ Πατρὸς. Ἐπεὶ ὅτι γε οὐκ ἐδέσθη τοῦ λαθεῖν αὐτοὺς, δῆλον ἐκεῖθεν· αὐτὸς αὐτοὺς καὶ ἐποίησεν, αὐτὸς αὐτῶν προνοεῖ διηνεκῶς. Πῶς οὖν αὐτοὺς ἔλαθεν; Ἄλλ' ὅπερ ἔφη, τοῦτο δηλοῖ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ὁμόνοιαν. Εἰ δὲ ἀνθρωπίνως τις βούλοιο αὐτὸ ἐξετάζειν, καὶ οὕτως ὡς εἴρηται, οὐκέτι ἔσονται τοῦ Πατρὸς. Εἰ γὰρ ὅτε ὁ Πατὴρ αὐτοὺς εἶχεν, οὐκ εἶχεν αὐτοὺς ὁ Υἱὸς, εὐδὴλον ὅτι καὶ ὅτε ἔδωκεν αὐτοὺς τῷ Υἱῷ, αὐτὸς ἀπέστη τῆς δεσποτείας· καὶ τὸ ἀποπώτερον πάλιν. Εὐρεθῆσονται γὰρ, ἡνίκα μὲν ἦσαν παρὰ τῷ Πατρὶ, ἀτελεῖς ὄντες· ὅτε δὲ πρὸς τὸν Υἱὸν ἦλθον, τότε γινόμενοι τέλει. Ἀλλὰ γέλωις ταῦτα καὶ εἰπεῖν. Τί οὖν

διὰ τούτου δηλοῖ; Ὅτι· α καὶ αὐτῷ δέδοκτο τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ Υἱῷ. Καὶ τὸν λόγον σου τετηρήημισι, καὶ νῦν ἔγνωσαν ὅτι πάντα, α ἔδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἦσαν. Πῶς τὸν λόγον σου ἐτήρησαν; Τῷ ἐμοὶ πιστεῦσαι καὶ μὴ προσέχειν τοῖς Ἰουδαίοις. Ὁ γὰρ πιστεύων αὐτῷ, φησὶν, Ἐσφράγισεν ὁ Θεὸς ἀληθείας ἐστὶ. Τινὲς μὲν γὰρ λέγουσιν, ὅτι Νῦν ἔγνω ὅτι πάντα, ὅσα δέδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἐστὶν· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον. Πῶς γὰρ ἐμελλεν ἀγνοεῖν ὁ Υἱὸς τὰ τοῦ Πατρὸς; Ἄλλ' ἀπὸ τῶν μαθητῶν εἴρηται. Ἐξ οὗ γὰρ αὐτὰ εἶπον, φησὶν, ἔμαθον ὅτι πάντα ὅσα ἔδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἐστὶν· οὐδὲν ἄλλοτριον, οὐδὲν ἴδιον ἐμοὶ παρὰ σοῖ. b. Τὸ γὰρ ἴδιον ὡς ἐπ' ἄλλοτρίῳ τὰ πολλὰ τίθησιν. Ἐγνώσαν οὖν ὅτι πάντα, ὅσα ἂν διδάξω, σά ἐστὶ καὶ διδάγματα καὶ δόγματα. Καὶ πόθεν ἔμαθον; Ἀπὸ τῶν ῥημάτων τῶν ἐμῶν· οὕτω γὰρ καὶ ἐδίδασκον. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ Παρὰ σοῦ ἐξῆλθον· τοῦτο γὰρ διὰ παντός ἐσπούδατε κατασκευάσαι Εὐαγγελίῳ. Ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ. Τί λέγεις; ὡς ἀγνοοῦντα τὸν Πατέρα διδάσκεις; ὡς πρὸς ἀνθρώπων οὐκ εἰδὸτα διαλέγῃ; Τί οὖν βούλεται αὕτη ἡ διαίρεσις; Ὁρᾶς ὅτι δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ εὐχὴ γίνεται, ἀλλ' ἵνα μάθωσι τὴν ἀγάπην, ἣν ἔχει εἰς αὐτοὺς; Ὁ γὰρ μὴ μόνον τὰ παρ' αὐτοῦ· παρασχῶν, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἐπὶ τοῦτο παρακαλῶν, πλείονα δεικνυσι τὸν πόθον. Τί οὖν ἐστὶ, Περὶ τούτων ἐρωτῶ; Οὐχ ὑπὲρ παντός τοῦ κόσμου, φησὶν, ἀλλ' [479] ὑπὲρ ὧν ἔδωκάς μοι. Συνεχῶς τίθησι τὸ, Ἐδωκάς, ἵνα μάθωσιν, ὅτι τῷ Πατρὶ τοῦτο δοκεῖ. Εἶτα ἐπειδὴ συνεχῶς εἶπε, Σοὶ εἶσι, καὶ σὺ μοι αὐτοὺς ἔδωκάς, ἀναίρων τὴν πονηρὰν ὑπόφασιν, ἵνα μὴ τις νομίση πρόσφατον αὐτοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν, καὶ νῦν αὐτοὺς εἰληφέναι, τί φησι; Τὰ ἐμά πάντα σά ἐστὶ, καὶ τὰ σά ἐμά, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς.

Εἶδες ἰσοτιμίαν; ἵνα γὰρ μὴ, ἀκούων, ὅτι Ἐδωκάς μοι, νομίση αὐτοὺς ἄλλοτριῶσθαι τῆς τοῦ Πατρὸς ἐξουσίας, ἢ πρὸς τοῦτο τῆς τοῦ Υἱοῦ, ἀμφοτέρα ἀνελεν,

a Alit̄ εἰπεῖν, καὶ διὰ τούτων δηλοῖ, ὅτι. b Savius legendum putat παρὰ σέ. c Morel. τὸ παρ' αὐτοῦ.

an hanc quando illis sunt superiores? Ideo enim illos advocavimus, quia illi qui in juventute ebriosi sunt, servitutis pondus non sentiunt. Quid fabricitantes? an cum sitientes multum bibunt, et multis egent, an cum in valetudinem restituti, sitim deponunt, se beatos existimant? Vident ubique miserum esse multis egere, et procul a philosophia esse miseram servitutem, et vim cupiditatis? Cur ergo sponte nobis miseriam augemus? Dic, quæso, si sine tecto et parietibus commode degere posses, annon id potius eligeres? cur ergo infirmitatis symbola auges? annon ideo Adamum beatum prædicamus, quia nullo egebat, non ædibus, non vestibus? Sane quidem, inquit; sed nunc in necessitate constituimur. Cur ergo necessitatem augemus? Nam si multi etiam de rebus necessariis multa sibi subtrahunt (servos nimirum, ædes, pecunias), quam nos excusationem habebimus, qui necessitatem excedimus? Quanto pluribus stiparis, tanto magis servituti addictus es. Quanto enim pluribus egebis, tanto magis libertatem minuiisti. Vera quippe libertas est nullo egere; quæ post illam sequitur, est paucis egere, quam libertatem habent et angeli et

illorum imitatores. In mortali autem corpore id exercere, cogita quantum laudi sit. Hoc Paulus Corinthiis scripsit: *Ego autem vobis parco* (1. Cor. 7. 28), et, Ne tribulationem carnis habeant hujusmodi. Ideo opes dicuntur, ut illarum ope ad necessaria utamur, non ut custodiamus defodiamusque: hoc enim non est possidere, sed possideri. Si enim considerare volumus, quomodo illas accumulamus, non ut iis ad necessaria utamur; certe inversus ordo est, et illic nos possident, non nos illas. Ab hac ergo gravi servitute liberemur, et aliquando liberi evadamus. Quid innumera et diversa nobis vincula excogitamus? Non sufficit tibi naturæ vinculum, et vitæ necessitas, innumerarumque rerum turba; sed alia tibi ipsi nectis reita, et iis pedes constringis? Et quando cælum apprehendes, et in tanta sublimitate stare poteris? Optandum certe, optandum utique esset, his succisis funibus, supernam adire posse civitatem. Tot alia restant impedimenta; quæ omnia ut superemus, paupertatem amplectamur. Sic enim æternam consequemur vitam, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in secula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA LXXXI.

CAP. 17. v. 6. *Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. 7. Tui erant, et mihi eos dedisti, et sermonem tuum servaverunt.*

1. Magni consilii Angelus dicitur Filius Dei, et aliorum quæ docuit gratia, et præcipue quia Patrem hominibus annuntiavit: quod et nunc dicit, *Manifestavi nomen tuum hominibus*. Nam cum dixisset se perfecisse opus illius, narrat deinde quid illud opus sit. Atqui manifestum erat nomen. Nam Isaias ait: *Jurastis Deum verum* (Isai. 65. 16). Verum, ut sæpe dixi, et nunc dicam, manifestum fuit, sed Judæis; neque illis omnibus; nunc autem de gentilibus loquitur. Neque hoc tantum significat, sed quod Patrem illum esse nossent. Non idem vero est scire ipsum esse Creatorem, et, Filium habere. Manifestavit autem nomen ejus et verbis, et rebus. *Quos dedisti mihi de mundo*. Quemadmodum supra dixit, *Nemo venit ad me, nisi ei datum fuerit* (Joan. 6. 66); et, *Nisi traxerit eum Pater meus* (Ibid. v. 44): sic et hoc loco, *Quos dedisti mihi*. Atqui se viam esse dixit. Unde palam est eum duo his significare, quod nempe non sit Patri contrarius, et quod voluntas ejus sit ut Filio credant. *Tui erant, et mihi eos dedisti*. Illic vult docere se multum a Patre amari. Quod enim illos accipere non opus habuerit, hinc liquidum est: ipse fecit illos, et illis perpetuo providet. Quomodo accepit illos? Sed, ut dixi, concordiam cum Patre significat. Quod si quis velit humano more illud explorare, ut dictum est, non ultra Patris erunt. Nam si cum Pater illos habuit, Filius non habuit, palam est eum, cum Filio dedit illos, dominium deposuisse: hincque absurdius quidpiam sequitur. Nam cum apud Patrem erant, imperfecti fuisse deprehenduntur; et cum ad Filium venerunt, tunc perfecti evaserunt. Sed hæc vel dictu

ridicula sunt. Quid ergo his significat? Quod ipsi visum fuerit ut Filio crederent. *Et sermonem tuum servaverunt. 7. Et nunc cognoverunt, quia omnia quæ dedisti mihi abs te erant*. Quomodo sermonem tuum servaverunt? Cum mihi crediderunt, non Judæis. Nam Qui credit ei, inquit, *Obsignavit quia Deus verax est* (Joan. 3. 33). Quidam enim sic dicunt, Nunc cognovi omnia quæcumque dedisti mihi, abs te esse. At illud præter rationem dicitur. Quomodo enim ignoraturus erat Filius ea quæ Patris erant? Sed hæc de discipulis dicta sunt. Ex quo enim ea dixi, inquit, omnia quæ dedisti mihi, abs te esse didicerunt. Nihil alienum, nihil proprium mihi a te est. Quod enim proprium est, multa quasi aliena indicat. Cognoverunt ergo omnia quæ docuerim, tuam esse doctrinam et disciplinam. Et undenam hoc didicerunt? A verbis meis: sic enim docebam. Neque hoc tantum, sed quod a te exierim (Joan. 17. 8): hoc enim per totum curavit evangelium. 9. *Ego pro eis rogo*. Quid dicis? ut ignorantem Patrem doces? ut nescium hominem alloqueris? Quid ergo sibi vult hæc divisio? Vident non alia de causa emitti preces, quam ut discant suum erga ipsos amorem? Qui enim non modo id quod in se est præbet, sed ad id ipsum alium advocat, is sano majorem ostendit amorem. Quid ergo significat illud. *Pro eis rogo? Non pro toto mundo*, inquit, *sed pro iis, quos dedisti mihi*. Illud, *Dedisti*, persæpe ponit, ut id ipsum Patri visum esse intelligant. Deinde quia sæpe dixerat, *Tui sunt, et tu mihi illos dedisti*, ut pravam suspicionem tollat, ne quis putaret imperium suum esse recens, et se nunc illos accepisse; quid ait? 10. *Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt, et clarificatus sum in eis*.

*Æqualitas Patris et Filii.* — Vident æqualitatem?

Ne enim audiens, *Dedisti mihi*, putares eos alienari a Patris potestate, aut antea a potestate Filii, hæc ambo sustulit per ea quæ dixit, ac si ita loqueretur: Ne dum audis, *Mihi eos dedisti*, putes illos esse a Patre alienos (nam quæ mea sunt, illius sunt); nec audiendo, *Tui erant*, existimes a me fuisse alienos: nam quæ illius sunt, mea sunt. Itaque illud, *Dedisti*, accommodate solum dictum est. Nam quæ Pater habet, Filii sunt; et quæ Filius habet, Patris. Illud autem non de Filio secundum hominem dici potest, sed quatenus major est. Nam quod minoris est, majoris etiam esse nemini non notum est; contrarium vero, minime. Hic autem conversio est, quæ conversio æqualitatem indicat (a). Hoc alibi quoque declarabat, *Omnia quæ Patris sunt, mea sunt* (Joan. 16. 15), de cognitione loquens. Illud porro, *Dedisti mihi*, et similia, declarant ipsum non ut alienum illos abripuisse, sed proprios accepisse. Deinde causam et demonstrationem affert, dicens, *Et clarificatus sum in eis*; id est, Vel potestatem in eos habeo, vel glorificabunt me, cum et tibi credent et mihi, similiterque glorificabunt. Quod si non similiter glorificatus est in eis, non jam sua sunt quæ illius sunt. Nemo enim glorificatur in quibus potestatem non habet.

2. Quomodo autem similiter glorificatus est? Omnes pro eo, ut pro Patre moriuntur, et perinde atque Patrem illum prædicant: et ut omnia in ejus nomine fieri dicunt, sic et in nomine Filii. 41. *Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt*. Hoc est, Quavis in carne non videar, per hos glorificor. Cur frequenter dicit, In mundo non sum; et, Relinquo illos, eos tibi commendo; et, Cum essem in mundo, ego servavi eos (Joan. 17. 12)? Nam si quis illa simpliciter accipiat, multa sequentur absurda? Quia enim ratione ipse in mundo non sit, et cum hiuc migrat, alteri ipsos commendat? Hæc enim verba sunt hominis simplicis, qui perpetuo ab illis separaretur. Vident eum plurima humano more loqui, ac secundum illorum captum, qui putabant se ex illius præsentia magis in tuto esse? Quapropter ait, *Quando eram cum eis, servabam illos* (Ibid.). Atqui dicit, *Venio ad vos*; et, *Vobiscum sum usque ad consummationem* (Matth. 28. 20). Quomodo ergo, tamquam ab illis separandus, hæc loquitur? Ut dixi, secundum illorum opinionem, ut paulum respirarent audientes illum ita loquentem, et illos Patri commendantem. Quia enim multis ab eo auditis consolatoriis verbis, non obtemperabant, demum Patrem alloquitur, suam erga illos dilectionem exhibens; ac si diceret, Quia me ad te

(a) Hæc porro omnia referuntur ad superius allata Evangelii verba: *Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt*, quæ æqualem Patri Filium confirmant. Illud vero de Filio secundum hominem dici non potest, sed quatenus major sive Deus est. Nam quod minoris est, majoris etiam esse nemini non notum est; contrarium vero minime. Christus Deus dicitur homo esse, crucifigi, pati; Christus homo non dicitur æqualis Patri. In his autem verbis, *mea tua sunt, et tua mea sunt*, conversio est, quæ æqualitatem Filii et Patris indicat. Hanc puto Chrysostomi mentem esse, licet in verbis quædam adhuc difficultas remaneat. Hunc locum restaurare nititur Boisius in Editione Savil., verum novam eoudi seriem, non genuinam restituit.

evocas, illos in tuto constitue. Ego enim ad te venio. Quid dicis? nonne tu potes illos servare? Etiam, possum. Cur ergo hæc dicis? *Ut habeant gaudium meum plenum* (Joan. 17. 13); id est, Ut ne perturbentur, imperfectiores cum sint. His verbis ostendit se ad illorum quietem et gaudium hæc omnia sic loquentum esse: nam aliter contrarius esse sermo videtur. *Nunc autem non sum in mundo, et hi in mundo sunt*. Ita enim opinabantur illi; interim vero illorum infirmitati se attemperat. Si enim dixisset, Ego servo illos, non credidissent: quapropter ait: *Pater sancte, serva illos in nomine tuo*; hoc est, Per auxilium tuum. 12. *Cum essem in mundo, ego servabam illos in nomine tuo*. Rursus ut homo et ut propheta loquitur: nusquam enim apparet in nomine Dei quid fecisse. *Quos dedisti mihi, custodivi, et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur*. At alibi ait: *Omne quod dedisti mihi, non perdam ex eo* (Joan. 6. 59). Atqui non ille tantum periit; sed et alii multi postea. Quomodo ergo ait, *Non perdam*? Quantum in me erit, non perdam; quod et alibi clarius dicebat: *Non ejiciam eum foras* (Ibid. v. 57): non mei causa, non me impellente vel relincente. Quod si sponte resiliant, non ex necessitate traham. 12. *Nunc autem ad te venio*. Vident humaniore modo concinnatam orationem? Itaque si quis velit ex his Filium minuere, minuere Patrem. Animadvertite enim a principio: aliud quasi docens et explicans dicit, aliud ut præcipiens: modo docet, ut cum dicit, *Non pro mundo rogo*; modo præcipit: Ego custodivi eos usque modo, *Et nemo periit*; et, *Tu serva eos*; et rursus, *Tui erant, et mihi illos dedisti*, et, *Cum essem in mundo, servabam illos*. Sed hæc omnia solvantur dicendo ipsum eorum imbecillitati se attemperantem hæc dixisse. Cum ait autem, *Nemo ex illis periit, nisi filius perditionis*, addidit: *Ut Scriptura impleteretur*. Quam dicit scripturam? Eam quæ de se multa prædixerat. Neque tamen ideo periit, ut Scriptura impleteretur. Hæc de re multa supra discernimus, quia hic proprius est Scripturæ modus, quæ dicta ponere videtur quasi eventuum causam. Oportet autem omnia accurate explorare, et dicentis modum, et argumentum, et Scripturæ leges, nisi velimus absurda colligere: *Fratres, nolite pueri fieri mentibus* (1. Cor. 14. 20).

5. Hoc porro non ad solam Scripturarum intelligentiam legendum est, sed ad vitam probe instituentiam. Nam pueruli magna non quærunt, sed quæ nullius sunt pretii mirari solent. Nam currus, equos, aurigam, rotas ex luto factas, cum gaudio respiciunt; si autem regem videant currui aureo insidentem, alborum mulorum jugum, multumque ornatum, ne respiciunt quidem. Puellas quoque fictiles exornant; veras autem puellas conspicuas ne videre quidem volunt: in multisque aliis sic affecti sunt. Hoc multi homines etiam nunc patiuntur: quando cælestia audiunt, ne attendunt quidem; ad lutea vero omnia perinde atque pueri inhiant, terrenas divitias mirantur, iisque hærent, et gloriam et delicias hujus vite in pretio habent. Atqui hæc puerilia sunt ut et illa:

εἰπὼν ἄπερ εἶπεν· ὡσανεὶ ἔλεγε· Μῆτε ἀκούουν, ὅτι Ἔμοι αὐτοὺς ἔδωκας, νομίσης αὐτοὺς ἀλλοτρίους εἶναι τοῦ Πατρὸς (τὰ γὰρ ἐμὰ, αὐτοῦ ἐστι)· μῆτε ἀκούουν, ὅτι Σοὶ ἦσαν, νομίσης ἀλλοτρίους αὐτοὺς εἶναι ἔμου· τὰ γὰρ αὐτοῦ, ἐμὰ ἐστίν. Ὅστε τὸ, Ἔδωκας, συγκαταθάσειος μόνος ἔνεκεν εἰρηται. Ἄπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἔχει, τοῦ Υἱοῦ ἐστι· καὶ ἄπερ ὁ Υἱὸς ἔχει, τοῦ Πατρὸς. Τοῦτο δὲ οὐδὲ ἐπὶ Υἱοῦ κατὰ ἀνθρώπου δύναται λέγεσθαι, ἀλλ' ἐπειδὴ μερίζονός ἐστιν. Τὸ μὲν γὰρ ἰσοτιμίας ἐστίν, ὅτι τοῦ μερίζονός ἐστι, παντὶ που ὄντι· τὸ δὲ ἐμπαλιν, οὐκ ἐστίν. Ἐνταῦθα δὲ ἀντιστρέφει, ἡ δὲ ἀντιστροφὴ τὴν ἰσοτιμία δηλοῖ. Τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ δηλῶν ἔλεγε· Πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς μου, ἐμὰ ἐστίν, περι γνώσεως διαλεγόμενος· τὸ δὲ, Ἔδωκός μοι, καὶ ὅσα ταῦτα, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐχ ὡς ἀλλότριος ἐλθὼν αὐτοὺς ἐπισπάσατο, ἀλλὰ τοὺς ἰδίους ἔλαθεν. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τίθησι καὶ ἀποδείξει, λέγων· Καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς· τουτέστιν, Ἡ ὅτι ἐξουσίαν αὐτῶν ἔχω, ἢ ὅτι δοξάζουσιν ἐμὲ, σοὶ πιστεύοντες καὶ ἐμοὶ, καὶ δοξάζουσιν ὁμοίως. Εἰ δὲ οὐχ ὁμοίως δεδόξασται· ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἐστὶ αὐτοῦ ἐστὶ τὰ ἐκείνου. Οὐδὲ γὰρ ἐν οἷς οὐκ ἔχει ἐξουσίαν δεξάζεται.

β'. Πῶς δὲ δεδόξασται ὁμοίως; Ἄπαντες ὁμοίως ἀπονήσκουσιν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς καὶ ὑπὲρ τοῦ Πατρὸς, καὶ κηρύσσουσιν, ὡσπερ καὶ τὸν Πατέρα· καὶ ὡσπερ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ λέγουσι πάντα γίνεσθαι, οὕτω καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Υἱοῦ. Καὶ οὐκέτι εἰμι ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσι. Τουτέστι, Κἂν μὴ φαίνωμαι κατὰ σάρκα, διὰ τούτων δοξάζομαι. Τί δήποτε δὲ συνεχῶς λέγει, ὅτι Ἐν τῷ κόσμῳ οὐκ εἰμι· καὶ ὅτι, Ἐπειδὴ ἀφίημι αὐτοὺς, σοὶ αὐτοὺς παρατίθεμαι· καὶ, Ὅτε ἤμην ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγὼ τετήρηκα αὐτούς; Εἰ γὰρ ταῦτα ἀπλῶς ἐκλάβοι τις, πολλὰ ἔψεται τὰ άτοπα. Πῶς γὰρ ἂν ἔχοι λόγον, τὸ μὴ εἶναι αὐτὸν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ὅτε ἀπεισιν, ἐτέρῳ αὐτοὺς παρακαταθέσθαι; Ταῦτα γὰρ ὡς ἀνθρώπου ψιλοῦ χωρίζομένου αὐτῶν ἢ διηνεκῶς ἦν ῥήματα. [480] Ὅρξος ὅτι ἀνθρωπίνως τὰ πλεῖστα διαλέγεται, καὶ πρὸς τὴν αὐτῶν διάνοιαν, νομιζόντων ὅτι πλειονά τινα εἶχον ἀσφάλειαν ἀπὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ; Διό φησιν, Ὅτε ἐγὼ ἤμην, ἐτήρουν αὐτούς. Καὶ μὴ λέγει, ὅτι Ἐρχομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ μεθ' ὑμῶν εἰμι ἕως τῆς συντελείας. Πῶς νῦν, ὡς χωρίζεσθαι μέλλων, ταῦτα λέγει; Ἄλλ' ὅπερ ἔφη, πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν, ἵνα μικρὴν ἀναπαυσίωσιν, ἀκούοντες αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος καὶ παρακατατιθεμένου τῷ Πατρί. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὰς παρ' αὐτοῦ παρακλήσεις ἀκούοντες οὐκ ἐπισέθησαν, λοιπὸν τῷ Πατρὶ διαλέγεται, τὴν εἰς αὐτοὺς στοργὴν ἐπιδεικνύμενος· ὡσανεὶ ἔλεγε· Ἐπειδὴ πρὸς ἐαυτὸν με συγκαλεῖς, κατάρτησον αὐτοὺς ἐν ἀσφαλείᾳ. Ἐγὼ γὰρ πρὸς σὲ ἔρχομαι. Τί λέγεις; καὶ οὐ δύσασαι τηρεῖν αὐτούς; Ναί, δύναμαι. Τίνος οὖν ἔνεκεν ταῦτα λέγεις; Ἴνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν λεπτομένην· τουτέστιν, ἵνα μὴ θοροῦνται ἀνελέστεροι ὄντες. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἐδήλωσεν ὅτι διὰ τὴν ἐκείνων ἀνάπαυσιν καὶ τὴν χαρὰν πάντα ταῦτα οὕτως ἔλεγε· ἐπεὶ δοκεῖ εἰς ἐναντίος ὁ λόγος εἶναι. Νῦν δὲ οὐκ εἰμι ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσι. Τοῦτο γὰρ ὑπόπτευσεν

ἐκείνοι· τῶς ὅν αὐτοῖς συγκαταβαίνει. Εἰ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ τηρῶ αὐτούς, οὐκ ἂν οὕτω· ἐπίστευσαν· διόπερ φησὶ· Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματι σου· τουτέστι, διὰ τῆς σῆς βοήθειας. Ὅτε ἤμην ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγὼ αὐτοὺς ἐτήρουν ἐν τῷ ὀνόματι σου· Πάλιν ὡς ἀνθρώπος διαλέγεται· καὶ ὡς προφήτης· ἐπεὶ οὐδαμοῦ φαίνεται οὐδὲν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ πεποιηκῶς· Οὐς ἔδωκός μοι, ἐφύλαξα, καὶ οὐδὲ ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ. Καὶ ἀλλαχοῦ φησὶ· Πᾶν ὃ ἔδωκός μοι, εὐ μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ. Καίτοι οὐκ ἐκεῖνος ἀπώλετο μόνος, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ὑστερον. Πῶς οὖν φησιν, Οὐ μὴ ἀπολέσω; Τὸ ἐμὸν μέρος, οὐ μὴ ἀπολέσω· ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ σαφέστερον δηλῶν ἔλεγε· Οὐ μὴ ἐκβάλω αὐτὸν ἐξ ἐμοῦ· οὐ παρὰ τὴν ἐμὴν αἰτίαν, οὐδὲ ἐμοῦ ὠθύντος, οὐδὲ ἐγκαταλιμπάνοντος. Εἰ δὲ ἀφ' ἐαυτῶν ἀποπηδῶσι, πρὸς ἀνάγκην οὐχ ἔλκω Νῦν δὲ πρὸς σὲ ἔρχομαι. Ὅρξος ἀνθρωπίνως τερον συγκειμένην τὴν διάλεξιν; Ὅστε εἰ τις βούλοιο ἐλαττοῦν τὸν Υἱὸν ἀπὸ τούτων, ἐλαττώσει καὶ τὸν Πατέρα. Ὅρα γοῦν ἐξ ἡ ἀρχῆς, τὸ μὲν ὡς διδάσκων ἐστὶ καὶ σαφηνίζων αὐτῷ, τὸ δὲ ὡς παραγγέλλον· τὰ μὲν ὡς διδάσκων, ὡς ὅταν λέγῃ· Οὐ περι τοῦ κόσμου ἐρωτῶ· τὰ δὲ ὡς παραγγέλλον· Ἐγὼ ἐτήρησα αὐτοὺς ἕως ἄρτι, καὶ οὐδὲ ἀπώλετο· καὶ, Σὺ τοῖνυν τήρησον αὐτούς, φησὶ· καὶ πάλιν· Σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκας· καὶ, Ὅτε ἤμην ἐν τῷ κόσμῳ, ἐτήρουν αὐτούς. Ἄλλὰ πάντων ἡ λύσις, τὸ πρὸς τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν εἰρησθαι τὰ εἰρημένα. Εἰπὼν δὲ, ὅτι· Οὐδὲ ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ἐπήγαγεν· Ἴνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ. Ποῖαν γραφὴν φησὶ; Τὴν πολλὰ περὶ αὐτοῦ προλέγουσαν. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἀπώλετο, ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ. Καὶ περὶ τούτου πολλὰ καὶ ἐμπροσθεν [481] διελέχθημεν, ὅτι ἰδιάζων οὗτος τῆς Γραφῆς ἐστὶν ὁ τρόπος, ὡς αἰτιολογίαν τιθεμένης τὰ ἐκ τῆς ἐκβάσεως συμβαίνοντα. Καὶ δεῖ πάντα μετὰ ἀκριβείας ἐξετάζειν, καὶ τὸν τρόπον τοῦ λέγοντος, καὶ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ τοὺς νόμους τοῦ τῆς Γραφῆς, εἰ γὰρ μὴ μέλλοιμεν παραλογίζεσθαι· Ἀδελφοὶ γὰρ, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶ.

γ'. Τοῦτο δὲ οὐχ ὑπὲρ τῆς τῶν Γραφῶν κατανοήσεως ἀναγινώσκειν χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς περὶ τὸν βίον σπουδῆς. Καὶ γὰρ οἱ παῖδες οἱ μικροὶ τῶν μὲν μεγάλων οὐκ ἐφίενται, τὰ δὲ μηδενὸς ἀξία θαυμάζειν εἰθόασιν. Καὶ γὰρ ὀχῆματα, καὶ ἵππους, καὶ τὸν ὄρεωκόμον, καὶ τοὺς τροχοὺς, πάντα ἐξ ὑστράκου πεποιημένα χαίρουσι βλεπόντες· ἂν δὲ βασιλεὺς καθήμενος ἐπ' ὀχῆματος ἴδωσι χρυσοῦ, καὶ ἡμιόνων ζευγὸς λευκῶν, καὶ πολλὸν τὸν κόσμον, οὐδὲ ἐπιστρέφονται. Καὶ νύμφας πάλιν ἀπὸ μὲν τῆς αὐτῆς ὕλης λαβόντες πεποιημένας, καλλοπιζοῦσι· τὰς δὲ ὄντως ἀληθεῖς καὶ λαμπούσας, οὐδὲ ἴσασιν· καὶ ἐπὶ πολλῶν ἐτέρων τὸ αὐτὸ πάσχουσι. Τοῦτο πολλοὶ καὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπομένουσιν νῦν. Τὰ μὲν γὰρ τῶν οὐρανῶν ἀκούοντες, οὐδὲ προσέχουσιν· πρὸς δὲ τὰ πῆλινα πάντα ὁμοίως τοῖς παισὶν εἰσὶν ἐπτοημένοι, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς γῆς πλοῦτον τεθῆπασιν, καὶ δόξαν καὶ τρυφὴν ἐν τῷ παρόντι βίῳ τιμῶσι· καίτοι αὐτὰ μὲν ἐστὶ παιδικὰ ὡσπερ ἐκείνα· ἐκείνα δὲ ζωῆς καὶ δόξης καὶ ἀνέσεως αἰτία. Ἄλλ' ὡσπερ οἱ παῖδες τούτων μὲν ἀποστερούμενοι κλαίουσιν, ἐκείνων δὲ οὐδὲ γενέσθαι ἐν ἐπιθυμίᾳ ἴσασιν· οὕτω ἐπὶ καὶ τῶν ἀνθρώπων εἶναι δοκούντων πολλοῖ. Διὰ τοῦτο φησὶ· Μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶ. Χρημάτων ἐρᾶς, εἰπέ μοι, καὶ οὐκ ἐρᾶς πλοῦτου τοῦ μένοντος, ἀλλὰ ἀθυρμάτων παιδικῶν; εἶτα ἂν μὲν τινὰ ἴδῃς θαυ-

<sup>a</sup> Alii habent ἀλλ' ἐπειδὴ μερίζονός ἐστιν ἰσοτιμία. Τὸ μὲν γὰρ. Ἄλλ' ἀλλ' ἐπειδὴ μερίζονός ἐστιν παντὶ που ὄντι. Savil. ἀλλ' ἐπειδὴ μερίζονός ἐστιν ἰσοτιμία. Morel. ἀλλ' ἐπειδὴ μερίζονός ἐστιν. Vox illa ἰσοτιμία; hic omnia turbat. Quae cum in tribus manuscriptis non habeatur, hic ommissa fuit. Hunc locum sic restaurare nititur Boisjous in editione Savil. τοῦτο δὲ οὐδὲ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ κατ' ἀνθρωπότητα δύναται λέγεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ θεότητα ἔλαγεν ἰσοτιμία. Verum illud non est sermone dietorum restituere, sed novam considere seriem. <sup>b</sup> Morel. ὡς ἀνθρώπου ψιλοῦ χωρίζομένου αὐτοῦ. <sup>c</sup> Alii ἐπεὶ ἔδοκον.

<sup>d</sup> Morel. ὅρα μὲν γὰρ ἐξ.

μείζοντα μολύβδου νόμισμα, και κατακλύπτοντα ὡστε ἀνελεσθαι, και καταγνώση πολλήν αὐτοῦ τὴν πενίαν· οὐ δὲ τὰ τούτων εὐτελέστερα συνάγων, ἐν τοῖς πλουτοῦσι σκυτὸν <sup>a</sup> ἀριθμεις; και πῶς ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον;

Πλούσιον γὰρ ἐκείνον εἶναι· φήσομεν, τὸν ὑπερορῶντα τὸν παρόντων ἀπάντων. Οὐδεις; γὰρ, οὐδεις τῶν μικρῶν τούτων, ἀργύρου και χρυσοῦ και τῆς ἄλλης φαντασίας αἰρήσεται καταγελάται, ἂν μὴ τῶν μειζόνων τὸν πόθον ἔχη, ὡσπερ οὖν οὐδὲ τοῦ μολυβδίνου <sup>b</sup> νομίσματος, ἂν μὴ χρυσᾶ νόμισματα κεκτημένος ᾖ. Καὶ σὺ τοῖνον, ὅταν ἰδῆς ἄνθρωπον πάντα τὸν κόσμον παρατρέχοντα, μηδαμῶθεν ἄλλοθεν νόμιζε τοῦτο ποιεῖν, ἢ ἀπὸ τοῦ πρὸς μείζονα βλέπειν κόσμον. Οὕτω και γεωργὸς τῶν ὀλίγων πυρῶν καταφρονεῖ, ὅταν μείζονα προσδοκῆσῃ τὸν ἀμητόν. Εἰ δὲ ἀδίηλον τῆς ἐλπίδος οὐσης, τῶν δυνατῶν καταφρονεῖ· πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τῆς βεβηχίας προσδοκίας τοῦτο δεῖ ποιεῖν. Διὸ δὴ δέομαι και παρακαλῶ, μὴ ζημιοῦν ἑαυτοῦς, μηδὲ βόρβορον κατέχοντας ἀποστρεφῖν ἑαυτοῦς πλοῦτον Θεσαυρῶν, μετὰ καλᾶμης και ἀχύρου τὸ πλοῦτον εἰς τοὺς λιμνίους ἀγοντας. Ὁ βούλεται τις λεγέτω περὶ ἡμῶν, δυσχεραίνετω πρὸς τὸ συνεχὲς τῆς παραινέσεως, φυλάρους καλεῖτω, προσκορεῖς, ἐπαχθεῖς· οὐκ ἀποστρεφόμεθα συνεχῶς ὑπὲρ αὐτῶν παραινούντες, και συνεχῶς ἐκείνο τὸ τοῦ προφήτου [482] πᾶσιν ὑποφωνούντες ὑμῖν· *Τὰς ἀμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, και τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων, και ἀζαψαί αὐτάς ἐπὶ σῶ τραχήλῳ.* Μὴ σήμερον μὲν ποιήσης, αὐριοὺν δὲ ἀποστῆς. Καὶ γὰρ τὸ σῶμα τοῦτο καθημερινῆς δεῖται τροφῆς. Οὕτω και ἡ ψυχή, και πολλῶ μᾶλλον ἐκείνη· κἂν μὴ καταβάλλῃ <sup>c</sup>, ἀσθενεστέρα

γίνεται και ἀισχροτέρα. Μὴ δὲ περιίδωμεν ἀπολλυμένην, ἀγχομένην. Πολλὰ λαμβάνει καθ' ἑκάστην ἡμέραν τραύματα, ἐπιθυμοῦσα, ἐργιζομένη, ῥαθυμοῦσα, λοιδορουμένη, ἀμυνομένη, βασκαίνουσα. Δεῖ τοῖνον αὐτῆ και φάρμακα κατασκευάζειν. Οὐ μικρὸν δὲ τὸ τῆς ἐλεημοσύνης φάρμακον, πᾶσι τοῖς τραύμασιν ἐπιτεθῆναι δυνάμενον. Δότε γὰρ ἐλεημοσύνην, φησί, και πάντα ὑμῖν ἔσται καθυρά· ἐλεημοσύνην, μὴ πλεονεξίαν· τὰ γὰρ ἐκ πλεονεξίας οὐ μένει, κἂν τοῖς δεομένοις δῶς. Ἐλεημοσύνη γὰρ, ἡ πάσης ἀπηλλαγμένη ἀδικίας ἐστίν· αὕτη πάντα ποιεῖ καθαρά. Τοῦτο και νηστείας βέλτιστον και χαμενίας. Καίτοι γὰρ ἐκείνα μοχθηρότερα και ἐπιπονώτερα, ἀλλ' αὕτη κερδαλεωτέρα· φωτίζει ψυχὴν, λιπαίνει, καλὴν και ὠραίαν ποιεῖ. Οὐχ οὕτω τοὺς ἀθλητάς ὁ τῆς ἐλαίας καρπὸς ἀνέχει, ὡς τοὺς ἀγωνιστάς τῆς εὐσεβείας τοῦτ' ἐλαιὸν ἀνακτάται. Ἀλείφωμεν τοῖνον τὰς χεῖρας, ἵνα πρὸς τὸν ἀντίπαλον ἀντάρωμεν καλῶς. Ὁ μελετῶν ἐλεεῖν τὸν δέομενον, ταχέως και τοῦ πλεονεκτεῖν ἀποστῆσεται· Ὁ διατελὼν ἐν τῷ διδόνῳ πένησι, ταχέως και ὀργῆς ἀποστῆσεται, και οὐδὲ μέγα φρονήσει ποτέ. Καθ' ἅπερ γὰρ τοὺς τετραυματιομένους συνεχῶς θεραπεύων ἱατρός, συστέλλεται ῥαδίως, ἐν ταῖς ἐτέρων συμφοραῖς τὴν ἀνθρωπίνην καθορῶν φύσιν· οὕτω και ἡμεῖς; ἐκ ταῖς <sup>d</sup> πῶν πενήτων συνεισέλθωμεν ἐπικουρίας, φιλοσοφῆσομεν εὐκόλως, και οὐ θαυμασόμεθα πλοῦτον, οὐδὲ μέγα τι τὰ παρόντα ἡγησόμεθα, ἀλλὰ καταφρονήσομεν πάντων, και μετάρσιοι γενόμενοι πρὸς τὸν οὐρανόν, εὐκόλως ἐπιτευξόμεθα τῶν αἰώνιων ἀγαθῶν, χάριτι και φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>a</sup> Morel. αὐτόν. <sup>b</sup> Morel. μολύβδου. Plumbei veterum nummi etiamnum in museis servantur. <sup>c</sup> Sic editi et mss. uno exceptio, qui habet καταβάλλη. Ultraque vero lectio quadrare potest: κἂν μὴ καταβάλλῃ, nisi deponat, nisi erogat elemosynam: κἂν μὴ καταβάλλῃ, nisi cibum accipiat; nam de cibo supra

agitur; cibus autem animæ, de quo agitur, est elemosyna. Iohannis legendum suspicatus est κἂν μὴ μεταλάβῃ. Nos nihil mutandum censuimus. <sup>d</sup> Alii εἰς ἐν ταῖς.

### ΟΜΙΛΙΑ ΠΒ'.

Ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, και ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτοῦς, ὅτι οὐκ εἰσιν ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμι ἐκ τοῦ κόσμου.

α'. Ὅταν ἐνάρετοι γενόμενοι διωκόμεθα παρὰ τῶν πονηρῶν, και τῆς ἀρετῆς ἐπιφύμενοι χλευαζόμεθα παρ' ἐκείνων, μὴ ἀλώμεν, μηδὲ δυσχεραίνωμεν. Τοιαύτην γὰρ τὴ πρᾶγμα τὴν φύσιν ἔχει, και πανταχοῦ μῖσος εἶθε τίττειν ἢ ἀρετὴ παρὰ τοῖς πονηροῖς. Φθονοῦντες γὰρ τοῖς ἐπιεικῶς βιοῦν βουλομένοις, και οἰόμενοι [483] παρασκευάζειν ἑαυτοῖς ἀπολογίαν, ἐκ τὴν ἐτέρων δόξαν καταβάλλωσι, μισοῦσι τε ὡς τὰ ἐναντία μετιόντας, και πάντα πράττουσιν ὑπὲρ τοῦ καταισχύνειν τὸν βίον τὸν ἐκείνων. Ἀλλὰ μὴ ἀλγόμεν· τοῦτο γὰρ ἀρετῆς σημεῖον. Διὰ τοῦτο και ὁ Χριστὸς φησιν· *Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει· και ἀλλαχοῦ πάλιν, Οὐαὶ ὑμῖν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἰπωσιν πάντες οἱ ἄνθρωποι.* Διὰ τοῦτο και ἐνταῦθ' αἰετῶ· *Τὸν λόγον σου δέδωκα αὐτοῖς, και ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτοῦς.* Πάλιν λέγει τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἄξιοί εἰσι πολλῆς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐπιμελείας τυχεῖν. Διὰ γὰρ σὲ ἐμισήθησαν, φησί, και τὸν λόγον τὸν σὸν· ὡστε δίκαιοι πάσης ἂν εἴεν ἀπολαῦσαι πρηνείας. Οὐκ ἐρωτῶ ἵνα ἄρης αὐτοῖς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀ.λ.λ' ἵνα ἐνηύχῃ αὐτοῖς ἐκ τοῦ πονηροῦ. Πάλιν σαφηνίζει τὸν λόγον, πάλιν τρανότερον ἐργάζεται· ὑπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἐνδεικνυμένον, ἢ ὅτι πολλὴν αὐτῶν ποιεῖται κηδεμονίαν, τῆ μετὰ ἀκριβείας ποιεῖσθαι τὴν

ὑπὲρ αὐτῶν παράκλησιν. Καὶ μὴν αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι πάντα ποιήσει· ὁ Πατὴρ, ὅσα ἂν αἰτήσωσι <sup>a</sup>. Πῶς οὖν ἐνταῦθα αὐτὸς ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλεῖ; Οὐδὲν ἄλλο, ὅπερ ἔφη, ἢ τὴν ἀγάπην ἐνδεικνύμενος. *Ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσι, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμι ἐκ τοῦ κόσμου.* Πῶς οὖν ἀλλαχοῦ φησιν, *Ὅς ἔδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου, σοὶ ἦσαν;* Ἐκεῖ μὲν τὴν φύσιν λέγων, ἐνταῦθα δὲ περὶ πράξεων πονηρῶν. Καὶ μακρὸν αὐτῶν συντεθῆσιν ἐγκώμιον· πρῶτον, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου· εἶτα, ὅτι αὐτὸς αὐτοῦς ἔδωκε, και ὅτι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐτήρησαν, και ὅτι διὰ τοῦτο μισοῦνται. Εἰ δὲ λέγει, *Καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμι ἐκ τοῦ κόσμου,* μὴ θορυβηθῆς. Τὸ γὰρ, *Καθὼς,* ἐνταῦθα οὐκ ἔστιν ἀπαραλλάκτου ἀκριβείας. Ὅσπερ γὰρ, ὅταν ἐπ' αὐτοῦ και τοῦ Πατρὸς λέγηται· τὸ. *Καθὼς,* πολλὴ ἢ ἰσότης διὰ τὴν τῆς φύσεως συγγένειαν· οὕτως ὅταν ἐφ' ἡμῶν και αὐτοῦ λέγηται, πολὺ τὸ μέσον διὰ τὸ και πολὺ εἶναι τὸ μέσον και ἄπειρον ἑκατέρως τῆς φύσεως. Εἰ γὰρ *Ἀμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν αὐτὸς, οὐδὲ δόλος τις εὐρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ,* πῶς δύνανται ἂν οἱ ἀπόστολοι παρισυῆσθαι αὐτῷ; Τί οὖν ἐστὶν ὁ φησιν, *Ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσι;* Πρὸς ἕτερον ὄρωσιν, οὐδὲν κοινόν τι πρὸς τὴν γῆν ἐστὶν αὐτοῖς, ἀλλὰ τῶν οὐρανῶν, γεγέννησιν πολλῶν. Καὶ ἐκ τούτων δὲ τὴν ἀγάπην αὐτοῦ δείκνυσιν. ὅταν πρὸς τὸν Πατέρα αὐτοῦ ἐγκωμιάσῃ, και παρατιθῆται τῷ γεγεννηκότι. Εἰπὼν δὲ, *Τῆρησον αὐ-*

<sup>a</sup> Alii ὁ Πατὴρ ἀπὸ αἰτήσεως.

alia autem vere sunt vitæ, gloriæ et quietis causa. Verum sicut pueri his privati flect, illa vero ne desiderare quidem sciunt : ita se habent multi qui videntur esse viri. Ideo ait : *Nolite pueri esse mentibus*. Pecunias, quæso te, amas, nec manentes, sed illa puerilia crepundia? hinc si videris quempiam nummum plumbeum mirantem, et sese ad illum colligendum inclinantem, pauperrimum illum esse judicas : tu autem cum etiam his viliora colligis, te inter divites annumeras? annon hæc cum ratione pugnant?

*Veræ divitiæ quæ. Eleemosyna magnum pharmacum.*  
— Illum divitem dicemus, qui præsentia omnia contemnit. Nemo enim, nemo sane hæc vilia, argentum, aurum, cæteraque imaginaria deridere voluerit, nisi majorum amore teneatur; sicut nec plumbeum nummum quis spernet, nisi aureos habeat. Et tu itaque cum videris hominem totum orbem prætercurrentem, ne putes alia de causa illum id facere, nisi ut majorem videat mundum. Sic et agricola paulum frumenti despicit, cum majorem sperat messem. Si vero cum adhuc incerta spes est, quæ habemus contemnimus : multo magis id agendum, cum segura est expectatio. Quamobrem, quæso et obsecro, ne nos ipsos mulctemus, neve cœnum possidentes, supernis nos thesauris privemus, dum culmis et paleis onustam navim in portum agimus. Carpat si quis velit monitionum frequentiam, nugaces nos appellet, fastidiosos, onerosos : non cessabimus hæc frequenter monere, et propheta dictum illud vobis omnibus repetere : *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas miserationibus pauperum, et suspende illas in collo tuo* (Dan.

4. 24). Ne hodie facias, et cras desistas. Nam ut hoc corpus quotidiano eget cibo, ita quoque anima; imo longe magis anima; et nisi erogat, et infirmior evadit et turpior. Ne despiciamus pereuntem, præfocatum. Multa quotidie excipit vulnera ex cupiditate, ira, desidia, ex conviciis, vindicta, invidia. Ipsi ergo pharmaca sunt apponenda. Neque parvum est eleemosynæ pharmacum, quod omnibus apponi potest vulneribus. *Dote eleemosynam, inquit, et omnia vobis mundu erunt* (Luc. 11. 41) : eleemosynam, non rapinam : quæ ex rapina dantur, non manent, etsi illa egenis largiaris. Eleemosyna enim est, quæ omni caret iniquitate : hæc omnia pura efficit : hæc melior est jejunio et humi cubatione. Etsi illa molestiora sint et laboriosiora, hæc tamen lucri majoris est : animam illuminat, fovet, formosam reddit. Non sic athletas oleum roborat, ut pietatis certatores hoc oleum recreat. Ungamus ergo manus, ut strenue illas contra inimicum attollamus. Qui egenorum misereri cogitat, cito ab avaritia absistet. Qui pauperibus erogare perseverat, statim iram deponet, et numquam altum sapit. Quemadmodum enim vulneratos sæpe curans medicus, facilius reprimitur, dum in alienis calamitatibus humanam conspicit naturam : sic et nos si ad pauperes juvandos nos contulerimus, facilius philosophabimur, neque divitias admirabimur, neque magnum quidpiam præsentia bona ducemus, sed omnia despiciemus, et sublimes ad cælum erecti, facile bona consequemur æterna, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, simulque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA LXXXII.

CAP. 17. v. 14. *Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut ego non sum de mundo.*

1. Cum virtute præditi a scelestis vexamur, et virtutis studiosi ab illis deridemur, ne id ægre vel moleste feramus. Hæc quippe natura virtutis est, quæ ubique apud improbos odium parere solet. Cum enim probe viventibus invadeant, et putantes id in suam cedere defensionem, si aliorum gloriam dejiciant, oderunt illos, utpote contraria sectantes, et nihil non agunt, ut illorum vitam traducant. Verum ne doleamus : illud enim virtutis indicium est. Ideo ait Christus : *Si de mundo essetis, mundus quod suum est amaret* (Joan. 15. 19); et alibi rursum, *Væ vobis cum benedixerint omnes homines* (Luc. 6. 26). Propterea hic quoque dicit : *Sermonem tuum dedi eis, et mundus eos odio habuit*. Rursusque causam affert cur tanta Patris cura digni sint. Nam propter te, inquit, et sermonem tuum odio habiti sunt, itaque digni prorsus sunt providentia tua. 15. *Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo*. Rursus sermonem explicat et clariorem reddit : quo nihil aliud declarat, quam se multam illorum curam habere, quod illos tam diligenter commendat. Atqui ipse dicebat, Patrem omnia quæ ipsi petierint facturum esse; quomodo ergo hic pro illis rogat? Nulla alia, ut dixi, de

causa, quam ut dilectionem suam demonstret. 16. *De mundo non sunt, sicut ego non sum de mundo*. Cur ergo alibi dixit, *Quos dedisti mihi de mundo, tui erant* (Joan. 17. 6)? Illic de natura loquebatur; hic de operibus malis. Et longo illos encomio celebrat : primo, quod non sint de mundo; deinde, quod ipse illos dederit, et quod sermonem servaverint, ideoque odio habeantur. Quod si dicat, *Sicut ego non sum de mundo*, ne turberis. Illud enim, *Sicut*, hic non accuratam denotat æqualitatem. Ut enim cum de ipso et de Patre illud, *Sicut*, dicitur, multa ob naturæ cognationem indicatur æqualitas : sic cum de ipso et de nobis dicitur, magnum significatur discrimen, quia magnum inter utramque naturam intercedit intervallum. Nam si *Peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus* (Isai. 53. 9; 1. Petr. 2. 22), quomodo possint apostoli illi comparari? Quid ergo sibi vult, *De mundo non sunt*? Ad aliud respiciunt, nihil cum terra commune habent, sed cælorum facti sunt cives. His vero amorem suum ostendit, cum apud Patrem laudat illos, et Genitori commendat. Cum dixit autem, *Serva eos*, non solum rogat ut a periculis illos eruat; sed etiam ut in fide permaneant : ideo addidit, 17. *Sanctifica eos in veritate tua*; sanctos redde per donum Spiritus et per recta dogmata; ut cum dicit, *Mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis* (Joan.

Hæc sane omnia, si non omnino explorata, admodum probabilia sunt. Quod autem ante tumulum S. Thomæ hæc concio habita fuerit, planum et assertum videtur ex hisce verbis sub finem homiliæ: *Suscipe urbem cineri tuo supplicantem, ætatem omnem ad legationem subeundam misit: senes et juvenes. Tumulo advolvimur.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducei.

### SERMO IN SANCTUM THOMAM APOSTOLUM, ET CONTRA ARIANOS, DEQUE EO QUI TYRANNIDEM IN THRACIA OCCUPAVIT, ET E MEDIO SUBLATUS EST, CUM IPSE ARIANUS ESSET.



Legi quidem Ecclesiæ obtemperans, ut licuit, in hoc tribunal ascendi; verum argumenti magnitudine superatus hæreo, et undique constrictus, quo pacto rem istam exsequi, et quo genere orationis expedire possim, ignoro. Anne tamquam vivum Thomam prædicabo? Atqui mortem ejus prædicat tumulus. Anne mortuum narrabo? Atqui a rebus ipsis redarguor. Et mortuus est, et immortalis: et mortuus est

ut homo, et mundum percurrit ut angelus: et passionem excepit, et cum passionibus pugnat: et deorsum jacet, et sursum letatur. Nihil enim eum celare potuit, nullus eum locus occultavit; totum orbem terrarum illuminavit. Tumulum subiit, sed undecumque tamquam sol exoritur: vicerunt terram justæ reliquiæ, ac rebus omnibus creatis amplior apparuit: per universum mundum gratia ipsum dispersit. Omnis

angulus partem aliquam habet Thomæ : omnem mundum implevit, et in singulis locis integer manet. In omnem terram exivit gloria ejus, et in fines orbis terræ tropæa ejus (*Psal.* 18. 5). Quo igitur eum nomine appellabo? solemne dicam? Atqui a nocte non vincitur. An stellam? At hunc dies minime abscondit : omni tempore creaturas illuminat, omnem caliginem ab orbe terrarum exterminat. Non cum ipso nox permanet, non eum tenebræ obscurant, non flumen impedit; mare continere non potest, oceanus virum novit, barbari Thomam honore afficiunt : omnes gentes festum hodie celebrant, ejusque dictum Domino tamquam donum offerunt, *Dominus meus et Deus meus* (*Joan.* 20. 28) : Consanguineus meus et Creator meus, Redemptor meus et Rex meus. Hæc enim docuit Thomas, hanc nobis tamquam filiis hereditatem reliquit : tamquam thesaurum hunc sermonem natura retinet; universum genus hoc dicto firmatur : hoc verbum ad angelos usque protenditur : angeli tamquam anchoram confessionem hanc tenent : omnis creatura doctrinam hanc velut diadema circumfert. Solus Arius hæc oratione privatur, solus ille ab hereditate excidit, solus Christum cum Thoma Dominum non confitetur : non eum cum ipso Deum agnoscit : servum appellat dominum; creaturam, splendorem; spurium, legitimum; signum, opificem; non dicit Dominum et Deum herum suum, non favet veritati, non conjungit se cum Thoma, non sequitur justum; idque cum ejus diem colat, cum universo terrarum orbe festum celebret, et amicis Thomæ seipsum aggreget. Verum improbitas virtutem non fallit, neque cum duce veritatis seductor apte copulatur : novit feram pastor, novit lupum venator, novit fluctum gubernator, novit tempestatem portus, novit hostem imperator, novit Thomas Arium, novit et ipsum repellit. Blasphemii cultum non admittit, in homicidarum speluncam non intrat, non cum illis diversatur; impiorum confessum aversatur, vocem cum ipso pugnantem detestatur; os quod contra Deum loquitur iniquitatem (*Psal.* 74. 6), odit; linguam quæ Dominum ac Deum non appellat, aversatur, et ad eum ex toto terrarum orbe clamat : Ari, quid mihi blandiris? quid oleo caput meum impinguas? cur diem meum festum celebras, o nefarie? Blasphemium tuum hymnum non admitto : vanæ fidei tuæ non assentior : iniquam doctrinam tuam non agnosco. Ne me honores, qui Conditorum probro afflicti, non suscipio honorem ignominiam parientem. Si dominum probris oneras, quomodo servum coles? si meam fidem non tenes, quomodo memoriam festo celebrabis? si mecum non sentis, quomodo sepulcro meo communicas? Ego Christum Dominum et Deum esse sum edoctus : palpavi manu, et veritatem inveni : propriis digitis sum certior factus : non alius mihi doctrinam inseruit, non miraculum auribus accepi, non iis credidi, qui mihi dicebant, *Vidimus Dominum* : repugnavi apostolis, restiti Petro, cum docere me conaretur : dixi illi, O homo, quid me perturbas? quid mihi verba pro rebus offers? quid mihi imperas ut verbis adductus credam? Nisi videro, non credam. Ut vidisti tu, videam et ego; ut edoctus es, edocear : ut didicisti, discam. Quod prædicandum mihi est, intuear, ac deinde prædicabo. Nemo fando audita annuntiat, nemo doctrinam a rumore manantem proponit, nemo me res tuas divulgantem recipiet. Si interroget, quo pacto resurrexerit Christus, quid dicam nescio. Si dicam, Petrus mihi dixit, quis ut fide digno assentietur? Videam, et prædicabo; discam, et docebo; persuadeam, et persuadebo. Dicam ego quoque, Thomas apostolus

non ab hominibus, neque per homines. Hæc ego cum dicerem, apparuit Dominus, et continuo pugnam diremit, atque ad me : Quid tibi accidit, Thoma? quid cum Petro pugnas? quid cum amicis contendis? Ades, et miraculum experimento cognosce : discere reipsa resurrectionem : affer manum tuam, et corpus vide. Si potes, tene; si mundos digitos habes, vestigia clavorum tange; si credas, assequeris etiam; si vero contendas, non invenies; si sis incredulus, non cognosces; si dubites, quod passibile est non comprehendes; si passione tenearis, quod passioni obnoxium non est, non percipies. Hæc audiens purgavi animam ab incredulitate, et ambigui sententiam exui, credulum sensum assumpsi, tetigi corpus, gaudens et tremens, expandi cum digitis et animæ oculum, et duas de cætero operationes cognovi; prehendi, et aspexi, ac manu quidem corpus tenui, anima vero Deum percepi; et quod exterius mirabile erat, inveni; quod interius, formidabile; quod apparebat, ingens; quodque tenebatur, admirandum. Exclamavi ergo, de eo quod comprehenderam obstupescens : *Dominus meus et Deus meus* (*Joan.* 20. 28). Nusquam enim servum intuebar, nusquam species humilis apparebat. Et quod ejusdem mecum erat naturæ, elucebat, de eo divinitas effulgebat; et quod ferebatur, exaltatum erat; et quod ferebat, glorificatum apparebat : cumque duæ res diversæ intelligerentur, una erat persona, quæ adorabatur. Hæc ego experimento percipi, hæc digitis tractavi, hæc animo intellexi : tu vero, Ari, unde hasphemiani es edoctus? unde quæ prædicas, didicisti? num Christum ut ego palpasti? num manum admovisti? num vestigia clavorum scrutatus es? num digiti testimonium scrunt? Tunc Christum tenuisti? qua vero manu? an ea qua pretiosam suppellectilem rapuisti? qua apostolos complasti? qua barbari spolia excepisti? qua mercedem impietatis tenuisti? qua sanguinis vasa conflasti? hac ipsa Christum contrectasti? Absit. Non adeo iniquus est Dominus, non adeo imprudens Christus, ut suam tibi carnem credat : non prehendisti, quem repudiasti; non attrectasti, quem odisti; non scrutatus es, quem depressisti. Si enim scrutatus esses, non humiliasses; si recte perquisivisses, non adeo perverse interpretatus esses. Apage, recipe mercedem nequitie, cade cum commilitonibus tuis. Interim jam unam ex turribus tuis dejeci, jam Thraciam tua tyrannide liberavi. Adhuc modicum, et te funditus undique perdam : adhuc modicum, et te ex orbe terrarum exterminabo. Modo tibi caput abscondam, modo superbia tua Occidentem quoque liberabo. Ita fac, beate Thoma, sermonem opere comple, exsequere quæ dixisti, præclarum principium sine confirma : ut Thraciam liberasti, sic et Occidentem liberato. Audiam et latronem sicut et tyrannum excisum : Imperatorem victoria coronato, pacem mundo largire, sudores eorum qui convenerunt, suscipe. Suscipe urbem cineri tuo supplicentem : ætatem omnem ad legationem obeundam misit. Senes ac juvenes tumulo advolvimur, virgines et adolescentes tuum corpus amplectimur, infantes passerum in morem lianti ore prospiciunt : noli talem speciem aspernari; ne vacuos labores nostros dimittas : da competentem sudoribus nostris mercedem. Nihil a te magnum postulamus : quæ possides petimus; quæ das, quærimus; quæ videre vis, desideramus, barbarum subactum, Arium pulsum, Imperatorem coronatum, mundum conversum, Christum exaltatum, et ab universo simul orbe terrarum audientem, *Dominus meus et Deus meus* : cui gloria, honor, et imperium in sæcula sæculorum. Amen.



ρωσε, και μένει κατά τόπον ολόκληρος· εις πάσαν την γην ἐξήλθεν ἡ δόξα αὐτοῦ, και εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ τρόπαια αὐτοῦ. Πῶς οὖν αὐτὸν ὀνομάσει; Ἥλιον; Ἄλλ' ὑπὸ νυκτὸς οὐκ ἐλέγχεται. Ἀστέρα; Ἄλλ' ἡμέρα τοῦτον οὐ κρύπτει. Ἐν παντὶ καιρῷ καταυγάζει τὴν κτίσιν, πάντα ὅσον ἀπαιλύνει τῆς οἰκουμένης. Οὐκ ἔτι νύξ μετ' αὐτοῦ, σκοτὸς αὐτὸν οὐκ ἀμβλύνει<sup>α</sup>, ποταμὸς οὐ κωλύει, θάλασσα κατέχειν οὐ δύναται, ὡκεανὸς ἐπιγινώσκει τὸν ἄνδρα, βάρβαροι τιμῶσι τὸν Θωμᾶν· πάντα τὰ ἔθνη σήμερον ἑορτάζει, και τὴν τοῦτου φωνὴν, καθάπερ τι δῶρον, τῷ Δεσπότη προσφέρει. Ὁ Κύριός μου και ὁ Θεός μου· ὁ συγγενής μου και ποιητής μου, ὁ λυτρωτής μου και ὁ βασιλεύς μου. Ταῦτα γὰρ ἐδίδασκεν ὁ Θωμᾶς, τοῦτον ἡμῖν ὡς τέκνους ἀφῆκε τὸν κληρον· ὡς θησαυρὸν ἡ ψίσι κατέχει τὸν λόγον· ὅλον τὸ γένος διὰ ταύτης τῆς φωνῆς ὄχυροῦται· μέχρι τῶν ἀγγέλων ἐξετάθη τὸ ῥῆμα· ἀγγελοὶ ταύτην ὡς ἀκυραν τὴν ὁμολογίαν κρατοῦσι· πᾶσα ἡ κτίσις ὡς γνωρίζει αὐτὸν Θεὸν μετ' αὐτοῦ· δούλον ἀποκαλεῖ τὸν Δεσπότην, κτίσμα τὸ ἀπαύγασμα, νόθον τὸν γνήσιον, πλάσμα τὸν πλάστην· οὐ λέγει Κύριον και Θεὸν τὸν Δεσπότην, οὐκ ἀνέχεται τῆς ἀληθείας, οὐ συντίθεται τῷ Θωμᾶ, οὐκ ἀκολουθεῖ τῷ δικαίῳ· και ταῦτα τιμῶν αὐτοῦ τὴν ἡμέραν, και πανηγυρίζων μετὰ πάσης τῆς οἰκουμένης, και συντάττων ἑαυτὸν τοῖς φίλοις τοῦ Θωμᾶ. Ἄλλ' οὐ κλέπτει τὴν ἀρετὴν ἢ κακία· οὐ συναρμύζει τῷ ὁδηγῷ τῆς ἀληθείας ὁ πλάνος. Οἶδεν ὁ ποιμὴν τὸ θηρίον, οἶδεν ὁ σφενδοניתὴς τὸν λύκον, οἶδεν ὁ κυβερνήτης τὸ κύμα, οἶδεν ὁ λιμὴν τὸν χειμῶνα, οἶδεν ὁ στρατηγὸς τὸν πολέμιον, οἶδεν ὁ Θωμᾶς τὸν Ἄρειον, οἶδε και διώκει αὐτόν. Οὐ δέχεται τὴν τιμὴν τοῦ βλάσφημου, οὐκ εἰσέρχεται παρὰ τὸ σπῆλαιον τῶν φονέων, οὐ συναυλίζεται μετ' ἐκείνων [15] ἀποστρέφεται σύνοδον ἀθεοῦντων<sup>β</sup>, βδελύσσεται φωνὴν αὐτῷ μαχομένην, μισεῖ στόμα κατὰ τοῦ Θεοῦ λαλοῦν ἀδικίαν, ἐκτρέπεται γλῶτταν Κύριον και Θεὸν τὸν Χριστὸν μὴ καλοῦσαν· και βοᾷ πρὸς ἐκεῖνον ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης, Ἄρειε, τί με καθέλκει; τί λιπαίνει ἐλαίῳ τὴν κεφαλὴν μου; τί μου τὴν ἡμέραν ἑορτάζεις, παράνομε; Οὐ δέχομαι σου τὸν βλάσφημον ὄνον· οὐ συμφωνῶ τῇ ματαίᾳ σου πίστει· οὐ γνωρίζω σου τὸ παράνομον δόγμα. Μὴ με τιμῆσης ἀτιμάζων τὸν Πλάστην<sup>γ</sup>· οὐ δέχομαι τιμὴν ἀτιμίας μητέρα. Εἰ τὸν Δεσπότην ὕβριζεις, ἐμὲ τὸν δούλον πῶς θεραπεύσεις; εἰ μὴ κρατεῖς μου τὴν πίστιν, πῶς ἑορτάσεις τὴν μνήμην; εἰ μὴ συμφωνεῖς μοι, πῶς κοινωνεῖς μοι τῷ τάφῳ; Ἐγὼ Χριστὸν Κύριον και Θεὸν ἐδιδάχθην· ἐψηλάφησα τῆ χειρὶ, και τὴν ἀλήθειαν εὔρον· οἰκείοις ἐπιστώθην δακτύλοις· οὐκ ἄλλος ὑπέθετό μου<sup>δ</sup> τὸ δόγμα, οὐκ ἐξ ἀκοῆς ἔγω τὸ θαῦμα, οὐκ ἐπίστευσα τοῖς εἰπουσί μοι, Ἐωράκιμεν τὸν Κύριον· ἐμαγεσάμην τοῖς ἀποστόλοις, ἀντέκρουσα Πέτρῳ διδάσκων με πειρωμένῳ· εἶπον πρὸς αὐτόν, Ἄνθρωπε, τί με ταραττεῖς; τί μοι λόγους ἀντὶ πραγμάτων χαρίζῃ; τί μοι κελεύεις ἀπὸ ῥημάτων πιστεύειν; Ἐάν μὴ ἴδω, οὐ μὴ πιστεύσω. Ὡς εἶδες και σὺ, ἴδω· καγῶ ὡς ἐδιδάχθης, διδαχθῶ ὡς ἔμαθες, μάθω. Ὁ κηρύττων μέλλω, θεάσωμαι, και κηρύττω. Οὐδεὶς ἀκούων<sup>ε</sup> ἀπαγγέλλει· οὐδεὶς ἀπὸ φήμης δόγμα προφέρει· οὐδεὶς ἀποδέχεται με τὰ σά διαγγέλλοντα. Ἄν ἐρωτηθῶ, πῶς ἀνέστη ὁ Χριστὸς, οὐκ οἶδα τί λέξω. Ἐάν εἴπω, Πέτρος μοι εἶπε, τίς ὡς ἀξιοπίστῳ προσέξει; Ἴδω, και κηρύττω· μάθω, και διδάσκω· πιστωθῶ, και πιστοῦμαι. Εἴπω καγῶ, Θωμᾶς ἀπόστολος οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδέ δι'

ἀνθρώπων. Ταῦτά μου λέγοντος, Κύριος ἐπεφάνη, και τὴν μάχην ἔλυσε παραχρήμα· και φησι πρὸς με· Τί σοι γίγνεται. Θωμᾶ; τί μάχην τῷ Πέτρῳ; τί φιλονεικεῖς τοῖς ἑταίροις<sup>ι</sup>; Δεῦρον, λάβε τὸ θαῦμα τῆς πείρας· μάθε τὴν ἀνάστασιν ἔργῳ· φερε τὴν χειρά, και βλέπε τὸ σῶμα. Εἰ χωρεῖς, κρατεῖ· εἰ καθαρὸς ἔχεις δακτύλους, ἴψαι τῶν τυτῶν· εἰ πιστεύεις, και φθάσεις· εἰ δὲ φιλονεικεῖς, οὐκ εὐρίσκεις· εἰ ἀπιστεῖς, οὐ γνωρίζεις· εἰ ἀμφιδάλλεις, τὸ παθητὸν οὐ κατέχεις· εἰ πάθος ἔχεις<sup>θ</sup>, τὸ ἀπαθὲς οὐ μαθηάνεις. Ταῦτα ἀκούσας ἐκάθηρα τὴν ψυχὴν ἀπιστίας· ἀπεδυσάμην τὴν ἀμφίβολον γνώμην· ἀνέλαθον τὸν νοῦν πεπεισμένον· ἠψάμην τοῦ σώματος χαίρων και τρέμων· ἐξήπλωσα μετὰ τῶν δακτύλων και τῆς ψυχῆς ἕμμα, και δύο λοιπὸν ἐνεργειῶν ἠθροῦσα. Ἐκράτουν, και εἴρων<sup>η</sup>· και τῆ μὲν χειρὶ σῶμα κοτειχον, τῆ δὲ ψυχῇ Θεὸν κατενόουν· και τὸ ἐξωθεν ἠρῶσκον θαυμαστὸν, και τὸ ἔσωθεν φοβερόν· και τὸ φαινόμενον, μέγα, και τὸ κρατούμενον, θαῦμα. Ἐβόησα τοῖνον ἐκπλαγείς ὁ κατέλαθον. Ὁ Κύριός μου και ὁ Θεός μου· οὐδαμῶ γὰρ ἔβλεπον δούλον, οὐδαμῶ ταπεινὸν ἐφαίνετο σχῆμα· και τὸ συγγενὲς ἐξέλαμπε, και τὸ θεὸν ἐξήστραπτε· και τὸ φορούμενον ὑψοῦτο, και τὸ φοροῦν ἐεδόχαστο· και δύο νοουμένων πραγμάτων, ἐν ἧν τὸ προσκυνοῦμενον πρόσωπον. Ταῦτα ἐγὼ περὶ παρέλαθον, ταῦτα δακτύλῳ ἐκράτησα, ταῦτα ψυχῇ κατενόησα. Σὺ δὲ, Ἄρειε, πόθεν τὸ βλάσφημον ἐδιδάχθης; πόθεν ἔμαθες, ἢ κηρύττης; Χριστὸν ἐψηλάφησας ὡς ἐγώ; τὴν χειρὰ προσήνεγκας; τοὺς τύπους ἠρεύνησας; οἱ δακτύλοι μαρτυροῦσί σοι; κατέγεες τὸν Κύριον σὺ; εἰς ποίαν χειρὰ; εἰς ἣν ἤρπασας τὰ κειμήλια; εἰς ἣν τοὺς ἀποστόλους ἐσύλησας; εἰς ἣν ὑπεδέχον τὸν βαρβάρου τὰ λάφυρα; εἰς ἣν ἐκράτεες τὸν μισθὸν τῆς ἀσεβείας; εἰς ἣν ἐχώνευσας τὰ σκεῦη τοῦ αἵματος; εἰς ταύτην Χριστὸν ἐψηλάφησας; [16] Μὴ γένοιντο. Οὐχ οὕτως ἀδικος ὁ Δεσπότης, οὐχ οὕτως ἐπισφαλὴς ὁ Χριστὸς, ἵνα σοι τὴν ἰδίαν ἐμπιστεῖσιν σάρκα. Οὐκ ἐκράτησας, ὃν ἠθέτησας· οὐκ ἐψηλάφησας, ὃν ἐμισήσας· οὐκ ἠρεύνησας, ὃν ἐσμικρυνας. Εἰ γὰρ ἠρεύνησας, οὐκ ἂν ἐταπεινώσας· εἰ καλῶς ἐξεζήτησας, οὐκ ἂν οὕτω κακῶς παρηρημένους. Ἄπαγε, ἀπόλαυε<sup>ι</sup> τῆς κακίας, πίπτε μετὰ τῶν οικείων συμμάχων. Τέως ἔμα σου κατέβαλον πύργον· τέως τὴν θράκην ἠλευθέρωσα τῆς σῆς τυραννίδος· ἔτι μικρόν και πανταχόθεν σε καταλύω· ἔτι μικρόν και διώκω σε τῆς οἰκουμένης. Ἄρτι σου τὴν κεφαλὴν ἀφαιρούμαι· ἄρτι και τὴν δύσιν ἀπαλλάττω τῆς σῆς ἀπονοίας. Ναί, μακάριε Θωμᾶ, κλήρωσον ἔργῳ τὸν λόγον ἀκολούθησον τῆ φωνῇ σου· κλήρη τὴν ἀρχὴν βεβαλώσων και τῷ τέλει. Ὡς τὴν θράκην ἠλευθέρωσας, ἐλευθέρωσον και τὴν Δύσιν. Ἀκούου και τὸν ἠσθητὸν ὡς τὸν τύραννον ἐκκοπέντα· στεφάνωσον τὸν βασιλέα τῆ νίκης, βράβευσον εἰρήνην τῷ κόσμῳ, δέξαι τοὺς ἰδρωτᾶς τῶν συνελθόντων, δέξαι τὴν πόλιν ἱκετεύουσάν σοι· τὴν κοινὴν πάσαν ἠλικίαν<sup>ι</sup> ἀπέστειλε σοι προσβείαν. Γέροντες και νέοι προσπίπτουμέν σου τῷ τάφῳ· παρθένοι και νεανίσκοι περιπλεκόμεθά σου τῷ σώματι· νῆπια στρουθίων δίκην ἀνετίζουσι πρὸς σὲ κεχρηῶτα· μὴ παρὶς σχῆμα τοιοῦτον· μὴ κενὸς ἡμῶν ἀποπέμψης τοὺς πόνοους· δὸς ἡμῖν ἄξιον μισθὸν τῶν ἰδρωτῶν. Οὐδὲν ἀπαιτοῦμέν σε μέγα· ἄπερ ἔχεις, αιτούμεν· ἂ δίδως, ζητοῦμεν· ἂ θέλεις ἰδεῖν, ἐπιθυμοῦμεν τὸν βάρβαρον ἠστηθέντα, τὸν Ἄρειον ἐλαθέντα, τὸν Βασιλέα στεφανωθέντα, τὸν κόσμον ἐπιστραφέντα, τὸν Χριστὸν ὑψωθέντα, και παρὰ πάσης ὁμοῦ τῆς οἰκουμένης<sup>κ</sup> ἀκούοντα, Ὁ Κύριός μου και ὁ Θεός μου· ἦ ἡ δόξα, τιμὴ, και κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>α</sup> Reg. οὐ καταλαμβάνει, non male. Savil. In marg. αὐτῷ οὐ καταμολύνει. <sup>β</sup> Savil. In marg. σύνοδον ἀσεβούντων. <sup>γ</sup> Idem τὸν κτίστην. <sup>δ</sup> Ita Reg. optime. Editt ὑπέθετό μου. <sup>ε</sup> Reg. ακοήν.

<sup>ι</sup> Reg. τοῖς ἑτέροις. <sup>θ</sup> Savil. Is. οὐκ ἔχεις. <sup>η</sup> Reg. εἴρων, και ἐψηλάφουν, και ἐθεώρων. <sup>ι</sup> Savil. In marg. απόβαλε. <sup>κ</sup> Reg. ἱκετεύουσάν σου τὴν κόνην πάσα ἠλικία. <sup>λ</sup> Savil τῆς κτισίας.

## MONITUM

Jure inter spuria banc sive orationem sive homiliam ablegavit Fronto Ducæus. Nihil enim hic Chrystostomo dignum, non stylus, non dictio: nulla ex dotibus hic comparet, quævis fulgebat ille divus orator. Hic vero quisquis sit Græculus exclamationibus, maximeque interrogationibus totam replevit orationem. Memoria autem labitur cum in longissima apostrophe Stephanum inducit Judæis dicentem: ἀλλ' ὁ ἐξ ὑμῶν, καθ' ὑμῶν δὲ μάλλον, τὸ σκευὸς τῆς ἐκλογῆς, Παῦλος κρᾶζει. Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν: *Verum is qui ex vobis est, vel contra vos potius, vas electionis, Paulus clamavit: Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent*: quasi vero potuerit Paulus, tunc Christo et Christianis

## [17] Εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα.

α'. Στέφωμεν ἄνεσιν ἐγκωμίων τὸν Στέφανον, καὶ τοὺς τῶν ἐπαινῶν αὐτὸν περιβρᾶνωμεν ῥόδοις· ἤδη γὰρ αὐτὸς ἐπαυτὸν τοῖς τῆς πίστεως προστεφάνωσαν ἄλλοις. Ἐκεῖτο μὲν γὰρ ἐν γράμμασι· *Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα*· ἀλλ' ἡ περὶ τὸ σῶμα βλάβη τὴν δυσχερίαν εἰσῆγε. Τοῦτου δὲ τοῦ νεανίου βουληθέντος· μαρτυρικῶς ἀναδείξασθαι νίκας, πᾶσα ἀπελήλαται δυσχερία· δειλία δὲ καὶ φόβος ἀργεῖν ἐμελέτησεν. Οὐτε γὰρ ἀρχιερέων ἐφοβήθη μανίαν, οὐχ ἱερέων ἰδειλάσε θρασυτήτα, οὐτε πρεσβυτέρων αὐτὸν κατέπληξαν λόγοι, οὐ γραμματέων αὐτὸν ἀπειλὴ διετάραξεν, οὐ λόγοι συκοφαντῶν τὴν αὐτοῦ προθυμίαν ἐνέκοψαν, γενναίω δὲ τινι φρονήματι εἰς τοὺς ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνας κατέσπευδε. Τίς τοίνυν θνητῶν ἀξίους ἐπαινούς τῷ ἀγωνιστῇ προσαγάγη; τίς ἀνθρώπων ἀνάλογον τῆς αὐτοῦ πολιτείας ἐγκωμίων διαπέξει; ποία γλώσσα τὰς τοῦ ἀριστεύου ἐξεῖπειν δυνήσεται δόξας; ποῖον στόμα πρὸς ἐπαινον τῶν τοῦ Στεφάνου ἀγωνισμάτων ἀνοιγήσεται; ποία χεὶρ ἐπαρκέσει τὰς ἀνδραγαθίας εἰπεῖν τοῦ πρωτομάρτυρος; Ἐπὶ τῆς γῆς γὰρ ἐπάλαζε, καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς περιεσκέπτετο· ἐν τῷ βίῳ παρῆν, καὶ τὰ ἐν ὕψιστοις περιώδευε· μετὰ τῶν θνητῶν διελέγετο, καὶ ἀθανάτοις συνετάττετο· ἀνθρώποις ἀπεμάχετο, καὶ συνεχόρευεν ἀγγέλοις. Πᾶσα λοιπὸν ἡλικία τὸ βέβαιον ἔχετο· Στέφανος γὰρ ἐπάλαζε, καὶ ὁ ἀρχέκακος ἔπεσεν. Ἐχέτω λοιπὸν καὶ ὁ ἐν πολῆ ἀγωνιζόμενος τὸ βέβαιον· καὶ ὁ ἐν γῆρα κατορθῶν τοὺς στεφάνους λαμβάνει, καὶ ὁ νεανίας ἀθλήσας στεφανοῦται, καὶ μετράκιον παλαίσαν κομίζετα· γέρα, καὶ νῆπια ἀγωνιζόμενα κομίζονται στεφάνους, καὶ γύνακα παραταξάμενα στεφανοῦνται δόξῃ, καὶ παρθένου παλαίσασαι κομίζονται νίκας. Στεφάνου τοίνυν ἀνοίξατος τοῦ μαρτυρίου τὰς πύλας, πᾶσα λοιπὸν ἡλικία ἐπὶ τὸ μαρτύριον τρεχέτω. Πρῶτος γὰρ Στέφανος τῷ τυράνῳ ἀντέστη, πρῶτος τὰς κατ' αὐτοῦ ἀνεδίεξο νίκας, πρῶτος τῶν καλλινίκων ἐκείνων ἀπήρξατο ἀγῶνων, πρῶτος διὰ Χριστὸν τὰ τοῦ Χριστοῦ ἀνεδίεξο πάθη· ὑπέδειξε θνητοῖς, πῶς παίζεται θάνατος· ἔδειξεν ἀνθρώποις, πῶς νέκρωσις γέλωσ ἔσται· ἐγνωρίσεν τοῖς ἐν τῷ βίῳ τὰς οὐρανούς ἀνόθους. Στέφανος γὰρ πλήρης χάριτος καὶ δυνάμεως ἐποίησε σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ. Εἰς μέλιονα προκοπήν τὸν Στέφανον ἡ τοῦ Πνεύματος προεβίβαζε χάρις· τὸ γὰρ ἄμετρον τῆς αὐτοῦ πίστεως παρηγοῦσα τὸ βέβαιον. Διάκονος γὰρ ταγεῖς, μάρτυς ἀνεδείχθη· εἰς χερῶν κατασταθεῖς χρεῖαν, εἰς θαυμάτων προκοπήν χάριν· τραπεζῶν ἐτάγη διάκονος, καὶ τεραστίων ἀνεδείχθη ἐργάτης. Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως. Ἐχέτω, φησὶν, ἐν προσηγορίᾳ τὸν τῆς νίκης στέφανον ὁ Στέφανος· Στέφανος, ὁ ἀμελέτητον πόλεμον γνωρίσας τῷ βίῳ, ὁ ἀδίδακτον μάχην ἐμφανίτας τῷ κόσμῳ. Οὐκ εἶχεν ἐν ἔθει τοῦτο ἡ φύσις, καὶ Στέφανος κατὰ ἀσωμάτου στρατιᾶς παρητάτο μόνος. Πίστις γὰρ αὐτῷ τοὺς ἀγῶνας κατώρθου· ἔλπις μετὰ τέλος προτρέπειτο παλαίειν. Στέφανος πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως. Στέφανος, ὁ αἰχμάλωτον τὴν ἀρχέκακον

δείξας, ὁ προαιρέσει γενναίᾳ κατ' αὐτοῦ τρόπαια ἐγεύρας, ὁ δαίμονας παρασκευάσας θρηνεῖν, καὶ ἀνθρώπους χορεύειν· Στέφανος ὁ πρῶτος τῶν μαρτύρων τροπαιοῦχος, ὁ στρατηγὸς τῶν διὰ Χριστὸν ἀγωνιζομένων. Ὅς γὰρ ἂν διὰ Χριστὸν ἀρξῆται· παλαίειν [18], Στέφανον εὐρίσκει διδάσκαλον· ὅστις μαρτυρικῶν ἐφαίεται ἀγῶνων, Στέφανον μιμεῖται. Στέφανος τὸ ἀκροθίνιον τῶν διὰ Χριστὸν ἀγωνιζομένων, ἡ κρηπίς τῶν δι' αὐτὸν ἀποθησκότων. Στέφανος πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως. Πανταχόθεν περιεπέφρακτο ὁ τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, ἐκατέρωθεν ἐτεθωράκιστο ὁ εὐθεῖς πολέμαρχος· Πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως. Ἐπήρκεσαν, φησὶ, ταῦτα πρὸς νίκην, ἐξίσχυσαν ταῦτα παρασχεῖν τὸ τροπαιον. Πίστις γὰρ καὶ δύναμις καὶ τὴν ἀρχέκακον ἐνίκη, καὶ Ἰουδαίους κατέπληττε. Πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως ἐποίησε σημεῖα καὶ τέρατα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ. Θαυμάτων ὁ ἀριστεύς ἐνεδείκνυτο πλήθη, τεραστίων πλήθος ὁ Χριστοῦ ἐργάζετο στρατιωτῆς· Ἐπολεῖ σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ, χωλοῖς μὲν χαριζόμενος ὄρθιους, πρῆτοις δὲ ὑγίειαν ἐκπέμπων, ἕνα πρὸς φθόνον τοὺς ἀρχιερεῖς διεγείρη· οὕτως ἐπεθύμη διὰ Χριστὸν γέυσασθαι θανάτου. Ἔτα ἐκκαλεῖται κατ' αὐτοῦ ἀνδρῶν ἀσεβεστάτων πεντάποιν.

Ἀνέστησαν γὰρ, φησὶ, τινὲς τῶν ἀπὸ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητούντες τῷ Στεφάνῳ. Ὡς πόσον ὄχλον ἡ κακία συνήγαγεν! Ὡς πόσον ὄχμον ὁ φθόνος συνέτρεψε! Λιβερτίνους, Κυρηναίους, Ἀλεξανδρεῖς, καὶ τοὺς ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, Ἀπειρους, φησὶν, ὄχλος καθ' ἑνὸς παρτάξατο στρατιώτου· ἄμετρα πλήθη καθ' ἑνὸς ὤρμησαν ἀριστεύς· πέντε πόλεων ἄνδρες ἐφ' ἕνα κατέδραμον νεανίαν. Ὡς τῆς ἀνιερτεύτου τῶν Ἰουδαίων κακία! Ἐξ αὐτῆς τῆς θέας ἠθέλησαν τὸν ἀριστεύτα ἐκφοβῆσαι, ἵνα τῇ ὑπερβολῇ τοῦ πλήθους ὑπεκλυθῆ τὰ νεύρα. Ἔτα καὶ τάξις οἱ παμπόνηροι ἐπιτιθέασιν τῇ μάχῃ, καὶ ζητημάτων τῷ Στεφάνῳ ἐν προομιῶσι πλέκουσι λόγους. Ἀνέστησαν γὰρ, φησὶ, τινὲς ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητούντες τῷ Στεφάνῳ. Τί, φασὶν, ὦ νεανία, ἀπερισκέπτως ὑβρίζεις τὸ Θεῖον; τί μεμελετημένοις λόγοις πειθεῖς τὸν ὄχλον; τί θαυμάτων ἀπάτη διασκεδάζεις τὸ ἔθνος; Ὡς τὸν ζητημάτων τὸ πέρας· Θεὸς ἐστὶν ὁ ἐκ Μαρίας τεχθεῖς; Δημιουργὸς ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐ Βηθλεὲμ τοῦτου κόμη, καὶ τροφὸς ἡ Ναζαρέτ; Θεὸν φαντάζει τὸν ἐπὶ γῆς τεχθέντα; Θεὸς, ὁ δι' εὐτέλειαν σπαργαυθεὶς ἐν τῇ ψάτῃ; ὁ ἀποδοράσας ὄργισθέντα τὸν Ἡρώδη; ὁ πρὸς κάθαρσιν λουτρῶν δεξιόμενος Ἰορδάνην; ὁ πείνη

\* Legendum putant Fronto Ducæus et Savil. συνήθροισαν.  
b Reg. ἐξ αὐτῆς τῆς ὄψεως ἐξήτησαν τὸν ἀθλήτην καταπλήξαι, ἢ αὐτῆς τῆς θέας, etc.

## IN ORATIONEM SEQUEMTEM.

infensissimus, hoc dictum jam protulisse. Verum huiusmodi memoriæ lapsus non satis esset ad hanc concionem Chrysostomo abjudicandam, nisi alia adessent bene multa, quæ opusculi vobiscum arguunt. Quot enim *μνημονικά σφάλματα* in doctoris nostri concionibus animadvertimus! Multa certe, quæ longum esset recensere. Plurima quoque huiusmodi ad hunc locum congerit Fronto Ducaeus, quibus referendis superse-demus, ne in re notissima diutius immoremur. Verum ex aliis tutioribus indicis constat hanc concionem alicujus indocti hominis esse, qui eam Chrysostomo adscripsit.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

## LAUDATIO SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS (a).

1. Coronemus Stephanum laudum floribus, eumque rosas præconiorum conspergamus: jam enim se ipse fidei præmiis ante coronavit. Scriptum quidem erat: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus* (Matth. 10. 28); at connexio cum corpore difficultatem afferbat. Verum ubi juvenis iste victorias martyrum voluit obtinere, difficultas omnis submota est; timiditas autem metusque cessavit. Nam neque pontificum insaniam est veritus, neque sacerdotum audaciam reformidavit, neque terruerunt eum verba seniorum; non scribarum ipsam minæ perturbarunt, neque sycophantarum sermones ejus ardorem animi retinuerunt, sed ad obeunda pro Christo certamina generosa mente properabat. Quis ergo mortalium dignas athletæ laudes offerat? quis hominum convenientem ejus vitæ actionibus laudationem contexet? quæ lingua poterit decora præstantissimi bellatoris effari? quodnam os ad Stephani agones prædicandos aperietur? quæ tandem labia strenui protomartyris sufficient facinoribus enarrandis? Etenim luctabatur in terris, et quæ sunt in cælis contemplabatur: in hac vita versabatur, et quæ sunt in excelsis, percurrebat: cum mortalibus colloquebatur, et immortalium ordinibus jungebatur: cum hominibus depugnabat, et cum angelis choreas ducebat. Omnis ætas deinceps bono animo esto: Stephanus enim luctatus est, et auctor mali collapsus est. Bono animo deinceps esto etiam is qui in canitie decernat; et qui in senecta præclare se gerit, corona donatur; et qui adolescens pugnaverit, coronatur; et puer qui luctatus fuerit, refert præmia; et infantes qui in agone contendunt, coronas reportant; et mulieres quæ in acie steterint, gloria coronantur; et virgines quæ luctatæ sunt, victorias consequuntur. Postquam igitur martyrii portas Stephanus reeravit, omnis in posterum ætas ad martyrium currat. Primus enim Stephanus tyranno restitit, primus de illo victoriam obtinuit, primus illos gloriosos agones inchoavit, primus propter Christum Christi passiones excepit: quo pacto mors fudatur, mortalibus indicavit; quo pacto interitus sit risus futurus, hominibus demonstravit: his qui in hac vita versantur, vias, quæ in cælum ferunt, patefecit. Stephanus enim, *plenus gratia et fortitudine, faciebat signa et prodigia in populo* (Act. 6. 8). Ad majorem profectum Stephanum Spiritus gratia provehebat: ejus quippe fidei immensitas constantiam pollicebatur. Diaconus enim constitutus, martyr effectus est: viduarum necessitati præpositus, ad miraculorum gratiam profecit: diaconus mensis præfectus est, et prodigiorum effector est redditus. Stephanus autem plenus fide et fortitudine. Habeat, inquit, in nomine coronam victoriæ Stephanus: Stephanus, qui bellum, in quo se nemo exercuerat, hominum vitæ manifestavit: qui pugnam, quam nemo docuerat, mundo patefecit. Non erat hoc positum in more nature, et Stephanus adversus militiam incorpoream solus in acie stabat. Fides quippe feliciter ei certamina conficiebat; spes incitabat ut ad finem usque

depugnaret. Stephanus, plenus fide et fortitudine Stephanus, qui mali auctorem captivum ostendit, qui generoso mentis arbitrio tropæum adversus ipsum erexit, qui dæmones ut lugerent, et homines ut choreas agerent, effecit: Stephanus primus martyrum tropæum tenens, pro Christo decertantium dux copiarum. Quisquis enim cæperit propter Christum pugnare, Stephanum doctorem nanciscitur: quisquis certamina martyrum aggressus fuerit, Stephanum imitatur. Stephanus primitiæ propter Christum decertantium, fundamentum propter ipsum morientium. Stephanus plenus fide et fortitudine. Undique munitis armis erat Christi miles, ex utraque parte loriceus erat pius imperator: plenus fide et fortitudine. Sufficiebant, inquit, hæc ad victoriam: poterant hæc tropæum acquirere. Fides enim ac fortitudo et mali auctorem vincebat, et Judæos perterrefaciebat. *Plenus fide et fortitudine faciebat signa et prodigia magna in populo*. Miraculorum turbam vir fortissimus edebat, portentorum inquam vim Christi miles operabatur: faciebat signa et prodigia in populo, tum claudis cursum largiens, tum paralyticis sanitatem effundens, ut pontifices ad invidiam concitaret: adeo Christi causa mortem oppetere desiderabat. Tum adversus ipsum hominum impiissimum evocat pentapolim.

*Surrexerunt enim, inquit, quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, et Cyrenensium, et Alexandrinorum, et eorum qui erant a Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano* (Act. 6. 9). O quam turbam improbitas congregavit! o quam invidia multitudinem convocavit! Libertinos, Cyrenenses, Alexandrinos, et qui erant a Cilicia et Asia. Infinita, inquit, turba contra unum militem aciem instruxit; innumerabiles copię adversus unum fortissimum bellatorem impetum fecerunt; quinque civitatum viri in unum juvenem incurrerunt. O malitiam Judæorum insanabilem! Ex ipso aspectu fortissimum bellatorem terrere voverunt, ut multitudinis copia nervi debilitarentur. Deinde ordinem adhibent pugne sceleratissimi homines, atque initio questionum nodos sermonibus nectunt. *Surrexerunt, inquit, quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, et Cyrenensium, et Alexandrinorum, et eorum qui erant a Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano*. Quid, inquam, adolescens, inconsiderate contumeliis Numen incesis? quid mediatis verbis populo persuades? quid miraculorum fallacia gentem dissipas? Hic terminus questionum: Deusne est qui ex Maria natus est? Creatorne est fabri filius? nonne Bethleem castellum istius, et nutrix Nazaret fuit? Deum confingis eum esse, qui in terris partu est editus? qui propter tenuitatem in præsepio fasciis est obvolutus, qui Herodem fugit iratum, qui lavacro Jordanis ad emundationem est usus, qui fami subditus fuit et siti, qui fatigationem sensit et somnum? qui captus est, nec aufugere valuit? qui alapis cæsus est, neque seipsum est ultus? qui suspensus est, nec descendere potuit? qui execrandum et ignominiosum finem sortitus est? Eum qui positus est in sepulcro, in cælo esse confingis? qui mortalibus est æqualis, cum mortuorum esse prædicas vi-

(a) Collata cum Codice Regio 2542.

tam? Num igitur Deus ista pati sustinisset? nonne solo mandato suo sese invadentes necasset? nonne imperans subito mortem intulisset? Aut ergo cessa ab hac impostura, aut parem tu quoque mortem excipe.

2. Talia quædam dicebant, dum cum Stephano disputarent. Tum Stephanus: Nonne prophetarum apud vos scripta servantur? nonne vos libros Veteris Testamenti pervolutatis? nonne invicem dicebatis: *Nos scimus quia Moysi loquutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit? nos Moysis discipuli sumus* (Joan. 9. 29. 28). Nonne Moyses dixit: *Prophetam suscipiabit vobis Dominus Deus de fratribus vestris, tanquam me; ipsum audietis* (Deut. 18. 15)? nonne ante multos annos scripsit Michæas: *Et tu, Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux* (Mich. 5. 2)? nonne partum inuuptæ prænuntiavit Isaias: *Ecce virgo in utero habebit* (Isai. 7. 14)? nonne adstitura in præsepio duo animalia prædixit Ambacum: *In medio duorum animalium cognosceris* (Habac. 3. 2)? nonne fugam in Ægyptum propter Herodem dixit Isaias: *Ecce Dominus venit super nubem levem in Ægyptum* (Isai. 19. 1)? nonne Jordanis aquarum fugam David præsignificavit: *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, et timuerunt* (Psal. 76. 17)? nonne molestiarum et laborum ejus eventum ante scripsit Isaias: *Ipse peccata nostra accepit et ægrotationes portavit* (Isai. 53. 4. Matth. 8. 17)? nonne clavorum violentiam David propheta prædixit: *Foderunt manus meas et pedes meos* (Psal. 21. 17)? nonne suspensionem in ligno Moyses ante prædicavit: *Videbitis vitam vestram pendentem in ligno* (Deut. 28. 66)? nonne sepulturam in monumento Jacob ante scripsit: *Recumbens dormivit ut leo* (Gen. 49. 9)? nonne resurrectionem David prænuntiavit: *Surge, Deus, judica terram* (Psal. 81. 8. et 46. 6)? nonne quæ ad ascensionem spectant idem prædixit: *Ascendit Deus in júbilo*? Aut igitur in alio quopiam ostendite prophetias esse completas, aut tanquam Deum crucifixum adorare. Nam vos quidem, o stulti, Moysis prophetiam ignorantes, nudum vos hominem crucifigere putabatis: verum is qui ex vobis est, vel contra vos potius, vas electionis, Paulus clamat: *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent* (1. Cor. 2. 8). De ipso redarguens vos princeps apostolorum dicebat: *Vos autem sanctum et justum negastis, et petistis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vitæ interfecistis* (Act. 3. 14. 15). Vestram hanc vocem cum multo ante novisset Isaias, dicebat: *Væ iis qui dicunt amarum dulce, et dulce amarum* (Isai. 5. 20). Cum igitur Stephanus ita dissereret, *Non poterant resistere sapientiæ et Spiritui qui loquebatur*. Recteque dictum est illud, *Resistere*. Nam quia superius dixerat, *Surrexerunt quidam de synagoga*, hic dicit, *Non poterant resistere*. Itaque silentio lingua eorum compressa erat, sua omnes labia concludebant, sermonum sagittas inhibebant, verborum arcus compescebant, sub lingua lanceam improbitatis occultabant. *Non poterant resistere sapientiæ et Spiritui qui loquebatur*. O res novas et inusitatas! quam recte scripsit Lucas! quam certo effecit, ut promissa Christi apparent! Dixit enim Christus: *Dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere omnes adversarii vestri* (Luc. 21. 15). Recte igitur inquit: *Non poterant resistere sapientiæ et Spiritui, qui loquebatur*. Cui tandem sapientiæ? Christo qui in ipso loquebatur. Christum autem sapientiam esse, prodeat qui dicit Paulus: *Christus Dei virtus, et Dei sapientia* (1. Cor. 1. 24). Ipsam autem loqui in iis, qui se gratos præbent, ut scias, alio loco scribens aiebat: *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? Et non poterant resistere sapientiæ* (2. Cor. 13. 3), hoc est, Christo. Quis enim resistet ei, et sustinebit? *Et non poterant resistere sapientiæ et Spiritui*. Cuiam spiritui? Paraclæto, de quo in præcedentibus dicebat: *Stephanus autem plenus fide et fortitudine; ac rursus,*

*Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei. Tunc itaque summisservunt viros, qui dicerent se audivisse eum dicentem verba blasphemiarum in Moysen et Deum* (Act. 7. 55. et 6. 8. 11). Successit invidiæ falsum testimonium. *Summisservunt viros*. Pecunia mendaciarum coemerunt: Venite, aiebant, o venerabiles viri, rebus nostris studia vestra subministrare: cogitatis nostris operam lingua vestra navet: consiliiis nostris os vestrum inserviai. Novus enim Galilæi defensor exortus est: propugnator illius surrexit ac vindex. Deum in sepulcro jacentem colit: Creatorem sepulcro conclusum prædicat: eum qui positus est in monumento, in cælis esse conflagit: eum cui milites illuserunt, autumat eum militia cælesti versari: eum qui ne seipsum quidem vindicare potuit, creaturæ judicem fore pollicetur. Hujus corpus Joseph in monumento repositus: et hic eum a dextris Dei sedere conflagit: cujus discipuli tanquam deceptorem ipsum negarunt, et hic ait fore ut omnis ei lingua confiteatur: de cruce descendere minime potuit, et hic ejus secundum adventum a cælis pollicetur: ei malefici conviciabantur, quod neque seipsum neque illos salvare posset, et hic contenta voce Salvatorem hunc mundi esse proclamat. An tale facinus umquam vidistis? an vero omnino tanta demeritiæ ac blasphemiarum verba audistis? Vos itaque prætextui operam navate, et celebrem apud eos, qui nunc vivunt, gloriam vobis comparabit. Tum vero posteri calumniatorum, qui Nabuthem quondam oppresserunt, ejusmodi verbis sunt usi: *audivimus eum loquentem verba blasphemiarum in Moysen et Deum*. Adversus ipsum, inquit, legislatorem ausus est dicere: denuntiabat ille nobis dicens: *Attendite, popule meus, legem meam* (Psal. 77. 1): et hic clamat fore, ut traditiones mutet Jesus, quas tradidit nobis Moyses. In Moysen apud universam gentem venerabilem blasphemavit: in eum qui in auxilium sibi creaturam omnem adscivit, qui a gravi servitute gentem liberavit, qui virga maris undas in murum convertit, qui oratione copias Ægyptiorum in profundum demersit, qui oratione cælestem de nocte columnam accendit, qui cælestem panem nullaque agriculturæ ope constructum comparavit, qui virga fluentia ex sterili saxo hausit. *In Moysen*. Quid autem de hoc, *In Moysen*, sermonem protraho? *Et in Deum*. In ipsum cælum tela jacit: adversus ipsum Conditorem linguam extendit: mortuum Deo Creatorique oppositum prædicat. *In Moysen et in Deum*. Commoverunt itaque plebem, et seniores, et scribas: et concurrentes rapuerunt eum, et adduxerunt in concilium (Act. 6. 12). Populum in iram concitarunt, et eum rapuerunt: ovem rapuerunt feræ, et adduxerunt in concilium hypocrisis atque invidiæ plenum, a veritate alienum, et expertis aequitatis: et adduxerunt eum in concilium, de quo Jeremias multo ante clamavit: *Non sedi in concilio ipsorum vanitatis* (a) (Jer. 15. 17). *Et statuerunt falsos testes dicentes: Homo iste non cessat loqui verba blasphemiarum adversus locum sanctum, et legem* (Act. 6. 13). Templum, inquit, locum istum non erubuit afficere contumeliis, ubi eloquia divina recitantur, ubi prophetarum scripta buccinantur, ubi tabulæ ac manna cælestis, ubi arca et virga Aaronis, ubi canities pontificum, et dignitas seniorum, honorque scribarum: sed ludibrium existimat locum: templum vile esse pronuntiat. Neque contra locum tantum verba facere, sed et contra legem est ausus. Umbram esse legem fingit: figuram Vetus Testamentum esse audacter prædicat: Galilæum dicit Moysen esse majorem, Mariæ filium legislatore prædicat potentiorum: non seniorum est reveritus dignitatem, non scribarum turbas

<sup>1</sup> Reg. habet.... O venerabiles viri, verbis nostris aures vestras præbete; rebus nostris.... subministrare.

(a) Hic versiculus desumitur ex Psal. 25, v. 3, ubi legitur: *non sedi cum concilio vanitatis*. In Jeremia vero 15. 17, sic legitur, *non sedi in concilio ludentium*.



γραμματέων τὰ πλήθη, ἀλλ' ἐδολασφύησεν κατὰ τοῦ τόπου καὶ τοῦ νόμου.

γ. Καὶ μάθετε αὐτοῦ τῶν λόγων τὴν πείραν. Ἀκηκόμαγε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος καταλύσει τὸν τόπον τούτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθνη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς. Νεκρὸν ἡμῖν ἐπαπειλεῖται δεσπότην, τεθνεῶτα ἡμῖν ἐπαγγέλλεται Κύριον. Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος ἀναστήσεται, καὶ καταλύσει τὸν τόπον τούτον. Ἐφάντασθη, φησὶν, οὗτος ὁ νεανίας ἠγνόησε τοῦ περιβολοῦ τοῦ ναοῦ τὴν τέρψιν· διέλαθον αὐτὸν τῶν ἐν αὐτῷ τελεσθέντων οἱ πόνοι. Ἡ Σολομώντος σοφία τούτον διέγραψε τὸν οἶκον· σύμμαχον ἔσχεν ὁ ποφὸς τὴν ἀνωθεν χάριν πολλοῦς ἀγῶνας ἐν τῇ κτίσει· ὑπέμεινε τοῦ ἔργου· καὶ ὀδοήκοντα μὲν χιλιάδας ἐλατόμου ἐν τῷ ὄρει· ἐβδομήκοντα δὲ χιλιάδες ἐξέτεμον τὸ ξύλον· τριάκοντα χιλιάδες παρεκτόμιζον τὸν λίθον· τρισχίλιοι ἐξάκοστοι ἐπιστάτου ἐν τῷ ἔργῳ· φιλοτιμον χεῖρα τῷ ἱερῷ ἐπέθετείνε, [21] καὶ ἐν τεσσαράκοντα καὶ ἕξ ἔτεσι μόλις ἠδυνήθη κατασκευάσαι τὸ ἔργον· καὶ οὗτος λέγει, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος καταλύσει τὸν τόπον [τούτον]· καὶ οὐ μόνον τούτου, ἀλλὰ καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθνη, ἀπαρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς. Τὸ πανάγιον σάββατον ὑπ' ἐκείνου καταλυθήσεται· λέγει· τὴν ἔνομον περιτομὴν ὑπὸ τοῦ Ναζωραίου ἀνατραπήσεται ἀπεφάνετο· τὰς νεομηνίας ἡμῶν ὡς εὐτελεῖς παραγράφεται· λέγει· τῶν Σκηνοπηγῶν τὴν τέρψιν τὸν ἐκ Μαρίας οὐ διαδέγεσθαι ἃ κηρύττει· τὰς θυσίας ἡμῶν ἀπροσδέκτους παρὰ τῷ Θεῷ εἶναι φαντάζεται· τοὺς βαντισμοὺς καὶ τὰ συνήθη καθάρσια τὴν θανόντα ἀνατρέψαι ἀποφαίνεται. Τίς τοιγαροῦν οὐκ οἶδε τοῦ Ναζωραίου τὸ τέλος; ἢ πότε δὲ θνητὸς τοὺς ζῶντας ἀμύνασθαι δύναται; Ἡσαίας ἐπρήσθη, καὶ οὐδαμῶς τὰς δικὰς εἰσπράττων· Ἰερεμίᾳ· ἐπλήγη, καὶ ἐπεξελθεῖν οὐκ ἠδυνήθη· ὁ Ναβουθὲ λίθοις ἀνήρεθη, καὶ οὐδαμῶς ὁ ἐκδικος τοῦτου· Ζαχαρίας ἐσφάγη, καὶ μένομεν ἕως τῆς δεῦρο ἀνέγκλητοι· καὶ τοῦ Ναζωραίου θανόντος ὑπέρμαχος ἵσταται οὗτος. Ὡς κριτὴν ἡμῖν τὸν νεκρὸν ἐπαπειλεῖται· ὡς δικαστὴν τὸν ἐν τῷ μύθῳ καταγγέλλεται· πλανώμενος. Εἶτα τοῦτων οὕτω ψευδῆ κατηγορούντων, Ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν πάντες οἱ καθεζόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ, βουλομένην ἔμακον κατ' αὐτοῦ ἐκπέμφαντες, ὄρρους ὄρη μεμεστωμένας κατ' αὐτοῦ ἀκοντίσαντες, ἐξ αὐτῆς τῆς θεᾶς βουλόμενοι ἐκπλήξαι τὸν αγωνιστὴν, ἐν τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ τὸ προφητικὸν πληροῦντες λόγιον· Κατωσάει ὁ ἀμαρτωλὸς τὸν δικαίον, καὶ ζητεῖ τοῦ θανατώσαι αὐτόν· Ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν πάντες εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου. Ἡ γὰρ περὶ τὸ μαρτύριον χαρὰ προεκπῆδῶσα τῆς βφωῆς, ἀγγελικᾶς τῆς νεανίας περιέστραπτε χάριτας. Καὶ διὰ τὸ τὸ πρόσωπον ἀγγέλου; ἢ ἵνα πληρωθῆ ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ, ὃν εἶπεν· Ἐν τῇ ἀναστάσει οὗτε γαμοῦσιν, οὗτε γαμοῦσιν· ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὕτως Ἐλαμψαν Μωϋσῆς καὶ Ἥλιος ἐν τῷ ὄρει, ὅτε συνελάθον τῷ Ἰησοῦ, ὡς ἰδόντας τοὺς μαθητὰς πεσεῖν ἐπὶ πρόσωπον· οὕτω μέλλουσιν ἐκλάμπειν πάντες οἱ δικαιοὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς. Εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου. Εἶπε δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, Εἰ ἀρα ταῦτα οὕτως ἔχει; ἢ λόγοι ὑποκρίσεως ἀνάμυστοι ἢ ῥήματα ἱστολισμένα ἐπινοία καὶ φθόνῳ; Εἰ ἀρα ταῦτα οὕτως ἔχει; Ἐτόλμησας β, φησὶν, ὁ ἀνερ, τὸν νομοθέτην ἐνυβρίσαι Μωϋσέα; εἰ ἀρα τῷ Θεῷ ἀνεστράτευσας ἀντίθεον; εἰ κατὰ τοῦ παναγίου ἀνερευθριάστως ἐλάλησας τόπου; εἰ τὸν ἐκ Θεοῦ δοθέντα νόμον ἀκυρον εἶναι ἐφάντασθη; εἰ τὸν Ναζωραῖον ἐναλλάττει τὰ Μωϋσαῖος ἐνόμισας; Μεγάλων κακῶν ἑαυτοῦ πρόξενος ἐγένου. Εἶτα πρὸς ταῦτα ὁ πρωτόμαρτυς· Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε. Ἐχέτω, φησὶ, πᾶσα τῶς ἡλικίας τὴν προσήκουσαν ἐκάστῳ τιμῆ. Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε. Ἀκούσατε, οὐ λέγω, Πείσθητε· τὸ γὰρ ἄπιστον τῆς ὑμετέρας ἐπισταμῆ γνώμης· ἀλλ' Ἀκούσατε. Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ὡρμητὸν τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραάμ ἐν τῷ Μεσοποταμίᾳ. Οὐκ ἐν τῇ Ἰερουσαλὴμ, οὐκ ἐν τῷ περιδοθῆναι ναῷ, ἀλλ' Ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ὅπου κατείδωλος ὀπήρχεν ὁ χυρὸς, ἐνθα ἀθέους ἡ πατρὶς συνεπλήετο· ἐν τῇ Μεσοπο-

<sup>a</sup> Morel. οὐ διαδέγεσθαι. In Reg. et Savil. οὐ δεστ. b Reg. οὕτως ἔχει. Μεγάλων, φησὶ, κακῶν ἀμια τὰ ὑπο τούτων λεγόμενα· εἶτα θανάτου τὰ ὑπο τούτων νυγὶ κηρυττόμενα. Εἰ ἀρα ταῦτα οὕτως ἔχει, ἐτόλμησας.

ταμίᾳ, ὅπου ζῶνοισ ἀνεπέμπετο σέβας, ὅπου εὐλοῖαι καὶ λίθοι τὸ πανάγιον ἐνετίθεισαν ὄνομα, ἐκεῖ αὐτῷ ὡρμητῷ. Ἦσει γὰρ ὅτι ἐν ἀκάνθασι γίνεται ῥόδον, καὶ μέσον ζιζανίων εὐγενῆς ἀνατελεῖ σίτος· ὡςπερ ὁ πολυάθλος Ἰωβ ἐν τῇ ἀσώτῳ χώρα τῇ Αὐσίτιδι ὡς ῥόδον ἐν ἀκάνθασι ὡρμητῷ, καὶ ὡς κρῖνον ἐν τριβόλοις, καὶ ὡς φωστὴρ ἐν τῷ σκότει τῆς ἀγνοίας ἔλαμπε ταῖς ἀρεταῖς, καὶ ὡς πύργος ἐν καταστροφῇ ἦν πάσις ταῖς ἀνω δυνάμεσιν εὐδολος, ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν τὰ κατορθώματα ἐπαύξων, ἀπὸ βάθους εἰς ὕψος τῆς δικαιοσύνης τοὺς καρποὺς ἐκπέμπων· ὅθεν ὄσφραυνθεῖς αὐτῶν ὁ Θεὸς τὸν καρπὸν, [22] ὡς καὶ τοῦ Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν (Ὁσφρανθῆ γὰρ Κύριος ὄσμην εὐωδίας), ἐμαρτύρησεν τῷ ἰδίῳ θεράποντι· Ἰδοὺ ἄνθρωπος δίκαιος, ἀληθινός, θεοσεβής, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ, πρὸ τοῦ νόμου τὰ τοῦ νόμου πληρῶν· ἔχων γὰρ τὸν ἐμφυτον νόμον, οὐκ ἐδεήθη τοῦ γραπτοῦ· γινωσκὰ γὰρ τῷ Θεῷ ἀπ' αἰῶνος· πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. Εἶτα λέγει πρὸς τὸν Ἀβραάμ· Ἐξελεθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. Ἐξελεθε ἐκ τῆς γῆς σου. Τί, φησὶ, πολυθέος χώρα τὸν τῶν ἔθνων περιέχει πατέρα; τί κατείδωλος πατρὶς περιέχει τὸν προπάτορα τοῦ ἔθνους; Ἐξελεθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου. Δυσχερῆ, ὡς ἐν ἀνθρώποις, τὰ προσταττόμενα τῷ πατριάρχῃ. Κατάλιπε, φησὶ, πατρίδα, ἀφες ὄλον τὸ γένος, ἀπόστασαι τῇ γῇ ἐν ἣ ἐγεννήθης, χωρήσθητι πατρός καὶ τεκούσης. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων τὸν πατριάρχῃν παρεσάλευσεν ὁ οὐκ ἐλογίστο καθ' ἑαυτὸν, οἷά γὰρ θνητῶς, Ἄθλητά μοι, φησὶν, ὁ φθελῶ; ὑπὶσχεῖται· ἀδέβια ἐπαγγέλλεται οὗτος. Κατάλιπν τὸν τῶν ἐν χερσὶ, καὶ τὰ ἀόρατα μεταδιδῶν; ἀφῶν τὰ ἐν ποσὶ, καὶ τὰ ἀδελια ποθήσω; Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ὁ πατὴρ τῶν ἔθνων ἐλογίστο· ἀλλὰ προσετάγη, καὶ τῷ χωρισμῷ συνετίθετο· ἐντολὰς ἐλάμβανε, καὶ τὰ ἀδελια ζητεῖν ἐπέσποθε. Πίστις γὰρ αὐτῷ τούτων ἀνέκατε τὸν ἔρωτα. Τὰ γὰρ ἐπαγγελόμενα τελείως κατανοήσας, πλέον πρὸς τὴν ἐξοδὸν τῆς πατρίδος ἐσπούδαζεν. Ἐξελεθε γὰρ, φησὶν, ἐκ τῆς γῆς σου. Ἐκ τῶν μηρῶν σου μελλῶν, ἐκ σοῦ κατὰ σάρκα γεννησάθαι. Οὐδὲν σοι τοιγαροῦν ὑπισχοῦμαι· ἀρκεῖ σοι γὰρ μόνον, ἵνα πατὴρ μου χρηματισῆς. Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Εἶτα τὰ κατὰ τὸν Ἀβραάμ διηγησάμενος, ὅτι μιᾷ φωνῇ Θεοῦ ὑπήκουσε καλοῦντος, ὅτι προεῖπε τὴν τοῦ σπέρματος αὐτοῦ δουλείαν, καὶ ὅτι τετρακοσιοστὸν ἐν Αἰγύπτῳ δουλεύσουσιν ἔτος, καὶ ὅτι τῇ δεξιά τοῦ Θεοῦ λυτρωθῶσι τῆς ἀνάγκης, καὶ ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ περιτομῆς διαθήκην, λέγει· λοιπὸν τὸν τοῦ Ἰσαὰκ παράδοξον τόκον, καὶ ὅτι τῇ ὀγδόῃ αὐτὸν περιέτεμε, καθὼς προσετάγη. Ἐτι λέγει καὶ τὸν τοῦ Ἰακώβ ἐκ τοῦ Ἰσαὰκ γένεσιν, καὶ ὅτι ὁ Ἰακώβ δώδεκα πατριαρχῶν πατὴρ ἀνεδείχθη. Λέγει καὶ τὸν φθόνον πρὸς τοῦ Ἰωσήφ τῶν συγγενῶν, καὶ τὴν πρᾶσιν αὐτοῦ τὴν ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὅτι εὖρε χάριν καὶ σοφίαν παρὰ τῷ βασιλεῖ τῆς Αἰγύπτου, καὶ ὅτι μετὰ τὴν δουλείαν κύριος καὶ σοφὸς ἀνεδείχθη. Λέγει καὶ, ὅτι λιμὸς καθ' ὅλου, ὡς εἶπεν, ἀνεδείχθη τὸ κῆρυον, καὶ ὅτι Χαναὰν τῇ ἀπορίᾳ τῶν βρωμάτων τὰ οἰκεία φιλτάτα προσείδου, καὶ ὅτι ἐν δόξῃ ἐνεφάνισεν ἑαυτὸν Ἰωσήφ τοῖς ἰδίοις συγγενεῖς, καὶ ὅτι μετεκαλέσαστο Ἰωσήφ ἐν Αἰγύπτῳ Ἰακώβ τὸν πατριάρχῃν, καὶ ὅτι ἐν ἐβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς ὁ Ἰακώβ ἐκείσε κατὰ ἧλθε, καὶ ὅτι ἐπληθύνθη Ἰσραὴλ εἰς ἄμετρον ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὅτι ἔτερος ἀνέστη βασιλεὺς, τὸν Ἰωσήφ ἀγνοήσας, καὶ ὅτι κατασφισάμενος τὸ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκάκωσεν ἔθνος, καὶ ὅτι τὰ ἄρβρα βρέφη ἐκδοτα παρέπεμπε τῷ Νεφθι ποταμῷ. Λέγει δὲ καὶ τὴν γένεσιν Μωϋσέως τοῦ νομοθέτου, καὶ ὅτι παρὰ τῶν γονέων ἐν τῇ θήκῃ ἐβρίθη, καὶ ὅτι ἀνέλιετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ τοῦ βασιλέως, καὶ ὅτι πάσῃ τῇ τῶν Αἰγυπτίων ἐπαιδεύθη σοφίᾳ, καὶ ὅτι δυνατὸς ἐν λόγοις ἐδείχθη καὶ ἔργοις, καὶ ὅτι μετὰ τὸ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἀνήλθεν εἰς ἐπίσχεψιν τοῦ ἔθνους, καὶ ὅτι εἶδεν Ἰσραηλίτην ἀδικούμενον, καὶ ἡμύνατο τὸν Αἰγύπτιον, καὶ ὅτι μαχομένους Ἰσραηλίταις συνεδούλευσε φιλιᾶσαι, καὶ ὅτι ὑβρίσθη παρὰ ὁμοιοῦς, ὡς ἐργασάμενος φθόνον, καὶ ὅτι ἐφωγεν ἐγὼ γῆν Μαδιὰν διὰ τούτων τὸν λόγον, καὶ ὅτι ἐκεῖ δύο υἱῶν πατὴρ ἀνεδείχθη, καὶ ὅτι ἀγγελος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ ὡρμητῷ, καὶ ὅτι εἶδε πυρὸς καὶ βάτου ἄμαχον φιλῶν,

<sup>e</sup> Savil. conj. αὐτοῦ. <sup>d</sup> Sic Reg. Editi περιεσάλευσεν.

reformidavit, sed blasphemiam in locum legemque jactavit.

3. Ac verborum ejus specimen istud cognoscite. *Audivimus enim eum dicentem, quoniam Jesus Nazareus destruet locum istum, et mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses (Act. 6. 14).* Mortuum nobis Herum comminatur, defunctum Dominum nobis denuntiat. Jesus Nazareus resurget, ac locum istum destruet. Spectris delusus est hic adolescens: celebris templi amœnitatem ignorat: latent eum labores eorum quæ in ipso perfecta sunt. Hanc domum sapientia Salomonis descripsit: caelestem gratiam auxiliatricem habuit sapiens: multas difficultates in hujus operis constructione toleravit: atque octoginta quidem millia lapides in monte cædebant, septuaginta vero millia ligna scindebant, triginta millia lapides atrahebant, ter mille sexcenti operi præsidebant: liberalem et magnificam in templum manum extendit, ac vix quadraginta et sex annorum spatio potuit opus perficere; et hic dicit fore ut Jesus Nazareus locum destruat: neque hoc tantum, sed etiam ut mutet traditiones quas tradidit nobis Moses. Fore ait ut sanctissimum ab illo sabbatum destruat: circumcisionem legis eversum iri a Nazareno pronuntiat: neomenias nostras ut viles rejiciendas affirmat: jucunditatem festi tabernaculorum Mariæ filium non admittere prædicat: minime accepta Deo sacrificia nostra esse conlingit: aspersiones et solitas purgationes mortuum evertisse declarat. Quis porro exitum Nazareni non novit? Ecquando autem mortuus viventes potest ulcisci? Isaias sectus est, nec uspiam qui exigeret pœnas, comparuit: Jeremias suffocatus est, et se non potuit vindicare: lapidibus e medio sublatus est Nabuthes, nec uspiam ultor istius exoritur. Zacharias maectus est, et ad hunc usque diem impuniti permanemus; et Nazareni defuncti vindex iste consurgit. Mortuum nobis tanquam judicem comminatur: tanquam disceptatorem eum, qui sepulcro conditus est, seductor annuntiat. Postea vero cum isti sic falsas accusationes proferrent, intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio, truculentos in eum oculos defigentes, ira repleta supercilia in eum vibrantes, ipso aspectu perterrefacere athletam conantes, in improbitate sua propheticum oraculum adimplentes: *Considerat peccator justum, et querit mortificare eum (Psal. 36. 32). Intuentes in eum omnes, viderunt faciem ejus tanquam faciem angeli (Act. 6. 15).* Gaudium quippe martyrii subeundi ante ex ore prosiliens, effliciebat ut angelicæ gratiæ ex adolescente splendor emicaret. Quare vero faciem angeli? Ut adimpleretur sermo Christi quem dixerat: *In resurrectione neque ducunt uxores, neque nubunt, sed sunt sicut angeli in cælis (Math. 22. 30).* Ita refulserunt Moyses et Elias, dum in monte cum Jesu loquerentur, sic ut discipuli, cum eos vidissent, in faciem ceciderint (*Math. 17. 6*): ita futurum est ut justi omnes in regno Patris effulgeant (*Id. 13. 43*). *Viderunt faciem ejus sicut faciem angeli (Act. 6. 15).* Dixit autem princeps sacerdotum: *Si hæc ita se habent (Act. 7. 1)?* O plenum hypocrisis sermonem! o verba fraude invitiæque velata! *Si hæc ita se habent?* Ausus es, inquit, o homo, ignominia legislatorem Moysen afficere? num alium quemdam deum Deo tanquam in acie opposuisti? num adversus locum sanctissimum es impudenter loquutus? num ex Deo datam legem irritam esse imaginatus es? num ea quæ Moysis sunt, Nazarenum immutatum consensisti? Magnorum tibi malorum auctor es factus. Tum ad hæc protomartyr: *Viri fratres et patres, audite (Ibid. v. 2).* Omni ætati interim, inquit, honor cuique conveniens deferatur. *Viri fratres et patres, audite. Audite, non dico Credite: novi siquidem vestræ mentis incredulitatem; sed, Audite. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham cum esset in Mesopotamia.* Non in Jerusalem, non in illo celebri templo, sed, *In Mesopotamia, ubi deditus idololatriæ locus erat, ubi regio impiorum cæcibus opprimebatur; in Mesopotamia, ubi sculptilibus cultus*

2. Huic puro meretricis proposito auxiliata est fides, acceditque ad unguentorum venditorem, atque ita sermonem apud illum instituit. Quandoquidem magnus mihi amicus præ omnibus filiis hominum advenit, si eximium habes aliquod unguentum, da mihi, ut digne offeram illi, qui merito suo a me diligitur, qui mihi cor et renes igne quodam novo ussit. Ne tibi sit curæ pretium, etiamsi me opus sit corpore et ossibus satisfacere, parata sum, possum emere, ac dare, ut vel exiguum quid habeam, quod illi offeram, qui me ita mundare vult. Ille autem videns ardorem fidei, animique propositum, ait ipsi : Dic mihi, quæso, quisnam ille sit quem amas, qui adeo suo te amore inflammavit? quid hujus unguenti gratia te ab illo impetraturam existimas? Tum illa respondit : Quid tu dicas, mi homo, nescis; non nosti quæ loqueris. Mihi quidem ille munus dare potest unguenti loco, cujus pretium nullo unquam dono æquari potest. Ne celum quidem ipsam, neque terra, neque ullus eorum, qui mundum incolunt, cum eo conferendus est, qui ad me venit. Quam ut quidem vilem intueris, at ille, utpote benignus, dignam existimans, a peccatis liberavit. Hic filius est David secundum carnem; propterea et formosus est : nam de ipso dixit : *Speciosus forma præ filiis hominum* (Psal. 44. 3). Hic Filius est Dei, et eum non vidi, sed de eo cum audissem, amore vulnerata sum. Davidem cum amaret Melchol, filia Saül, regiam dereliquit, et eum egenam sequuta est (1. Reg. 18). Ego vero divitias meas vendo, licet perperam eas congregaverim : et emi unguentum, atque ad Davidis nepotem mea causa egenum factum accurro. Cumque accepisset fidelis meretrix unguentum, prinde quasi vocata esset, ad aedes Pharisei properavit. Ac Phariseus quidem cum meretricem videret Jesu pedes tenentem, eosque un-

gentem, totamque domum unguenti odore repletam, sic apud se ratiocinabatur, dicebatque : *Hic si esset propheta, sciret utique, quæ et qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est* (Luc. 7. 39). Et mulieris confidentiam vituperabat, ut quæ impudenter accessisset, eumque tetigisset : et Dominum ipsum reprehendebat, ut qui inconsiderate omnes ad se accedentes exciperet. Ignorantiam igitur ejus condemnans apud se dicebat : Quid hoc rei est? illum ego tamquam ex prophetis unum ad prandium vocavi : et hanc, quam omnes, qui urbem incolunt, noverunt, quam quisque perspectam habet, iste non novit. Si propheta esset, sciret quænam hæc mulier sit. Christus autem, qui scrutatur corda et renes, cogitationes Pharisei videbat. In varias partes agitatis ejus considerationibus, fit intus tranquillitas Christus, atque ipsi : *Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait : Magister, dic* (Ibid. v. 40). Ait ipsi : Dignum tibi reprehensione visum est, quod hanc peccatricem non sim aversatus, sed exceperim : dignum tibi reprehensione visum est quod non abegerim, sed justificarim : reprehendendum videtur quod non iratus fuerim, sed placatus : reprehendendum videtur, quod eam, quæ ob peccata sua fugere volebat, revocarim : cum deberes potius gratulari lapso, et mox resurgenti, dolorem inurunt tibi aliorum bona. Verumtamen non est rationi consentanea reprehensio tua : confer hoc cum eo quod tibi narraturus sum. *Duo debitores erant cuidam feneratori : unus debebat denarios quingentos, et alius quinqueingenta* (Ibid. v. 41)! Cum vero egestat: premerentur, ambobus chirographa sua ultro reddidit fenerator. Quis ergo illorum plus diligere debet? Ille autem ait : *Æstimo quia is, cui plus donavit*. Ait ipsi : *Recte judicasti*. Deinde *Conversus ad mulierem, ait Simoni : Vides hanc mulierem* (Ibid. v. 43 sqq.), de qua tu spem omnem abjeceras? tu meos lavare pedes non es dignatus; hæc autem lacrymis pedes meos rigavit : osculum mihi caritatis non cædisti; hæc autem non cessavit osculari pedes meos : oleo caput meum non unxit; hæc autem unguento unxit pedes meos. Verum discæ, o Pharisee, quis sit fenerator, et qui debitorum. Ego sum fenerator duorum, tui et illius; nec vestri solum, sed et omnium mortalium. Ego omnibus largitus sum gratis, quæ a me acceperunt, animam, spiritum, corpus, sensum, cognitionem, motum. Creditorem itaque a te repentem in so idum, quæ accepisti, si non habeas, unde reddas, ora ut debitum tibi donet : quod si neque reddere possis, neque orares digneris, ut tibi donetur, licet non erubescas, dum garrulus es, et contendis; tace ut hæc meretrix, quæ multa esse videns debita sua, dixit apud se : Quid dicam, aut quid respondebo? si dicere velim, Non debeo, scit ipse me debere, et a quo tempore referendis rationibus sim obnoxia. Itaque cum probe sciret, eum omnia nosse, nullumque ex iis sceleribus, quæ in se admiserat, eum latere, silentio processit lacrymans, et in corde suo omnia debita confessa, Deum placatum reddidit. Tace igitur et tu, Pharisee, ut tibi debitum Dominus condonet. Noli tu, cum reus sis, condemnatum jam condemnare : noli tu, cum vilis sis, vilem vilipendere. Quiesce; neque enim aut tuis aut illius rebus indigeo, sed ambobus ut remitterem debitum veni. Ego enim sum ille humanus fenerator duorum, neque tantum vobis, sed et omnibus, qui solvendo non fuerint, dummodo fateantur debitum, et postulent per poenitentiam, ut sibi remittam, donemque chirographum. Si quis ergo a se alienum contraxerit, accedat ad gratiam baptismi, et per eam a debito liberabitur. Abite ergo, ecce a debitis soluti estis, ab omni obligatione liberati per gratiam estis, ne vos, primo jam rescisso, alio rursus chirographo obnoxios reddatis. Verum, Domine dominator Jesu Christe, tuamquidem ea quæ debeo tibi, unde reddam, neque habeo neque possum reddere, meis siquidem multis sceleribus tuam sortem cum fœnore absumpsi : ne quæso a me repetas, quæ mihi dedisti, animæ sortem et corporis fœnus : quin po-

tius pro tua humanitate leva me pondere debitorum meorum, mihi que dic, ut meretrici : Dimittuntur tibi peccata multa ( *Luc. 7. 47*). Tu enim solus es sine peccato, bonus, et benignus, et peccata condonans :

teque decet omnis gloria, honor, et adoratio, cum Patre tuo, qui principio caret, et omnino sancto, bono, et vivifico Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

## MONITUM

[53] De hac homilia hæc habet Savilius Tom. VIII, in notis, pag. 867 : *In hac homilia nihil est Chrysostomæ dignum præter epilogum, qui totus fere sumptus est ex trigesima prima Chrysostomi homilia in Joannem. Codex Oxoniensis, Cæsareus, et Ducæi Romanus inter se consentiunt. Medicus plenior, sed illorum brevitatis magis placet. Hæc scite observata sunt. Medicee lectiones nimias non attulit Savilius; et bene quidem neglexit :*

IN SAMARITANAM, ET IN ILLUD, VENIT JESUS IN CIVITATEM SAMARIÆ, QUÆ DICITUR SYCHAR  
(*Joan. 4. 5*) (a).

4. Samaritanæ certamina Christus nobis hodie promulgavit : et inopem orationem nostram oportet ejus recte factorum pelagus trajicere. Fidem enim ejus intueor, et statui laudationem ejus in medium afferre, ac vobiscum encomiis celebrare mendicam illam et opulentam; meretricem illam et apostolam; luxuriosam et fidelem; multis nuptiis junctam, et multis viribus præditam; eam quæ multos corrumpit, et quæ unigenitum Dei Verbum obsequiis demeruit; quæ inquinata fuit, et purgata; quæ sitiēbat, aquasque vivas desiderabat, et cælestium fluentium gratiam consequuta est. Quid enim ait Joannes evangelista, qui mysteria ineffabilia intonuit? *Venit Jesus in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, juxta prædium quod dedit Jacob Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus : Da mihi bibere. Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent* (*Joan. 4. 5-8*). *Jesus ergo fatigatus ex itinere. Cur igitur Isaias propheta dicit : Deus magnus non esuriat, neque sitiet, neque fatigabitur, Nec est inventio prudentiæ ejus* (*Isai. 40. 28*)? Sed et Matthæus evangelista in Evangelio secundum ipsum de eo scribit : *Et cum jejunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit* (*Matth. 4. 2*). Similiter autem et Joannes evangelista, sicut audiebas paulo ante, dicit : *Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Atque ille quidem esuriisse Dominus ait, hic vero fatigatum etiam eum fuisse. At Isaias propheta declarat ex Spiritu sancto loquens : Deus magnus non esuriat, neque sitiet, neque fatigabitur, Nec est inventio prudentiæ ejus. Quo pacto potest apud istos consensus Evangeliorum et prophetiæ conservari? Verumtamen neque propheta mentitus est; absit : neque apostoli aliena a Spiritu sancto et a prophetia scripserunt; sed quoniam Salvatoris nostri magni Dei dispensatio geninam quandam et inusitatam habuit connexionem, ex divinitate, inquam, et humanitate, secundum ejus beneplacitum ac voluntatem : idcirco propheta quidem divinitatis potentiam et amplitudinem prædicat; apostoli vero et evangelistæ veram corporis dispensationem exponunt. *Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus : Da mihi bibere. Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana : Quomodo tu, Judæus cum sis, bibere a**

*me possis, quæ sum mulier Samaritana? Operæ pretium igitur est, dilectissimi, ut perquiramus, qua de causa et locum, et horam, et absentiam discipulorum indicavit : locum, *Sedebat juxta fontem* : horam, *Hora erat quasi sexta* : discipulorum absentiam, *Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent*. Cur igitur locum dixit? Ego docebo. In spiritali venatione versabatur, cujus causa in locum illum se contulerat, unde poterat prædam referre. Non vides quid faciant piscatores? Neque enim omnia maris loca percurrunt, sed ad certum locum abeunt, in quo latitare pisces noverunt. Sunt enim multa in mari loca, quæ plus cæteris pisces alunt. Ita nimirum et Dominus noster Jesus Christus, juxta prophetiam magnus Deus, noverat ut Deus, inde se posse prædam reportare, mulierem scilicet Samaritanam. Ut igitur dicebam, piscatores ea loca insident, unde sperant piscem se posse venari : sic etiam Christus in eum venit locum, unde poterat Samaritanam venari, et per ipsam ingentem hominum capturam parare. Ecce loci causam indicavi. Cur autem horam quoque dixit? Ait enim, *Fatigatus Jesus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta*. Audi ergo, carissime, de hora quoque. Egena quæpiam erat hæc Samaritana, quæ sibi manuum labore semper victum quærebat, egena, inquam, et corpore et pecuniis, at non ita religione atque animæ pietate. Sic igitur expergefata currebat ad telam propter opificium, unde et victum sibi comparabat. Hora vero sexta, quo tempore quieti a labore vacabant omnes, tum illa, cum hydrium arripisset, aquam advehebat. Noverat ergo, qui sciebat omnia, Dominus, quam horam cæteri captandæ quieti dabant, illa solere istam advehendæ aquæ vacare, propterea sexta hora Dominus abiit : quippe qui noverat eam ad aquam advehendam profectam, et sequē spiritualement hanc prædam posse venari. Quare vero discipulos suos ablegavit Dominus? *Discipuli enim ejus*, inquit Evangelium, *abierant in civitatem, ut cibos emerent*. Mulier illa pauperula quædam erat misera, ut jam antea declaravimus, neque potuisset multorum satellitum numerum contueri. Quod si Magistri dignitatem vidisset, ac discipulorum comitatum, Magistrum, discipulos, turbam, ordinem, dignitatem, speciem, splendorem, subito fortassis aufugisset, ac præda periisset : accedere ausa non esset, piscis ex retibus evasisset, neque sagena captus fuisset, imo resiliisset : propterea discipulos in civitatem ablegavit. Abeuntes enim, inquit, emite cibos : vos abeuntes emite, ego aliud prandium habeo. *Meus enim cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, et perficiam opus ejus* (*Joan. 4. 31*) : vos carnalia, et ego*

(a) Collata cum quatuor Regiis Codicibus.

ἐαυτοῖς ἐπεισενέγκητε, τοῦ πρώτου ἀπαξ σγιασθέντος. Ἄλλὰ, Κύριε Δέσποτα, Ἰησοῦ Χριστῆ, ἐπειδὴ ἀποδοῦναί σοι ἂν χρεωστῶ, οὐκ ἔχω, οὐδὲ ἰσχύω (ἀπὸ γὰρ τῶν πολλῶν ἀνομιῶν μου καὶ τὸ κεφάλαιόν σὺν τόκῳ κακῶς ἀνήλωσα), μὴ ἀπαιτήσης με, ἂν παρέσχες μοι, τῆς ψυχῆς τὸ κεφάλαιον, καὶ τῆς σαρκὸς τὸν τόκον· ἀλλὰ κούφισόν με τοῦ βάρους τῶν χρεῶν μου, ὡς φιλόνητος, καὶ

εἰπέ κάμωι ὡς τῇ πόρνῃ· Ἀφώνται σου αἱ πολλαὶ ἀμαρτίαι. Σὺ γὰρ εἶ μόνος ἀναμάρτητος καὶ ἀγαθὸς καὶ φιλόνητος, καὶ συγγωρῶν ἀμαρτίας· καὶ σοὶ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάργῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

## AD HOMILIAM DE SAMARITANA.

neque enim tantam accuratationem meretur inflicto opusculum. Sicque nos Regii cujusdam Codicis lectiones misimus, cujus librarius multum excurrerat, et inutilia multa adjiciebat. Epilogum ex Chrysostomi Homilia trigesima prima in Joannem desumptum suo loco annotamus.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

*Εἰς τὴν Σαμαρείτιν, καὶ εἰς τὸ, « Ἐρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, λεγομένην Συχάρ. »*

α'. Σήμερον ἡμεῖν ὁ Χριστὸς τοὺς ἄθλους τῆς Σαμαρείτιδος ἀνεκρήρυξεν· καὶ χρῆ τὸν πτωχὸν λόγον εἰς τὸ πέλταρος τῶν αὐτῆς κατορθωμάτων διαπλευσαί. Ὁρῶ γὰρ αὐτῆς τὴν πίστιν, καὶ τὸν ἐγκωμιαστικὸν αὐτῆς λόγον ἐξεῖπειν βούλομαι, καὶ μεθ' ὑμῶν ἐπαινέσαι τὴν πτωχὴν καὶ πλουσίαν, τὴν πόρνην καὶ ἀπόστολον, τὴν ἄσωτον καὶ πιστήν, τὴν πολύγαμον καὶ πολυδύναμον, τὴν πολλοὺς μίανασαν, καὶ τὸν μονογενῆ Λόγον τοῦ Θεοῦ θεραπεύσασαν, τὴν μιανθεῖσαν, καὶ καθαρῶςθεῖσαν, τὴν διψήσαν, καὶ ὑδάτων ζώντων ἐπιθυμήσαν, καὶ τῶν ἐπουρανίων ναμάτων τὴν χάριν κληρονομήσασαν. Τί γὰρ φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, ὃ τὰ ἄρρητα βροντήσας μυστήρια; « Ἐρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, λεγομένην Συχάρ, πλησίον τοῦ χωρίου, ὃ ἔδωκεν Ἰακώβ Ἰωσήφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. Ἦν γὰρ ἐκεῖ πηγή τοῦ Ἰακώβ. Ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακῶς ἐκ τῆς ὁδοπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. Ὁρα ἦν ὡσεὶ ἔκτη. Ἐρχεται ἡ γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας, ἀνελθούσα ἕδωρ. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Δός μοι πιεῖν. Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι. — Ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακῶς. Τί οὖν Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγει· Ὁ Θεὸς ὁ μέγας οὐ πεινάσει, οὐδὲ μὴ διψήσει, οὐδὲ μὴ κοπιήσει. Οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ; Ἄλλὰ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ γράφει· Καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὑστερον ἐπεινασεν. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, καθὼς ἀκριβῶς ἔδοξα, λέγει· Ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακῶς ἐκ τῆς ὁδοπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. Ὁρα ἦν ὡσεὶ ἔκτη. Καὶ ὁ μὲν λέγει, ὅτι ἐπεινασεν· ὁ δὲ ὅτι καὶ ἐκοπίασεν. Ὁ δὲ προφήτης δηλοῖ Ἡσαΐας Πνεύματι ἀγίῳ φθειγγόμενος· Ὁ Θεὸς ὁ μέγας οὐ πεινάσει, οὐδὲ μὴ διψήσει, οὐδὲ μὴ κοπιήσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. Καὶ πῶς δύναται παρὰ τούτοις ἡ ὁμοφωνία διασώζεσθαι τῶν τε Εὐαγγελίων καὶ τῆς προφητείας; Πλὴν οὐτε ὁ προφήτης ἐψέωσατο· μὴ γένοιτο· οὔτε οἱ ἀπόστολοι ἀλλότρια τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔγραψαν καὶ τῆς προφητείας· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τοῦ Σωτήρος ἡμῶν τοῦ μεγάλου Θεοῦ οἰκονομία διπλὴν τινα καὶ παράδοξον [54] εἶχε συμπλοκὴν, ἐκ θεότητος λέγω καὶ ἀνθρώπιότητος, κατὰ τὴν αὐτοῦ εὐδοκίαν καὶ βούλησιν, διὰ τοῦτο ὁ μὲν προφήτης τῆς διδότητος τὴν δύναμιν ἐξαγγέλλει καὶ τὴν μεγαλειότητα· οἱ δὲ ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ τὴν τοῦ σώματος οἰκονομίαν ἀληθῆ διαγορεύουσιν. Ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακῶς ἐκ τῆς ὁδοπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. Ὁρα ἦν ὡσεὶ ἔκτη. Ἐρχεται ἡ γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀνελθούσα ἕδωρ. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Δός μοι πιεῖν. Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι. Λέγει οὖν αὐτῇ ἡ γυνὴ ἢ Ἰησοῦς ἢ Σαμαρείτις· Πῶς σὺ, Ἰουδαῖος ὢν, παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς, οὐσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; Ἀναγκαῖον

οὖν ἔστιν, ἀγαπητοί, ἐπιζητήσαι, διὰ τι καὶ τὸν τόπον ἐσημάν, καὶ τὴν ὥραν, καὶ τὴν τῶν μαθητῶν ἀπόλειψιν· τὸν τόπον, Ἐκαθέζετο παρὰ τῇ πηγῇ· τὴν ὥραν, Ὁρα ἦν ὡσεὶ ἔκτη· τῶν μαθητῶν τὴν ἐξέλειψιν, Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι. Τίνος οὖν ἔνεκεν τὸν τόπον ἐλεγει; Ἐγὼ λέγω. Θῆραν εἶχε πνευματικὴν, δι' ἣν καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν τόπον, ἐξ οὗ εἶχε τὴν θῆραν ἐλκύσαι. Οὐχ ὅραξ, ὅπως ποιοῦσιν οἱ ἄλεις; ὅτι οὐ πάντα τόπον διατρέχουσι τῆς θαλάσσης, ἀλλ' εἰς τόπον φανερόν, ἔνθα ἂν γινώσκωσι τοὺς ἰχθύας ἐνεδρεύοντας; Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ τόποι κατὰ θάλασσαν μέλλον τῶν ἄλλων τοὺς ἰχθύας διατρέφοντες. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ μέγας Θεὸς κατὰ τὴν προφητείαν, ἦδει ὡς Θεός, ὅτι ἐκεῖθεν ἠδύνατο λαβεῖν τὴν θῆραν, τούτεστι τὴν γυναῖκα τὴν Σαμαρείτιν. Ὅσπερ οὖν εἶπον, οἱ ἄλεις τοὺς τόποις ἐκείνοις ἐνεδρεύουσιν, ὅθεν καὶ τὸν ἰχθύν ἐλπίζουσι θηρεῦσαι· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν τόπον, ὅθεν τὴν Σαμαρείτιν εἶχε θηρεύσαι, καὶ δι' αὐτῆς μεγάλην ζωρεῖαν ἀνθρώπων ἀπεργάσασθαι. Ἰδοὺ, τοῦ τόπου τὴν αἰτίαν ἐμήνυσα. Διὰ τί δὲ καὶ τὴν ὥραν εἶπε; Φησὶ γὰρ· Ὁ Ἰησοῦς κεκοπιακῶς ἐκ τῆς ὁδοπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. Ὁρα ἦν ὡσεὶ ἔκτη. Ἄκουε τοίνυν, ἀγαπητέ, καὶ περὶ τῆς ὥρας. Πτωχὴ τις ἦν ἡ Σαμαρείτις διὰ παντός ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῆς τροφομένη, πτωχὴ δὲ καὶ τῷ σώματι καὶ τοῖς ῥήμμασι, ἀλλ' οὐ τῇ τῆς ψυχῆς εὐσεβείᾳ. Οὕτως οὖν ἐγειρομένη ἐπὶ τὸν ἴσθον διέτρεχε διὰ τὴν ἐργασίαν, ὅθεν καὶ τὴν τροφὴν ἐπραγματεύετο. Ἄλλ' ἐν ὥρᾳ ἔκτη, ὅθεν πάντες πρὸς ἀνάπαυσιν ἠσυχολοῦντο, τότε ἐκείνη τὴν ὕδριαν λαμβάνουσα, τὸ ὕδωρ ἐγέμιζεν ὅτι. Ἦδει οὖν ὅτι πάντα ἐπιστάμενος Κύριος, ὅτι τὴν ὥραν, ἦν πάντες πρὸς ἀνάπαυσιν εἶχον, ἐκείνη πρὸς τὸ κομίζειν τὸ ὕδωρ ἐαυτὴν ἀψηχόλει. Καὶ διὰ τοῦτο ὥραν ἔκτην ἀπῆλθεν ὁ Κύριος, ὅτε ἐγίνωσκεν, ὅτι ἀπέρχεται κομίσαι τὸ ὕδωρ, καὶ δύναται θηρεῦσαι τὴν πνευματικὴν ταύτην θῆραν. Καὶ τίνος ἔνεκεν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ὁ Κύριος ἀπεπέμψατο; Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ, φησὶ τὸ Εὐαγγέλιον, ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι. Ἡ γυνὴ πτωχὴ τις ἦν ἐλεεινῆ, ὡς ἦδη φθάσαντες ἐδηλώσαμεν, μὴ ἰσχύουσα πρὸς δουροφρίαν πολλῶν ἀντιβέβηαι. Καὶ εἰ ἐθέασατο ἀξίωμα διδασκαλίου, καὶ μαθητῶν περιβολῆν, τὸν διδάσκαλον, τοὺς διδασκόμενους, τὸν θῆλον, τὴν τάξιν, τὸ ἀξίωμα, τὸ σχῆμα, τὸ ἐπίσημον, εἶχεν ἂν εὐθὺς ἀποφυγεῖν, καὶ ἀπώλετο ἢ θιγεί· οὐκ ἐτόλμα προσελθῆναι, καὶ ὁ ἰχθύς ἀπὸ τῶν διχτύων ἐξέφυγε, καὶ οὐκ ἐσαγαγνέετο, ἀλλ' ἀπεπήδη· διὰ τοῦτο ἀπεπέμψατο τοὺς μαθητὰς εἰς τὴν πόλιν. Ἀπελθόντες γὰρ, φησὶν, ἀγοράσατε βρώματα· ὑμεῖς ἀπελθόντες ἀγοράσατε, ἐγὼ ἔτερον ἄριστον ἔχω. Ἐμὸν γὰρ βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα ὁ τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον· ὑμεῖς τὰ σαρκικά, ἐγὼ τὰ πνευματικά· ὑμεῖς ἀγοράσατε, ἐγὼ γὰρ ἐξηγόρασα. Χριστὸς ἡμῶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς

\* Καὶ τὴν μεγαλειότητα deest in quibusdam et in Savil. Mox Morel. et mss. διαγορεύουσι. Savil. διαγράφουσι.

b Sic Savil. et omnes mss. Morel. vero ἐκομίζεν. c Alii ἰὰ ἔργα.

κατὰρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατὰρα, φησὶ τὸ σκευὸς τῆς ἐκλογῆς, Παῦλος· δι' ὑδάτων βούλομαι θηρεύσαι τὴν πνευματικὴν ταύτην ἀλείψαν. Ἐμαθεὶς διὰ τὴ καὶ ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα, καὶ ἡ τῶν μαθητῶν ἀπόλειψις. Οὐκοῦν ἀναγκαῖον λοιπὸν ἀρξασθαι [55] τῶν ἐξῆς. Ἐρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀνελθῆσαι ὕδωρ. Ἐρχεται ἡ Σαμαρεῖτις ἀνελθῆσαι ὕδωρ ὕραν ἔκτεν, παυσαμένη τοῦ ἰστοῦ, ἐπὶ τὸ ὑδρευσασθαι ὕδωρ τῆ ὥρᾳ τῆς ἀναπαύσεως, καὶ, ὡς πολλάκις εἰρηται, ὥρᾳ ἔκτεν· ἐπειδὴ καὶ ἡ εὐα ὅταν ἐν τῷ παραδείσῳ παρέδρη τὴν ἐντολήν, ὥρα ἦν ὡσεὶ ἔκτεν· καὶ διὰ τοῦτο ἡ Σαμαρεῖτις διεσώθη ἐν τῇ πηγῇ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ἔκτεν. Εἶτα λοιπὸν ἦλθεν ἡ Σαμαρεῖτις ἀνελθῆσαι ὕδωρ, καὶ βλέπει τὸν Ἰησοῦν ὡς τινα ξένον, καὶ μόνον ὡς ὀδοιπόρον ἀποκαυματῆσαι βουλόμενον, καὶ παρὰ τῇ πηγῇ καθεζόμενον. Εἶδεν ἄνδρα καταπεφρονημένον, καὶ οὐδὲ λόγον αὐτοῦ ἐπίησαστο. Ἄλλ' αὐτὸς ὁ τὰ πάντα ἐπιστάμενος Θεός, πρὶν γενέσεως αὐτῶν, θεασάμενος τὸν θησαυρὸν τῆς πίστεως, λέγει αὐτῇ· Δός μοι πιεῖν. Ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς παρὰ τὴν πηγὴν καθεζόμενος πιεῖν ἀπαιτεῖ, οὐ πιεῖν ἄλλ' ἀλλά δούναι βουλόμενος. Δός μοι πιεῖν, ἵνα σοι δώσω ὕδωρ ἀθάρατος πιεῖν. Ἐγὼ γὰρ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀθροῦτων διψῶ· οὐχ ἵνα πῖω, ἀλλ' ἵνα ποτίσω. Ἐμμησάμην τὸν οἰκίον Πατέρα· λέγει γὰρ ὁ Θεὸς πρὸς Ἀβραάμ· Δός μοι τὸν υἱόν σου· ἀνένεγκέ μοι Ἰσαάκ τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητόν, τὸν μονογενῆ, εἰς ὀλοκάρπωσιν ἐπὶ ἐν τῶν ὁρέων, ὧν ἂν σοι δεῖξω. Ἄλλ' οὐ τὸν υἱὸν θέλων λαβεῖν, τοῦτο εἰρηκεν, ἀλλὰ βουλόμενος τὸν ἴδιον Ἰὼν τῇ οἰκουμένῃ χαρίσασθαι.

β'. Φησὶ γὰρ ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Ἰὼν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτόν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχη ζωὴν αἰώνιον. Δός μοι τὸν μονογενῆ, ἵνα χαρίσωμαι τῷ κόσμῳ ἢ τὸν μονογενῆ· θύσον τὸν υἱόν σου, οὐχ ἵνα θύσης, ἀλλ' ἵνα θύσω τὸν Ἰὼν μου τὸν μονογενῆ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας, θυσιάν ζώσαν, εὐάρεστον, ἁγίαν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα· Δός μοι πιεῖν, οὐχ ἵνα πῖω, ἀλλ' ἵνα ποτίσω. Λέγει αὐτῇ ἡ γυνὴ· Πῶς σὺ, Ἰουδαῖος ὢν, παρ' ἡμῶν πιεῖν αἰτεῖς, γυναικὸς Σαμαρεῖτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρεῖταις. Ἀκριθῆς ἡ γυνὴ ἐν τούτοις ἡ πόρνη φιλοτιμεῖται· ἐν τούτοις ἡ πόρνη τῆ φυλακῆν τοῦ νόμου δεικνύσκει. Τοιοῦτον τυγχάνει τὸ τῶν Σαμαρεῖτων γένος· ἐν πορνείαις μαινοῦνται, καὶ ἐν βιπτίσματι καθαρίζεσθαι νομίζουσιν. Πῶς σὺ, Ἰουδαῖος ὢν, παρ' ἡμῶν πιεῖν αἰτεῖς, οὐσης γυναικὸς Σαμαρεῖτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρεῖταις. Τὴν ψυχὴν κηλίδος πληροῦσι, καὶ τὸ σῶμα ἀποσμήνην δοκοῦσιν. Οὕτω καὶ ἡ Σαμαρεῖτις· τὴν ψυχὴν ἐν πορνείαις πεφυρμένην ἔχουσα, περὶ πόσεως ὑδάτων διεκζητεῖ. Τί οὖν ὁ Ἰησοῦς; Οὐκ ἀπεσείαστο αὐτὴν· οὐκ ἔπειν αὐτῇ· Ἐγὼ Θεός εἰμι ἐκ Θεοῦ· ἐγὼ τὸν οὐρανὸν ἔστρεψα, καὶ τὴν γῆν ἐθεμελίωσα· καὶ περὶ ὑδάτων καὶ πόσεως δικάζη μοι, καὶ ταῦτα γυνὴ ταῖς ἀμαρτίας ὁ μημασμένη; ἀλλὰ τί; Εἰ ἤδειξεν τὴν δωρεάν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ἤτησας αὐτόν, καὶ ἔδωκεν ἂν σοι ὕδωρ ζῶν. Εἶδες, πως κατ' ὄλιγον διήγειρεν αὐτῆς τὸν πόθον εἰς ἐπιθυμίαν, εἰπὼν, Εἰ ἤδειξεν τὴν δωρεάν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ἤτησας αὐτόν, καὶ ἔδωκεν ἂν σοι ὕδωρ ζῶν. Τί οὖν πάλιν πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ; Κύριε, οὐτε ἀντλήμα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν; Μὴ σὺ μεῖζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιεν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ; Μεγάλην τινὰ φαντασίαν εἶχεν ἡ γυνὴ περὶ τοῦ πατριάρχου Ἰακώβ (προσέειπε, παρακαλῶ, μετὰ πάσης ἀκριβείας) ὑπόληψιν μεγάλην εἶχεν περὶ τοῦ Ἰακώβ ἡ Σαμαρεῖτις γυνὴ, καὶ μεγάλην εἶχε τὴν ὄξαν περὶ αὐτοῦ, ὡς περὶ πατριάρχου, ὡς περὶ δικαίου, ἐπειδὴ περὶ οὗτο; ἐγένετο τῶν ἑωδὲκα πατριαρχῶν πατῆρ' αἱ γὰρ δεκαδύο φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκ τοῦ Ἰακώβ ἐγένοντο. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπάλασι μετὰ Θεοῦ, καὶ ἐυρέθη δυνατὸς, ὡς καὶ τὴν Θεὸν εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· Ἀπόλυσον με εἰς τὴν ἀνέβη ὁ ἑρθρος. Καὶ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπου πάλαιον, ἔλεγεν· Ἀπόλυσον με, διότι φίλος μου

εἶ· καὶ ἀνέβη ὁ ἑρθρος. Ὁ δὲ· Οὐ μὴ σε ἀπολύσω, ἐὰν μὴ με εὐλογῆσῃς. Τί τοῦτο δηλῶν, καὶ τίς ἡ πάλιν τοῦ Θεοῦ μετὰ ἀνθρώπου, ἢ ὅτι τὴν καὶ ἡμᾶς δι' ἡμᾶς ἐμελλεν ἐνδύσασθαι σάρκα; Τί οὖν ὁ Θεὸς ἔδωκεν αὐτόν; Οὐκ ἔτι κληθῆση Ἰακώβ, ἀλλ' ἔσται τὸ ὄνομα σου Ἰσραὴλ, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔση. Μεγάλην οὖν εἶχεν ὑπόληψιν περὶ τοῦ πατριάρχου ἡ γυνὴ· διὰ τοῦτο ἔλεγε τῷ Κυρίῳ, Μὴ σὺ μεῖζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιεν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ; Τί οὖν ὁ Χριστὸς; Βλέπε τὴν σοφίαν τοῦ Δεσπότου· βλέπε τὴν ἐπιεικείαν τοῦ Διδασκάλου. Οὐκ εἶπεν αὐτῇ, Ναὶ ἐγὼ μεῖζων εἰμὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν Ἰακώβ· οὐδὲ εἶπεν αὐτῇ, καθὼς εἶπεν τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι Πρὶν Ἀβραάμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμι· ἢ πάλιν ὡς ἔλεγεν, Ἄμην λέγω ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ βασιλεῖς καὶ δικαῖοι σὺν τοῖς προφῆταις ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον. Οὐδὲν τούτων εἶπε τῇ γυναικί, ἀλλὰ καταστέλλει τὴν πάλην τὴν εἰς τὸν πατριάρχον, καὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ τὴν μάχην ἰσχυροτέραν ποιεῖ. Εἰ γὰρ εἶπεν αὐτῇ, ὅτι Ναὶ μεῖζων εἰμὶ τοῦ Ἰακώβ· ἐκεῖνος μὲν γὰρ παρ' ἐμοῦ τὴν εὐλογία ἐδέξατο, ἐγὼ δὲ παρέσχον αὐτῇ αὐτῷ ταγέως ἂν ἐκείνη πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἀποκαλύψων ἀντιβλέψαι μὴ δυνάμενη, φεύγειν ἂν εἶχεν. Οὐδὲν οὖν τούτων εἶπεν αὐτῇ, ἀλλ' ἐκ τῶν φαινομένων τὸ πρᾶγμα σαφὲς καὶ ἄμαγον ποιεῖ. Τί γὰρ πρὸς αὐτὴν; Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν· ὃς δ' ἂν πίη ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Πρόσωπον ἦν ἐν μέσῳ τοῦ Ἰακώβ καὶ τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ' ἀφῆκε τὴν πάλην τὴν περὶ τὸν προσώπων, καὶ ἔρχεται πρὸς τὴν πάλην τῶν φαινομένων ὑδάτων, καὶ τῶν μὴ φαινομένων· χαρισμάτων. Εἰ γὰρ εἶπε, Ναὶ μεῖζων εἰμὶ τοῦ Ἰακώβ, εὐθὺς ἐκείνην ἂν ἀποφύγοι, εἰς τὴν πόλιν ἐφυγαδεύετο, καὶ ἀπετίθηδα πρὸς τὴν ἀποκρίσεως, καὶ πρὸ τοῦ λόγου τὴν πόλιν κατελάμβανε, λέγουσα· Οὗτος παραπίλει, δαιμονιῶν τις ἐστὶ, κορυθανεῖων, φρενίτιδι βέβληται· ξένος τις ὢν, καὶ εὐκαταφρόνητος, μεῖζονα ἐαυτὸν λέγει· τοῦ πατρὸς ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τοῦ πατρὸς γενομένου τῶν δώδεκα φυλῶν τῶν Ἰσραὴλ, τοῦ τὰς εὐλογίας ὑποδεξαμένου παρὰ τοῦ Θεοῦ, τὸν πτωχὸν μὲν ἀποδημήσαντος, πλουσίου δὲ διὰ τὴν οἰκονομίαν τὴν εἰς αὐτὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ γενομένην ἐπανεληθόντος· ἀλλὰ συγκατέβαινε τῇ γυναικί ὁ Χριστὸς, καὶ ἐνεδίδου τῇ ἀσθενεῖ τῆς γυναικὸς πρὸς τὸ κατὰ μικρὸν εἰς τὸ ὕψος τῶν κρειττόνων αὐτὴν ἀναφέρεισθαι. Καθάρσει γὰρ οἱ τῶν ἰχθύων θηρευτὰί (τί γὰρ ἐκείνοι ποιοῦσιν, ἀκούα συνετῶς) βάλλουσιν ἀγκιστρον εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ὅταν αἰσθῶνται ὅτι ἰχθὺς ἐξωγρήθη, οὐκ εὐθὺς ἀνασπῶσιν αὐτόν, ἀλλ' ἐνδιδόσκει κατὰ μικρὸν, ἵνα ἐκείνος τελείως καταπῆ καὶ ἀμερίμνως τὸ δέλεαρ, καὶ ὅταν αἰσθῶσιν λάθωσιν, ὅτι εἰς τὸ βάθος τῆς καρτίας καὶ ἐν τοῖς ἐγκάτοις ἐδέξατο τὸ ἀγκιστρον, τότε μᾶλλον μετὰ ἐπιτάσεως τὸν ἰχθὺν ἀνασπῶσιν οἱ πρότερον αὐτῷ συγκαταβηκότες· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τῇ γυναικί πεποίηκεν. Οὐκ ἐξ ἀρχῆς ἀπεκάλυψεν αὐτῇ τῆς θεότητος τὸ κάλλος, οὐδὲ μεγάλων ἀγαθῶν ἐπαγγελίας· αὐτῇ δέδωκε, οὐδὲ τὸν Ἰακώβ ὡς ποιήσας αὐτόν ἐξηγγείλην· ἀλλὰ τὴν δρεξίν τῆς ψυχῆς αὐτῆς εἰς ἐπιθυμίαν διεγείρει, λέγων πρὸς αὐτὴν· Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου διψήσει πάλιν· ὃς δ' ἂν πίη ἐκ τοῦ ὕδατος, οὐ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Κατέλιπε τῶν προσώπων τὴν πάλην, καὶ λοιπὸν εἰς τὴν τῶν χαρισμάτων ἀφθονίαν ἦλθε ὁ, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ ἐκείνων ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος τὴν ὑπεροχὴν δεικνύσκει. Τί οὖν ἡ γυνὴ; Κύριε, ὃς μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ. μῆδὲ ἐρχομαι ἐνθάδε ἀντλεῖν. Εἶδε, πῶς ἐπίστευσε ταχέως, ὅτι τὸ παρὰ τοῦ Χριστοῦ δίδόμενον ὕδωρ διψᾶ οὐκ ἔτι ἐργάζεται; Κύριε, ὃς μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μῆδὲ ἐρχομαι ἐνθάδε ἀντλεῖν. Διήγειρεν αὐτὴν κατ' ὄλιγον εἰς ἐπιθυμίαν τῶν πνευματικῶν αὐτοῦ ὁ Χριστὸς ναμάτων. [57] Ἐπίστευσεν, ὅτι ἔστιν ὕδωρ πινόμενον, καὶ διψᾶ οὐκ ἐργαζόμενον· μεταλαμπανόμενον, καὶ ἀμαρτημάτων ἐξαφανίζον τὸ χερόγρα-

\* Savil. λαβεῖν. ἃ Τῷ κόσμῳ deest in quibusdam. ἄ Savil. et alii ταῖς πορνείαις.

\* Sic Savil. I. e. gebatur καὶ φαινομένων. Edit. ὁ Sic Savil. et mss. Morel. ἐχώρησε.

spiritualia : vos emite ; nam ego redemi. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (Gal. 3. 13)*, inquit vas electionis, Paulus : per aquas hanc spirituales piscaturam venari volo. Didicisti cur locus notatus sit, et hora, et discipulorum absentia. Itaque operæ pretium est, ut deinceps ea quæ sequuntur, aggrediamur. *Venit mulier de Samaria haurire aquam. Venit Samaritana, ut aquam hauriret, hora sexta, cum ab opificio telæ conquievisset, ad aquandum hora intermissionis a labore, atque, ut sæpe dictum est, hora sexta : quandoquidem et cum Eva mandatum in paradiso transgressa est, hora erat quasi sexta : ideoque Samaritana salutem consequuta est in fonte eadem sexta hora. Deinde vero Samaritana venit, ut aquam hauriret : et Jesum tamquam hospitem quemdam vidit, ac solum tamquam viatorem, qui levare vellet æstum, et juxta fontem sederet. Vidit hominem contemptum, nec illum magui fecit. At ipse Deus qui cuncta novit, priusquam in lucem edantur, fidei thesaurum contemplan. *Da mihi bibere*, inquit. Fons vitæ, juxta fontem sedens bibere poscit, non bibere volens, sed dare potum. *Da mihi bibere*, ut tibi dem bibendam aquam immortalitatis. Ego enim salutem mortalium sitio ; non ut bibam, sed ut potum præbeam. Patrem imitor neum : sic enim ait Deus ad Abraham : *Da mihi filium tuum ; offer mihi filium tuum Isaac dilectum, unigenitum, in holocaustum, super unum montium, quem ostendero tibi (Gen. 22. 2)*. Non quod accipere filium vellet, id dixit ; sed quod proprium Filium orbi terrarum largiri vellet.*

2. Nam, ut ait tonitruus filius divinus Joannes : *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret : ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam (Joan. 3. 16)*. Da mihi unigenitum, ut mundo largiar Unigenitum : immola filium, non ut immoles, sed ut Filium meum unigenitum immolem pro salute mundi, hostiam viventem, placentem, sanctam (Rom. 12. 1). Ita hic quoque, *Da mihi bibere*, non ut bibam, sed ut potum præbeam. *Dicit ei mulier : Quomodo tu Judæus cum sis, bibere a me possis, quæ sum mulier Samaritana ? non enim contantur Judæi Samaritanis.* Acuta mulier : in his meretrix laudem quærit ; in his meretrix observationem præ se fert legis. Tale Samaritanorum est genus : in scortationibus polluitur, et in baptismatibus purgari se arbitratur. *Quomodo tu Judæus cum sis, bibere a me possis, quæ sum mulier Samaritana ? non enim contantur Judæi Samaritanis.* Animam sordibus replent, et corpus videntur abstergere. Sic et Samaritana cum animam scortationibus inquinatam habeat, de aquarum potu litigat. Quid ergo Jesus ? Illam a se non repulit, non dixit : Ego Deus ex Deo sum ; ego cælum firmavi, terramque fundavi ; et tu mecum de aquis et potu litigas, atque adeo mulier commaculata peccatis ? sed quid ? *Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam (Joan. 4. 10)*. Vides, ut paulatim amorem ejus ad cupiditatem excitavit, dicens : *Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam ?* Quid ergo rursus ad eum mulier ? *Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est ; unde ergo habes aquam vivam ? Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii ejus, et pecora ejus (Ibid. v. 11. 12) ?* Magnam conceperat opinionem de patriarcha Jacob mulier (attendite quæso diligenter) : magna in existimatione erat apud mulierem Samaritanam, eumque plurimi faciebant, tamquam patriarcham, tamquam justum : quandoquidem hic duodecim patriarcharum fuerat pater ; duodecim enim tribus Israel ex Jacob proseminatae sunt. Neque ob id solum, sed quoniam et cum Deo luctatus est, et potens inventus est : sic ut ei diceret Deus : *Dimitte me ; jam enim ascendit aurora (Gen. 32. 26)*. Et cum homine luctans aiebat Deus : *Dimitte me, quia meus amicus es, et ascendit*

aurora. Tum ille : *Non te dimittam, nisi me benedixeris. Quid hoc sibi vult, et quænam tandem est hæc Dei cum homine lucta, nisi quod nostræ similem propter nos carnem induturus erat ? Quid ergo illi respondit Deus ? Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum : quoniam invaluisti cum Deo et cum hominibus potens eris. Magnam igitur opinionem conceperat de patriarcha mulier ; idcirco Domino dicebat : *Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii ejus, et pecora ejus ? Quid ergo Christus ? Animadvertit Domini sapientiam : vide Magistri benignitatem. Non dixit illi : Sic est, ego patre vestro Jacob major sum : neque dixit ei, sicut Judæus dixit : *Antequam Abraham feret, ego sum (Joan. 8. 58)* ; vel rursus ut dicebat : *Amen dico vobis quia multi reges et justii cum prophetis cupierunt videre quæ vos videtis, et non viderunt (Matth. 13. 17)*. Nihil horum dixit mulieri, sed luctam inhihit cum patriarcha ineundam, et ex eo, quod manifestum est, validiorem pugnam reddit. Si enim dixisset illi : Sic est, ego major sum quam Jacob : nam ille quidem a me benedictionem accepit, ego vero ipsam illi præbui : fortassis illa, cum tantam capere revelationum altitudinem minime posset, statim aufugisset. Nihil igitur tale dixit illi ; sed ex iis, quæ subjecta erant oculis, rem dilucidam et inexpugnabilem reddit. Quid enim ait illi ? *Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum : qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum : sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam (Joan. 4. 13. 14)*. Prolatæ fuerant in medium personæ Jacob et Christi, sed omnia personarum lucta, venit ad luctam aquarum, quæ videntur, ac donorum quæ non videntur. Si enim dixisset : Etiam, major sum quam Jacob ; confestim illa in urbem aufugiens abacta esset, resiliisset ante responsum, et antequam verba fecisset, ad civitatem pervenisset, dicens : Hic quidem insanit, homo est aliquis a demone vexatus, furiosus est, et phrenesi laborat : cum sit unus aliquis peregrinus ac nullius pretii, majorem seipsum patre nostro dicit ; imo vero illo, qui duodecim tribuum Israel pater fuit, qui benedictiones accepit a Deo, qui pauper quidem peregre profectus est, sed ob dispensationem et providentiam, qua rexit eum Deus, opulentus reversus est : sed accommodabat se mulieri Christus, et infirmitati mulieris aliquid concedebat, ut sensim ad rerum eam graviorum sublimitatem proveleret. Nam quemadmodum piscium venatores (audi enim prudenter quid illi faciunt) hamum in mare mittunt, cumque senserint captum esse piscem, non statim extrahunt illum, sed paulatim laxant, ut ille plane atque intrepide illecebram devoret ; cumque animadvertent intinis ejus præcordiis hamum ac visceribus infixum esse, tum majori cum impetu piscem extrahunt, qui prius se illi accommodaverant : ita so Christus erga mulierem gessit. Non a principio pulchritudinem illi divinitatis revelavit, neque ingentium illi honorum promissa proposuit, neque se Jacob ipsum creasse indicavit, sed ejus appetitum animi ad cupiditatem excitat, dicens illi : *Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum : qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum : sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Personarum contentionem ac luctam omisit, et ad alteram donorum partem transit, imo vero præstantiam illorum ex re ipsa demonstrat. Quid igitur mulier ? *Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.* Vides, ut cito crediderit, aquam a Christo datam, ut non amplius sitiamus, efficere. *Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire (Ibid. v. 15)*. Ad spiritualium fluentium suorum horum cupiditatem Christus eam sensim incitavit. Credidit aquam esse, quæ bibitur, et sitim non generat ; quæ participatur, et peccatorum delet chirurgographum. *Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Jesus : Vade, voca virum tuum, et veni huc (Ibid.***

v 16). Si consortem habes copulæ, fiat et consors tides: ne spiritualium horum sola donorum gratiam accipias. *Vade, voca virum tuum, et veni huc.* Idcirco enim venit, non ut Evam solam salvam faciam per semper virginem Deique genitricem Mariam, sed etiam ut virum per me in paradysum rursus revocem. *Vade, voca virum tuum, et veni huc.* Recte quoque totius orbis doctor Paulus, dilectissimi, ex eadem regione scribens ad Corinthios dicebat: *Unde enim scis, mulier, si virum salvum facies (1. Cor. 7. 16)?* Jam vero rem propositam attingamus. *Vade, voca virum tuum, et veni huc.* Dicit ei mulier, *Non habeo virum (Joan. 4. 17).* Copitque deinceps aperire peccata sua mulier: cœpit deinceps confiteri, ac dicere: *Non habeo virum.* Jam enim in scortationis et luxuriam profundo demersa sum, et virum non habeo. *Dicit ei Jesus: Bene dixisti, quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti; et nunc quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixisti (Ibid. v. 18).* Quid autem hoc est, *Quinque enim viros habuisti; et nunc quem habes, non est tuus vir?* Operæ pretium est dicere. Quinque viros habuit mulier, et mortui sunt: post illos scortata est; quamobrem nemo deinceps cum illa voluit tanquam cum uxore legitima copulari. At illa cum libidinis colhibere fervorem non posset, clam deinceps eum habebat, cum quo scortabatur; sic ut neque aperte meretrix esset neque legitime nupta, sed virum clam haberet: existimabat autem se Christum velut hominem decepturam, eique dicebat: *Non habeo virum.* Deinde Christus, qui cordis occulta cognoscit, quique novit omnia antequam fiant (*Dan. 13. 42*), ait illi: *Bene dixisti, quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti; et nunc quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos Judæi dicitis, quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet (Joan. 4. 19. 20).* Quem tandem prophetam dicis, mulier? eumne quem scripsit Moses, *Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris sicut me (Deut. 18. 15)*, an alium quempiam? hunc tu dicis, mulier, qui cordis revelat occulta? Nam cum sua revelari peccata vidisset, ait: *Domine, video quia propheta es tu: quod perinde erat ac si diceret cum Davide: Ab occultis meis munda me (Psal. 18. 13).*

5. Et sedebat cum muliere colloquens Deus. O insignem humanitatem! Qui super Hierusalem sedet, cum muliere meretrice confert sermonem. *Video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet.* Meretrix de dogmatibus sermonem infert, et Dominum prophetam esse arbitrata, nihil sæculare postulavit: Dominum confessa est, et pecuniarum copiam non requisivit. *Domine, video quia propheta es tu.* Dominum confessa est, et nihil præter paterna dogmata petivit. *Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Jerosolymis locus est, ubi adorare oportet.* Etenim illo in monte Somor Abraham filium suum Isaac Deo in sacrificium obtulit: Jerosolymis vero Jacob cum in Mesopotomia ad Laban Syrum descenderet, scalam, quæ a terra in cælum extendebatur, in somnis vidit, et cum Deo luctatus est: propterea dicebat: *Deus apparuit mihi in Luza (Gen. 48. 3).* Idcirco mulier dogmata attingit, et ait: *Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Jerosolymis locus est, ubi adorare oportet.* Itaque Dominus cum ea quæ decebat ipsum sapientia respondet. Nam quia Judæus ab ea existimabatur, ipsa vero Samaritana erat, respondere noluit interrogationi, ut neque mentiretur, neque asperiores mulierem redderet. Nihil quippe aliud propositum illi fuit, nisi ut mulierem venaretur, et ad salutis viam traduceret: propterea nihil asperius apud eam proloquutus est, ut neque mentiretur, neque Samaritanæ pudorem incuteret. Si enim dixisset illi Jerosolymis locum esse, ubi adorare oportet, sicut Moyses filiis Israel præcepit, ipsam exasperasset: quoniam ve-

tus, ut diximus, ipsam opinio præoccupaverat de monte illo in Sicimis; in eo jussum esse Abraham a Deo Isaac immolare. Rursus autem si morem illi gerere voluisset, ac dicere hunc esse montem illum; et, *Recte adoratis; rursus falsum verbum protulisset.* Idcirco ergo utrumque in terram abiciens, mulierculam ad eam, quæ paulo magis spiritualis erat, adorationem quasi manu ducit, atque: *Mulier, crede mihi dicenti, quia venit hora, et nunc est, quando neque in monte hoc, neque Jerosolymis adorabunt Patrem: sed veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus: et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare (Joan. 4. 21-24).* Vidisti doctrinam optimam? vidisti doctoris industrii sapientiam? *Mulier, crede mihi dicenti.* Vide quomodo conciliat fidem mulieris; vide quomodo sensim animam ejus in cælum evehit: non erubescit amictum meretricis, sed salutem animæ promovet. Quid ita? Quia non venit vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam (*Luc. 5. 32*): quia propter ovem, quæ perierat, minime deserto sinu Patris, ad nos inclinatis cælis descendit, et perfectus homo factus est, simulque quod erat permansit. *Mulier, crede mihi dicenti, quia venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus; et qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare.* Non circumscribitur loco adoratio Dei, sed undiqueque diffusa est gratiæ divinæ cognitio: non jam amplius Judæi et Samaritani ad se legis insignia rapiunt. *Nam eos, qui adorant Deum, in spiritu et veritate oportet adorare.* Non amplius in alienis holocaustis, et vitulis, et arietibus; non amplius circumciso et sabbati observatio; non amplius templum, et altare, et hircus emissarius, et sancta sanctorum; non amplius umbra, et cultus, et sabbata ementita. *Neomenias enim vestras et sabbata, inquit Deus per prophetam, et diem magnum non fero: jejuniis et otium, et solemnitates vestras odit anima mea. Nam eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare (Isai. 4. 13. 14).* Omnia illa velut umbra occurrerunt; vetera transierunt; ecce nova facta sunt omnia. Commutata est deinceps rerum gratia; non amplius secundum legem unum in locum eos, qui Deum adorant, congregari sino; quippe qui velim omnem in terrarum orbem salutis dona diffundere. *In omnem enim terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum (Rom. 10. 18).* *Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus: cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia (Joan. 4. 25).* O meretricem de spiritualibus philosophantem! o meretricem Scripturas sacras in ore habentem! Etsi enim corpore sordibus scortationis cooperta est, animo tamen sacrarum literarum præcautione et lectione purgata est. *Scio quia Messias venit.* Messias vero, si interpretari velis, est Unctus. Propterea mulier, Exspecto, inquit, unctum, cujus caro divinitate ungetur<sup>1</sup>. *Cum ergo venerit ille, annuntiabit nobis omnia.* O profectum spiritualem! o mulierem meretricem, et omnia scientem! Vide quo pacto a terrenis ad cælos evolarit. Messiam dicit eum qui mittebatur, Christum, qui expectabatur, qui ad mundi totius salutem procurandam veniebat: et rursus prophetam, rursusque Dominum, non amplius Judæum ipsum vocal, non amplius de aquæ largitione disceptat, non amplius illi dicit: *Quomodo tu, Judæus cum sis, bibere a me possis, que sum mulier Samaritana? non enim coituntur Judæis Samaritani: quid igitur? Domine, video quia propheta es tu: et rursus attingens dogmata, Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet.* Vide, quomodo spiritualium donorum gratiam rapiat: vide, quomodo cuncta

<sup>1</sup> Hæc, cujus caro divinitate ungetur, desunt in quibusdam.



φων. *Κύριε, δός μοι τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἐρχώμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν.* Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ὑπαγε, *ζώησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε.* Εἰ κοινω-  
νῶν, φησὶν, ἔχεις τῆς μίξεως, κοινῶνς γενέσθω καὶ τῆς πίστεως· μὴ μόνη λάμβανε τὴν δωρεάν τῶνδ' τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων. Ὑπαγε, *ζώησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε.* Διὰ γὰρ τοῦτο παρεγενόμεν, οὐχ ἵνα μόνην τὴν Εὐαν σώσω διὰ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας καὶ θεοτόκου, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν ἄνδρα δι' ἐμοῦ εἰς τὸν παράδεισον πάλιν ἀνακαλέσωμαι. Ὑπαγε, *ζώησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε.* Καλῶς, ἀγαπητοί, καὶ ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος Παῦλος τῷ αὐτῷ κανόνι Κορινθίοις γράζειν ἔλεγε· *Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; Τέως δὲ τῶν προκειμένων ἀνώμεθα.* Ὑπαγε, *ζώησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε.* Λέγει αὐτῇ ἡ γυνὴ, *Οὐκ ἔχω ἄνδρα.* Καὶ ἤρατο λοιπὸν ἡ γυνὴ τὰς ἐαυτῆς ἀμαρτίας ἀνακαλύπτειν· ἤρατο λοιπὸν ἐξομολογεῖσθαι, καὶ λέγειν· *Οὐκ ἔχω ἄνδρα.* Καὶ γὰρ λοιπὸν τῷ τῆς πορνείας καὶ τῷ τῆς ἀσωτίας κατεβαπτισθῆν βυθῷ, καὶ ἄνδρα οὐκ ἔχω. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· *Καλῶς εἶπας, ὅτι Ἄνδρα οὐκ ἔχω· πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν, ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνὴρ· τοῦτο ἀληθὲς εἶρηκας.* Τί δὲ ἐστὶ τοῦτο, τὸ πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν, ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνὴρ; Ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ἡ γυνὴ πέντε ἄνδρας ἔσχεν, καὶ ἐτελεύτησαν μετ' ἐκείνους· δὲ ἐπόρευσεν· ὅθεν οὐδεὶς αὐτῇ λοιπὸν ὡς γυναικὶ νομίμη προσεγγίζειν ἐβούλετο. Ἐκείνη δὲ μὴ φέρουσα χαλινώσα τῆς ἡδονῆς τὰ κύματα, λαθραῖως εἶχε λοιπὸν τὸν πορνεῖοντα μετ' αὐτῆς· καὶ οὐκ ἦν οὐδὲ πόρνη περιφανῆς, οὔτε νομίμη· εἶχεν δὲ ἄνδρα λαθραῖως· ἐνόμιζε δὲ ὡς ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν παρκαρῶεσθαι, καὶ ἔλεγεν αὐτῷ, *Οὐκ ἔχω ἄνδρα.* Εἶτα ὁ Χριστὸς· γυνώσκων τὰ κρύφια τῆς καρδίας, καὶ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσθαι αὐτῶν, λέγει αὐτῇ· *Καλῶς εἶπας, ὅτι Ἄνδρα οὐκ ἔχω· πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνὴρ· τοῦτο ἀληθὲς εἶρηκας.* Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ· *Κύριε, θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ. Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τοῦτ' ἔρω προσεκύνθησαν, καὶ ὕμεις δὲ λέγετε ὅτι Ἰουδαῖοι ἐστὶν ὁ Ἰεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.* Ποῖον προφήτην λέγετε, ὡ γύναι; ὃν ὁ Μωϋσῆς ἔγραψεν, ὅτι *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ, ἢ ἕτερόν τινα; τοῦτον σὺ λέγετε, γύναι, τὸν ἀποκαλύπτοντα τὰ κρύφια τῆς καρδίας;* Καὶ γὰρ τὴν ἀποκάλυψιν τῶν ἀμαρτημάτων παρὰ τοῦ δεσπότου λαβοῦσα, λέγει· *Κύριε, θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ.* Ταῦτόν ἦν αὐτῆν τὸ τοῦ Δαυὶδ εἰπεῖν· *Ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με.*

γ. Καὶ ἐκάθητο ὁ Θεός, ὁμιλῶν τῇ γυναικί. Ὡ πολλῆς φιλανθρωπίας· ὁ καθήμενος ἐπὶ τὸν Χερουβὶμ πόρνη γυναικί διαλέγεται. Θεωρῶ, *ὅτι προφήτης εἶ σύ. Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τοῦτ' ἔρω προσεκύνθησαν, καὶ ὕμεις λέγετε, ὅτι ἐν Ἰεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.* Ἡ πόρνη περὶ δογμάτων εἰσαίγει λόγον, καὶ νομισσας τὸν δεσπότην εἶναι πρόφητην, οὐδὲν ἤτησε βιωτικόν· Κύριον ὡμολόγησε, καὶ χρημάτων περιουσίαν οὐκ ἐπέζητησε. Κύριε, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ. Κύριον ὡμολόγησε, καὶ οὐδὲν ἤτησε πλεόν τῶν πατρικῶν δογμάτων. *Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τοῦτ' ἔρω προσεκύνθησαν, καὶ ὕμεις λέγετε ὅτι ἐν Ἰεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.* Καὶ γὰρ ἐν τῷ ὄρει ἐκείνῳ τῷ Σιώνῳ ὁ Ἀβραὰμ τὸν ἴδιον υἱὸν Ἰσαὰκ εἰς θυσίαν ἀνήνεγκε τῷ Θεῷ, ἐν δὲ τοῖς Ἰεροσολύμοις ὁ Ἰακώβ ἐν Μεσοποταμίᾳ καταρχόμενος πρὸς Λάβαν τὸν Σῶρον, τὴν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως οὐρανοῦ κλίμακα τεταμένην κατὰ τοὺς ὕπνους κτελεῖ, καὶ τὴν πάλιν τὴν μετὰ τοῦ Θεοῦ ἐπάλασσε· διὸ καὶ ἔλεγεν· *Ὁ Θεὸς ὠφθη μοι ἐν Λούζαι.* Διὰ τοῦτο ἡ γυνὴ δογμάτων ἄπειται, καὶ φησὶ· *Κύριε, θεωρῶ, [58] ὅτι προφήτης εἶ σύ. Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τοῦτ' ἔρω προσεκύνθησαν, καὶ ὕμεις λέγετε, ὅτι ἐν Ἰεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.* Τί οὖν ὁ Κύριος; Πάλιν μετὰ τῆς προποῦσης αὐτῷ σοφίας ἀποκρίνεται. Ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαῖος ἐνομίζετο παρ' αὐτῆς, αὐτῇ δὲ Σαμαρεῖτις ἦν, οὐκ ἠθέλησε πρὸς τὴν πεῦσιν ἀποκρίνασθαι, ἵνα μήτε διαφεύσῃται, μήτε τὴν γυναικίαν σκληροτέραν ἀπεργάσῃται. Οὐ γὰρ ἦν

α'. Ὁδυνηρὸς ὁ λόγος, καθότι καὶ ἔσχατος, ὡς μοι δεδήλωται, ἀλλὰ καὶ πολλῆς χαρᾶς γέμων. Ὁδυνηρὸς μὲν, ὅτι οὐκ ἔτι λαλήσω πρὸς ὑμᾶς· πολλῆς δὲ χαρᾶς γέμων, ὅτι ἐφέστηκέν μου ὁ καιρὸς εἰς τὸ ἀναλύσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι με· καὶ καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος, *Οὐκέτι λαλήσω μεθ' ὑμῶν*. Ἔτι δὲ νῦν [73] λαλήσω ἐν ὁδῷ καρδίας· περὶ τῶν ψευδοπροφητῶν, καὶ ψευδοδιδασκάλων, καὶ ἀθέων αἰρετικῶν, περὶ ὧν ὁ Ἀπόστολος ἔλεγε· *Ποιηροὶ ἀνθρώποι καὶ ῥήγτες προκοψοῦσιν ἐπὶ τὸ χειρὸν, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι*· περὶ ὧν πολλάκις ὑμᾶς ὑπέμνησα. Πολλοὺς γὰρ λόγους ἐποίησα μὴν χάριτι Χριστοῦ, ὡς καὶ ἐπίστασθε φιλόθεοι· καὶ σχεδὸν ἐν ἑκάστῳ λόγῳ περὶ τούτων ὑπέμνησα, εἰ ἄρα μὲμνησθε τῶν χθὲς εἰρημέμων· οἶδα δὲ ὅτι μὲμνησθε, καὶ μάλιστα οἱ φιλόπονοι, καὶ φιλόβιβλοι, καὶ φιλόχριστοι. Ὁ γὰρ φιλόβιβλος δικαίως· ἀν ἐκλήθη φιλόχριστος, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Δεσπότης, ὅτι *Ὁ ἀγαπῶν με, τοὺς λόγους μου τηρεῖ*· Ὁ ἀγαπῶν με, ἀγμνηθῆσεται ὑπὸ τοῦ Πατρὸς μου. Ὁ ἀγαπῶν με, ἐν τῷ νόμῳ μελετήσῃ ἡμέρας καὶ νυκτῶς· δηλονότι ἐν Εὐαγγελίῳ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς Γραφαῖς. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἀνεξάλειπτον ἔχει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην· ἀπεκδεγόμενος αὐτὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰετῆρεῖ τὴν ὥραν τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Πάντοτε ἐν χερσὶν αὐτοῦ κατέχων τὰς ἱερὰς βίβλους, οὐκ ἐπιλήσεται ἐκείνων τῶν φοβερῶν βιβλίων, περὶ ὧν γέγραπται· *Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βιβλίοι ἠνεψύχθησαν*.. Ὅρα πόσον κέρδος ἔστι τοῦ ἐρευνᾶν τὰς Γραφὰς, καθὼς· πολλάκις ἠκούσατε. Τί δὲ ἔστιν, ὁ λέγομεν; (Ὅτι οὐδὲν ἔλεγε, οὐδὲ παρεκτύπησεν τῶν συμφερόντων ἡμῶν ἢ θεῖα Γραφή, ἀλλὰ πανταχοῦ κράζει, διὰ τε προφητῶν καὶ ἀποστόλων, προαναφρονῶσα καὶ προαφραδίᾳ ὁμιλήσασα ὡς μὴ τῆρ φιλόθεκος· τὰ ἴδια τέχνα φιλοῦν, προμμετρρεῖται· καὶ ὑπομνηστικῶς· περὶ τῶν παραρηκτικῶν καὶ περὶ τῶν

ἐνεστώτων, καὶ περὶ τῶν μελλόντων, μηδὲν παριδοῦσα, ὡς προεῖρηται, τῶν ἡμῶν συμφερόντων· καὶ τοῦτο οὐκ ἐν κρυπτῷ λαλοῦσα, οὐδὲ μικροφωνοῦσα, ἀλλὰ πανταχοῦ πόνῳ καὶ δυνάμει κράζουσα διὰ τε νόμου, καὶ προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Δεσπότης. Διὰ μὲν γὰρ Ἡσαίου τοῦ προφήτου λέγει· *Ἀναβόησον ἐν ἰσχυρί, καὶ μὴ φοβῆσθαι, ὡς ἀλλοτρίῳ ὄνῳ σου τὴν σωτηρίαν σου*· καὶ πάλιν λέγει, *Ἐπ' ὄρος ἰψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών*· καὶ προῖον λέγει, *Ἰγνώσατε, μὴ φοβεῖσθε*. Καὶ πάλιν αὐτὸς λέγει· *Ἐκοπίασα κράζων, ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου*. Ἰωάννης δὲ ὁ θεολόγος ἐν τῇ καθολικῇ αὐτοῦ Ἐπιστολῇ λέγει· *Βλέπετε ἑαυτοὺς*. Παῦλος δὲ τί; *Βλέπετε πῶς περιπατεῖτε*· ὁ δὲ Κύριος, *Ἐγὼ παρῆρσία ἐλάλησω τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν κρυπτῷ ἐλάλησα οὐδέν*. Καὶ ἀλλαχοῦ ὁ Εὐαγγελιστὴς περὶ αὐτοῦ, ὅτι *Ἔστηκε, καὶ ἐκραξεν λέγων*· *Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρὸς με, καὶ πινέτω*. Ὅρα πόσος ἀγὼν, πόση σπουδὴ, πῶς παρῆρσία κράζει, καὶ οὐδεὶς ὁ συνίων; Καὶ πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος λέγει· *Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν*. *Βλέπετε πῶς περιπατεῖτε, ὅτι αἱ ἡμέραι κορηραὶ εἰσι*. Καὶ Ἰωάννης· *Βλέπετε ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ ἀπολέσητε τὴν εὐαγγελίαν, ὅτι πολλοὶ πλανοὶ ἐξηλθον εἰς τὸν κόσμον*. Καὶ πολλά ἐστι τοιαῦτα ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς Παλαιᾶς τε καὶ Καινῆς Διαθήκης, βοῶντα καὶ διυπνίζοντα ἡμᾶς ἐκ τῆς ῥαθυμίας ἡμῶν. Ἡμεῖς δὲ τὸ ἐναντίον ποιοῦμεν, καθὼς εἶπεν Ἡσαίας ὁ προφήτης, ὅτι *Τοῖς ὡσὶν αὐτῶν βαρῶς ἠκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμωσαν*. Ὡ πόσον καὶ πηλίκων γραμμάτων ἀκούοντες οὐ συνιοῦμεν! Ὅθεν καὶ ἀναπολόγητοι ἐσόμεθα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς διαγνώσεως, ὅταν ἔλθῃ ὁ φωτίζων τὰ κρυπτά τοῦ σκότους, καὶ φανερῶν τὰς βουλάς τῶν καρδιῶν· ὅταν τὸ κριτήριον καθίσῃ, καὶ βιβλίοι

vator quidem salutem promiserat, sed tempus non erat, neque permittebatur latroni credere, ac baptizari: pronuntiabat enim Salvator, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non introibit in regnum caelorum* (Joan. 3. 5). Opportunitatem aut licentiam non reperiebat latro, suscipiendi baptismi tempus illi non suppetebat, quippe qui suspensus esset in cruce. Salvator igitur viam invenit, qua impedita expediret. Nam quia crediderat is Salvatori, qui in peccatis inveteraverat, eumque necesse erat baptizari, sic disponit Deus ut post passionem lancea miles Domini latus vulneret; et exsilit sanguis et aqua: ex ejus enim latere, inquit evangelista, *Exiit sanguis et aqua* (Ibid. 19. 34), ut de veritate passionis constaret, et figura sacramentorum exstaret. Neque vero sic exierunt sanguis et aqua, ut simpliciter fluerent, sed cum impetu, ut latronis corpus aspergerent. Quod enim cum impetuoso fluxu emittitur, aspergit: quod autem

fluit, leniter fluit, prout venit. At cum impetu exiit ex latere sanguis et aqua, ut latronem aspersum baptizarent, sicut Apostolus ait: *Accessimus ad Sion montem, et aspersionem sanguinis melius loquentem quam Abel* (Hebr. 12. 21. 24). Quare melius quam Abel loquitur sanguis Christi? Quia sanguis Abel insidet capiti homicidæ, Christi vero sanguis homicidas etiam penitentes emundat. Disce igitur æmulationem ac zelum veritatis, et libertatem pro Christo loquendi adamato; sequere verum Magistrum pro veritate decertantem, ut cum ab apostolo Paulo sic audiveris, *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* (1. Cor. 11. 1), justitiæ tu quoque coronam obtinere merearis, et quæ Christus Deus noster æterna bona præparavit iis, qui diligunt illum; quæ nobis omnibus utinam consequi detur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## DE PSEUDOPROPHETIS ET FALSIS DOCTORIBUS.

Is qui Chrysostomi nomen in titulo ementitus est, sese fingit populo suo ultimum vale dicere: *Tempus resolutionis meæ instat*, inquit. Hic omnia vobiscum signa sese statim offerunt. Stylus humilis abjectusque, a Chrysostomi orandi genere toto cœlo diversus: dictio inelegans est, grammaticæ leges plerumque violantur, epitheta insipida ad nauseam usque accumuluntur. Demum Dionysius Areopagita ut scriptor celeberrimus memoratur. Hujus tamen scripta, quæ spuria apud eruditos omnes habentur, aliquo post mortem Chrysostomi sæculis confecta publicataque sunt. Inter hæreticos recensetur Nestorius; unde arguitur quanta fuerit Græculi hujus imperitia.

Interpretationem novam Latinam adornavimus.

### ORATIO DE PSEUDOPROPHETIS, ET FALSIS DOCTORIBUS, ET IMPIIS HÆRETICIS, ET DE SIGNIS CONSUMMATIONIS SÆCULI HUIUS. DICTA EST PAULO ANTEQUAM (SANCTUS) DE VITA MIGRARET.

1. Lugubris oratio, utpote ultima, ut mihi significatum est: attamen magno gaudio plena. Lugubris, quia non ultra vos alloquar; multo gaudio plena, quia tempus resolutionis meæ instat, ut sim cum Christo; ac sicut dixit Dominus, *Non amplius loquar vobiscum* (Joan. 14. 30). Adhuc tamen nunc loquar in dolore cordis de falsis prophetis, de falsis doctoribus, et de impiis hæreticis, de quibus dicebat Apostolus: *Mali homines et præstigiatores proficient in pejus, in errorem inducentes et errantes* (2. Tim. 3. 13): de quibus etiam vos frequenter commonefeci. Multa enim verba feci per Christi gratiam, ut vos scitis, viri religiosi, fereque in singulis concionibus vos monui, si recordamini eorum, quæ heri dicebam: ac scio vos meminisse, maxime vero qui laboriosi, lectioni dediti, et Christi amantes estis. Nam qui lectioni studiosus est, jure Christi amans vocetur, secundum id quod dictum est a Domino: *Qui diligit me, sermones meos servat*; et, *Qui diligit me, diligitur a Patre meo* (Joan. 14. 23). Qui diligit me, in lege meditabitur die ac nocte, videlicet in Evangelio et reliquis Scripturis. Talis enim nunquam delendam in corde suo Dei retinet memoriam: expectans quippe illum de cælis venturum, ejus adventus horam semper observat. Sacros manibus libros pertractans, non obliviscetur illorum tremendorum librorum, de quibus scriptum est: *Judicium sedit, et libri aperti sunt* (Dan. 7. 10). Vide

quantum sit lucrum, scrutari Scripturas, ut sepe dividistis. Quid porro est id quod dicimus? Scripturam divinam nihil tacuisse eorum, quæ utilia nobis esse possent; sed perpetuo clamare per prophetas et apostolos, ac velut matrem prolis aniantem prænuntiare, singulosque præmunire. Commonefacit enim circa præterita, præsentia et futura, nihilque negligit, ut dictum est, eorum quæ nobis utilia sunt: id vero non in occulto, nec demissa voce, sed ubique totis viribus clamat, per legem, prophetas et apostolos, imo per ipsum Dominum. Per Isaiam quidem prophetam dicit: *Clama in fortitudine, et ne parcas, quasi tubam exalta vocem tuam* (Isai. 58. 1), et iterum dicit: *Super montem excelsum ascende qui evangelizas Sion* (Ibid. 40. 9); ac postea dicit: *Exaltate, ne timeatis*. Rursumque David ait: *Laboravi clamans, rauce factæ sunt fauces meæ* (Psal. 68. 4). Joannes autem Theologus in Catholica sua epistola dicit: *Videte vosmetipsos* (2. Joan. 8). Paulus vero quid? *Videte quomodo ambuletis* (Ephes. 5. 15); Dominus item: *Ego palam loquutus sum mundo et in abscondito nihil loquutus sum* (Joan. 18. 20). Et alibi evangelista de ipso ait, stetisse illum et clamasse: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat* (Ibid. 7. 37). Vides quanta contentione, quanto studio, quomodo palam loquatur, et nemo intelligat? Rursumque beatus Paulus dicit: *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem*

(*Philipp. 3. 2*). Videte quomodo ambuletis, quia dies multi sunt (*Ephes. 5. 15. 16*). Et Johannes: Videte vosmetipsos, ne perdatiis ea, quæ operati estis, quia multi seductores exierunt in mundum (*2. Joan. 8. 7*). Multaque hujusmodi sunt in divinis Scripturis tum Veteris tum Novi Testamenti, quæ exclamant, et nos somno sopitos excitant: Nos autem contrarium facimus, quemadmodum dixit Isaias propheta: Auribus suis graviter audierunt, et oculos suos claustrunt (*Isai. 6. 10*). O quam multas et quales scripturas audientes intelligimus! Quamobrem inexcusabiles erimus in die examinis cum venerit is qui illuminat abscondita tenebrarum, et manifesta facit consilia cordium: cum iudicium sedebit, et libri aperientur (*Dan. 7. 10*), quos nunc cum audimus, ridemus, et non suspicimus. Nos enim singuli in propria via erramus, relinquentes rectam viam, et facti sumus sicut ab initio (*Isai. 63. 19*), cum nobis non imperares, Domine. Vereque in nobis impleta est prophetia Davidis, quæ sic habet: Et commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum (*Psal. 105. 35*). Ideo humiles vilesque sumus per universam terram propter peccata nostra, et in nos pervenerunt fines sæculorum, sicut scriptum est (*1. Cor. 10. 11*): et pastores lupi sunt, et oves contritæ; et fames instans, non fames panis, neque sitis aquæ, sed fames audiendi verbum Dei. Sed nemo sperantium in Dominum animum despondeat. Ne igitur animo deficiatis, semper respicientes in eum, qui dixit: Vobiscum sum (*Matth. 28. 20*).

2. Conflidite ergo. Neque enim fame necabit Deus animas iustorum (*Prov. 10. 3*). De hac fame loquitur Dominus per prophetam: Et erit in diebus illis, inducam famem super terram; non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini. Et circumquamque fuerit ab Occidente usque ad Orientem, quærentes verbum Domini (*Amos 8. 11. 12*). Vides hic non de pane verba fieri? Deus enim non de pane loquitur. O diram, exitiosam et damnosam famem! O famem æternam supplicium procurantem! Hæc fames est, quæ rem omnem malam subministrat: hæc fames omnis mali causa. Hanc prævidens futuram famem propheta David verbis Deum rogabat: Deus meus, ne taceas a me. Et de probis fidelibus sic vaticinatus est: Ut eruat a morte animas eorum, et alat eos in fame. Et alibi dicit: Et in diebus sanis saturabuntur; et rursus: Misericors et misericors Dominus escam dedit timentibus se. (*Psal. 27. 1*; et *32. 19*; et *36. 19*; et *110. 4. 5*). Hæc dixit David de iis, qui scrutantur Scripturas, quod non sint esurituri. Scrutemur Scripturas, fratres, ne esuriamus accedente exitiosa illa fame: scrutemur, ne in errorem abducamur, et circumferamur omni vento. Ideo negligentibus dicit Dominus: Erratis, non intelligentes Scripturas (*Matth. 22. 29*). Vere namque illi, qui tales sunt, errant. Undenam exitiosa fames advenit? an non ex eo quod Scripturas non scrutemur? O quantis nos privamus bonis, quod divinas Scripturas relinquamus! Dominicum enim præceptum est. Scrutare diligenter, scrutare et inquire, inveniesque magnas inestimabilesque divitias, in agro absconditas, intelligesque sacram Scripturam. Scrutare, et invenies: cumque inveneris, vende omnia quæ habes, et eme agrum illum, præclaram nempe sanctarum Scripturarum scientiam, in quibus absconditur Filius, vera Sapientia Patris. Quem cum inveneris, beatus eris, sicut scriptum est: Beatus homo, qui invenit sapientiam (*Prov. 3. 13*). Scrutare, dilecte, sive dives sis sive pauper, sive servus sive liber, sive mas sive femina. Scrutemini Scripturas (*Joan. 5. 39*). Divina quippe Scriptura penus est omnis boni. Sed ad propositum redeamus: de consummatione quippe sermo est, de falsis prophetis, deque falsis doctoribus, et impiis hæreticis, qui torrentium instar omnia ubique inundant, multosque in errorem inducunt. Undenam illi contigit? Certe ex ignorantia et imperitia præfectorum: ubi enim imperitia pastorum est, ibi ovium pernicietas. Quid ergo primum dicam? an

de consummatione nostra? an impiorum hæreticorum detestanda dogmata traducam? Si per tempus liceret, possem illorum profana dogmata et accelerata gesta triumphare: sed magno opus est certamine longoque sermone, quo impura illorum doctrina detegatur et triumphetur. Cæterum in præsentī operæ pretium est illos ex sacris Scripturis inimicos Christi comprobare, et lupos gregem ejus invadentes, ubique pellendos, et ab ovibus ejus abigendos. Ideo lupi jure vocati sunt et a prophetis, et ab ipso Domino, et a beatis apostolis; nec modo lupi, sed perniciosi, impii, hostes, inimici, insidiatores, blasphemæ, hypocritæ, fures, latrones, abominandi, falsi prophetæ, falsi doctores, duces cæci, erronei, maligni, antichristi, scandala, filii hostis maligni, zizanias, athei, pneumatomachi, qui in Spiritum gratiæ blasphemant: quibus non remitteretur neque in hoc sæculo neque in futuro: Per quos via veritatis blasphemabitur (*2. Pet. 2. 2*). Ad hæc, filii maligni diaboli, ut ait Theologus Joannes: Manifesti sunt filii diaboli (*1. Joan. 3. 10*). Oportet ergo primum circa istos occupari, et postea de consummatione loqui. Quandoquidem igitur in nos fines sæculorum devenerunt, ut ait Apostolus (*1. Cor. 10. 11*), et exorta sunt tempora difficilia, et multiplicata est iniquitas, refrigitque caritas multorum, seductoresque multi sunt, ac plures qui seducuntur; age, sacros libros evolvamur, in iisque reperta veritatis via, per eam incedamus, et ad sanctos montes accurramus; ad prophetas dico et apostolos, ut non erremus, nec Circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris (*Ephes. 4. 14*). Ne infra maneamus, sed simul ascendamus cum sanctis discipulis ad beatum in montem, audiamusque Pastorem nostrum dicentem: Videte ne seducamini (*Luc. 21. 8*): Videte ne quis vos seducat (*Matth. 24. 4*): videte ubique. Joannes quoque similia dicit: Ne perdatiis quæ operati estis (*2. Joan. 8*); et Paulus: Videte canes (*Philipp. 3. 2*): Videte quomodo ambulatis (*Ephes. 5. 15*). Illud autem, Videte, ad nihil aliud dicitur, quam ad nostram tutelam contra eos, qui sub ovina pelle seducunt, et lupum occultant, ac negligentiores seducunt. Certe necessario in Scripturis ubique occurrit illud, Videte, respicite, vigilate, attendite, non modo vobis, sed et universo gregi. Divina namque Scriptura, eorum quæ nobis proderant nihil tacuit.

3. Mibi vero erumpunt lacrymæ, cum audio quosdam ex nostra Ecclesia dicere, hæc in divinis Scripturis non haberi; nec dici modo hæc a laicis, sed etiam ab iis, qui videntur esse pastores, et loca obtinent apostolorum et prophetarum, sed non mores. Quibus opportune dicatur: Væ vobis, duces cæci, et indocti, atque inconsistentes; qui vestium ornato delectamini, non libris; qui dereliquistis verbum Dei, et ventri servitis: Quorum Deus venter est, et gloria in confusione (*Philipp. 3. 19*): qui lacte et lana et carnibus gregis abutimini, deque ovibus nihil curatis. Quomodo ergo evadetis, cum tantam salutem neglexeritis? Ego vero, assumpta ex sermone fiducia, plura testimonia proferam, ut ostendam ex sacris Scripturis, Evangeliiis, prophetis, apostolis, Christo juvante, quomodo obstruatur os loquentium iniqua, et illuminetur cor eorum, qui verbum desiderant. Undenam autem incipiemus, nisi ab hoc dicto, Ego sum principium et finis (*Apoc. 21. 6*)? Quisque vero hic animum adhibeat, omni deposita sæculari cura. Videte, dicit Dominus, ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus; et multos seducent (*Luc. 21. 8. Matth. 24. 5*). Et rursum: Attendite vobis ipsis a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; sed ex fructibus eorum cognoscetis eos (*Id. 7. 15. 16*); id est, ex sermonibus eorum, ex falsa prophetia, ex hypocrisis eorum, ex pravus dogmatibus, ex blasphemia ipsorum cognoscetis eos. Non potest enim arbor mala fructus bonos facere (*Id.*



ἀνορθώσιν. ἄς νῦν χλευάζομεν ἀκούοντες, καὶ οὐ παραδεχόμεθα. Ἐκαστος γὰρ ἡμῶν τῇ ἰδίᾳ ὀδῷ ἐπλανήθημεν, καταλιπόντες τὴν εὐθείαν ὁδὸν, καὶ ἐγενόμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἤρχες ἡμῖν, Κύριε. Καὶ ἀληθῶς εἰς ἡμᾶς πληρώθη ἡ προφητεία Δαυὶδ λέγουσα· *Καὶ ἐμίλησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμαθον τὰ ἔργα αὐτῶν. Διὰ τοῦτο ἔσμεν ταπεινοὶ ἐν πάσῃ τῇ γῆ διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν, καὶ εἰς ἡμᾶς καθήνησε τὰ τέλη τῶν αἰώνων, ὡς γέγραπται·* καὶ οἱ ποιμένες λύκοι, καὶ τὰ πρόβατα συντετριμμένα· καὶ ὁ λιμὸς ἐπὶ θύραις, οὐ λιμὸς ἄρτου καὶ οὐδ' ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸς τοῦ ἀκούσαι λόγον Θεοῦ. Μηδεὶς οὖν τῶν ἐλπίζόντων ἐπὶ Κύριον ἀπογοιπέτω. Μὴ [74] οὖν ἀθυμεῖτε, προορῶντες πάντοτε τὸν εἰπόντα, ὅτι *Μεθ' ἡμῶν εἰμι.*

β. Θαρσαίτε οὖν· οὐ γὰρ λιμοκτονῆσει Κύριος ψυχὰς δικαίων. Περὶ τοῦτου τοῦ λιμοῦ λέγει ὁ Κύριος διὰ τοῦ προφήτου· *Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκεῖναις, ἐπάγω λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν· οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ ὕδωρ ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκούσαι λόγον Θεοῦ. Καὶ περιδραμούνται ἀπὸ ἀνατολῶν ἄνθρωποι, ζητοῦντες τὸν λόγον Κυρίου.* Ὅρα, ὅτι οὐ περὶ ἄρτου λέγει; Θεὸς γὰρ οὐ περὶ τοῦ ἄρτου ἔλεγεν. Ὁ λιμοῦ δεινοῦ, καὶ ψυχοφθόρου, καὶ βλαβεροῦ ἢ λιμοῦ τῆς αἰωνίου κολάσεως προξένου! Ὅυτος ὁ λιμὸς ἐστὶν ὁ χορηγὸς παντὸς πονηροῦ πράγματος· οὗτος ὁ λιμὸς, ὁ αἰτίας παντὸς κακοῦ. Τοῦτον τὸν λιμὸν προθεωρήσας ὁ προφήτης Δαυὶδ ἐρχόμενον παρεκάλεε τὸν Θεὸν, λέγων· *Ὁ Θεὸς μου, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ.* Καὶ περὶ τῶν σπουδαίων πιστῶν προεφήτευσεν λέγων· *Ῥύσασθαι ἐκ τοῦ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν, καὶ διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν λιμῷ.* Καὶ ἄλλα οὐ λέγει· *Καὶ ἐν ἡμέραις λιμοῦ χορτασθήσονται*· καὶ πάλιν, *Ἐλεήμων καὶ οἰκτιρῶν ὁ Κύριος τροφήν ἔδωκεν τοῖς φοβουμένοι αὐτόν.* Ταῦτα εἶπεν ὁ Δαυὶδ περὶ τῶν ἐρευνητῶν τὰς Γραφάς, ὅτι οὐ πεινάσουσι. Ἐρευνητῶμεν τὰς Γραφάς, ἀδελφοί, ἵνα μὴ πεινάσωμεν ἐλθόντος τοῦ ψυχοφθόρου λιμοῦ· ἐρευνησωμεν, ἵνα μὴ πλανηθῶμεν, καὶ περιφερόμεθα παντὶ ἀνέμῳ. Διὸ φησὶν ὁ Κύριος πρὸς τοὺς ἀμελοῦντας· *Πλανᾶσθε, μὴ ροοῦντες τὰς Γραφάς.* Ἀληθῶς γὰρ οἱ τοιοῦτοι πλανῶνται. Πόθεν γὰρ ὁ ψυχοκτόνος ἐπλήθην λιμὸς; οὐχὶ ἐκ τοῦ μὴ ἐρευνηθῆναι τὰς Γραφάς; Ὁ πόσων ἀγαθῶν ἑαυτοὺς ἀπεστερήσαμεν, καταλιπόντες τὰς θείας Γραφάς! δεσποτικῶν γὰρ τὸ πρόσταγμα. Ἐρευνησον ἐμπόνως, ἐρευνησον καὶ ζήτησον, καὶ εὐρήσεις πολὺν τὸν ἀνείκαστον πλοῦτον, καὶ θησαυρὸν κεκρυμμένον ἐν τῷ ἄγρῳ· νοήσεις τὴν θέαν Γραφῆν. Ἐρευνησον, καὶ εὐρήσεις, καὶ εὐρῶν, πάντα ὅσα ἔχεις πόλιν, καὶ ἀγόρασον τὸν ἄγρον ἐκεῖνον, τὴν καλὴν γνώσιν τῶν ἁγίων Γραφῶν, ἐν αἷς κέρυπται ὁ Υἱὸς, ἡ ἀλήθινος Σοφία τοῦ Πατρὸς· ὃν εὐρῶν, μακάριος ἐστὶ, καὶ θὺς γέγραπται, ὅτι *Μακάριος ἄνθρωπος, ὃς εὐρεν σοφίαν.* Ἐρευνησον, ἀγαπητὲ, κἀν πλούσιος τυγχάνῃς ἢ πένης, εἴτε δούλος, εἴτε ἐλεύθερος, εἴτε ἄρῃον, εἴτε θῆλυ. Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς. Ἢ γὰρ θεία Γραφή ταμιεῖον ἐστὶ παντὸς ἀγαθοῦ. Ἄλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλαθμεν· περὶ γὰρ συντελείας ὁ λόγος, καὶ περὶ ψευδοπροφητῶν, καὶ ψευδοδιδασκάλων, καὶ περὶ ἀθέων αἰρετικῶν, χειμάρρων δικῆν ἐπικλυσάντων πανταχοῦ, καὶ πλανώντων πολλούς. Καὶ πόθεν τοῦτο συμβέβηκεν; Ἄηλον ὅτι ἐκ τῆς ἀγνωσίας καὶ ἀπειρίας τῶν προσταμένων· ὅπου γὰρ ἀπειρία ποιμένων, ἐκεῖ πρόβατων ἀπώλεια. Τί οὖν εἶπω πρῶτον; περὶ τῆς συντελείας ἡμῶν; ἢ τῶν ἀθέων αἰρετικῶν σπηλιτεῦσθαι τὰ βέβηλα δόγματα; Εἰ καιρὸς ἦν, εἶχον ἂν θριαμβεύσαι καὶ δημοσιεῖσαι αὐτῶν τὰ βέβηλα δόγματα, καὶ τὰ ἄθεομα πράγματα· ἀλλὰ μέγας ἐστὶν ὁ ἄγων, καὶ πολὺς ὁ λόγος, τὰ τούτων γυμνώσει· καὶ θριαμβεύσει ἀκάθαρτα δόγματα. Πλὴν πρὸς τὸ παρὸν ἀναγκαῖόν ἐστι παραστήσαι ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν τούτους ὡς ἐχθροὺς τοῦ Χριστοῦ, καὶ λύκους τῆς αὐτοῦ ποιμνῆς, πανταχοῦ ἐλαυνόμενους; καὶ ἐκβαλλόμενους τῶν Χριστοῦ προβάτων. Διὸ καὶ λύκοι δικαίως ἐκλήθησαν ὑπὸ τῶν προφητῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ δεσπότου, καὶ τῶν μακαρίων ἀποστόλων· καὶ οὐ μόνον λύκοι, ἀλλὰ καὶ λοιμοὶ, καὶ ἀσθεῖς, καὶ ἀντίδοχοι, καὶ ἐχθροὶ, καὶ ἐπίβουλοι, καὶ βλάστημοι, καὶ ὑποκριταί, καὶ κλέπται, καὶ λησταί, καὶ βδελυκτοὶ, καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ ψευδοδιδασκαλοὶ, καὶ ὀδηγοὶ τυφλοὶ, καὶ πλανῆται, καὶ πονηροὶ, καὶ ἀντίκριστοι, καὶ σκάνδαλα, καὶ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ, καὶ ζιζάνια, καὶ ἄθεοι, καὶ πνευματομάχοι, οἱ βλαστημήσαντες τὸ

Πνεῦμα τῆς χάριτος· οἷς οὐκ ἀρεθῆσεται οὔτε ἐν τῶν νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· Δι' οὗς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται. Πρὸς δὲ τούτους καὶ τέκνα τοῦ πονηροῦ διαβόλου, καθὼς φησὶν ὁ θεολόγος· *Φανερά ἐστί τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου.* Δεῖ οὖν πρῶτον περὶ τούτων ἀσγοληθῆναι, καὶ τότε περὶ τῆς συντελείας λαλῆσαι. Ἐπεὶ οὖν εἰς ἡμᾶς τὰ τέλη τῶν αἰώνων ἐφθασεν, ὡς λέγει ὁ [75] Ἀπόστολος, καὶ ἀνέστησαν οἱ γαλετοὶ καιροὶ, καὶ ἡ ἀνομία ἐπληθύνθη, καὶ ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν ἐψύγη, καὶ οἱ πλανῶντες πολλοὶ, καὶ οἱ πλανώμενοι πλείονες· φέρε οὖν ἀναπτύξωμεν τὰς ἱερὰς βίβλους, ἐν αἷς ἐσρόντες τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, βαδίζωμεν, ἀνατρέχοντες ἐπὶ τὰ ἅγια ἔρη, προφήτας λέγω καὶ ἀποστόλους, ὅπως μὴ πλανηθῶμεν, καὶ Περιφερόμεθα ἐν παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουρηγίᾳ πρὸς τὴν μεθοδεῖαν τῆς πλάνης. Μὴ κάτω μείνωμεν, ἀλλὰ συναέλθωμεν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς ἐπὶ τὸ ἄνω τὸ μακάριον, καὶ ἀκούσωμεν τοῦ ἡμετέρου ποιμένος λέγοντος· Βλέπετε μὴ πλανηθῆτε· *Βλέπετε μὴ τις ὑμᾶς κλανήσῃ*· πανταχοῦ βλέπετε. Καὶ ἰωάννης θμῶτα λέγει· *Ἴνα μὴ ἀπολέσγη ἡ εἰρηγάσθη· καὶ Παῦλος, Βλέπετε τοὺς κύνας· Βλέπετε πῶς περιπατεῖτε.* Τὸ δὲ, *Βλέπετε*, καὶ *Βλέπετε*, οὐδὲν ἑτέρον ἐστίν, εἰ μὴ πρὸς ἀσφάλειαν εἰρημένον περὶ τῶν πλανῶντων τῷ κωδῶνι, καὶ τὸν λύκον ὑποκρυπτόντων καὶ ἀπατώντων τοὺς ἀμελεστέρους. Πάνυ δὲ ἀνάγκαιος πανταχοῦ εἶρηται ἐν ταῖς Γραφαῖς, τὸ, *Βλέπετε*, καὶ Ὅρατε, καὶ Γρηγορεῖτε, καὶ Προσέχετε, οὐ μόνον ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ ποιμνί. Οὐδὲν γὰρ παρεσιώπησε τῶν ἡμῶν συμφερόντων ἡ θεία Γραφή.

γ. Ἐμοὶ δὲ δακρύειν ἐπέρχεται, ὅταν ἀκούσω ἀπὸ τῆς ἡμετέρας· Ἐκκλησίας τινὰς λέγοντας, μὴ εἰρησθαι ταῦτα ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς· καὶ τοῦτο οὐ μόνον παρὰ λαϊκῶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν δοκούντων εἶναι ποιμένων, καὶ τόπους ἐπερχόντων ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ἀλλ' οὐ τρόπους· πρὸς οὓς εὐκαιρὸν εἶπεν· Ὅυαί ὑμῖν, οἱ ὀδηγοὶ τυφλοὶ, καὶ ἄμαθεῖς, καὶ ἀστήρικτοι· οἱ ἰμελίτων καλλωπισταί, καὶ οὐχὶ βιβλίων· οἱ καταλιπόντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ γαστρὶ διακονοῦντες· *Ὁρ· ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξι ἐν τῇ αἰσχύνῃ*· οἱ τὸ γάλα καὶ τὸ κρέον καὶ τὰ κρέα τῆς ποιμνῆς καταχρῶμενοι, περὶ δὲ τῶν προβάτων οὐ φροντίζοντες; Πῶς οὖν ἐκφύξασθε τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; Ἐγὼ ὑπαρθεὶς τῷ λόγῳ εἰς μέσον προσηύω περισσοτέρως μαρτυρίας, ἀποδεικνύων ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν, Εὐαγγελίων τε καὶ προφητῶν καὶ ἀποστόλων, τοῦ Χριστοῦ χορηγούτους; πῶς ἐμφράττη στόμα λαλοῦντων ἄδικα, τῶν δὲ ποβούντων τὸν λόγον φωτισθῆ ἡ καρδία. Ἀρῶμεθα δὲ πόθεν, ἢ ἐκ τοῦ εἰπόντος· *Ἐγὼ εἰμι ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος;* Ἐπιστησάτω δὲ ἕκαστος τὸν νοῦν ἑαυτοῦ, ἀποθέμενος πᾶσαν βιωτικὴν μέριμναν. Εἶπεν ὁ Κύριος· *Βλέπετε, μὴ πλανηθῆτε. Πολλοὶ γὰρ ἐπὶ τῷ ὄνοματι μου ἐλεύσονται λέγοντες, ὅτι Ἐγὼ εἰμι ὁ Χριστός· καὶ πολλοὶ κλανήσουσι.* Καὶ πάλιν· *Προσέχετε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδόμασι προβάτων, ἔσωθεν δὲ εἰσι λύκοι ἄρπαγες·* ἀλλ' ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσθητε αὐτούς, φησὶ· τούτεστι, ἀπὸ τῶν λόγων, ἐκ τῆς ψευδοπροφητείας, ἐκ τῆς ὑποκρισίας αὐτῶν, ἐκ τῆς κακοδοξίας αὐτῶν, ἐκ τῆς βλασφημίας αὐτῶν ἐπιγνώσθητε αὐτούς. Οὐ γὰρ δύναται δένδρον σαπρὸν ποιεῖν καρπὸς καλοῦς. Πᾶν γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ ἐπιγνώσκειται. Οὕτω καὶ ἡμεῖς τοὺς τοιοῦτους ἐκ τῶν καρπῶν τῶν ἰδίων ἐπιγνώσθητε· καὶ ἐπιγνώστες, μὴ παραλαβάνετε αὐτοὺς εἰς οἰκίαν, μὴ υποκάμψητε, μὴ ἀξιώσθε λόγου, μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἐμπροσθεν αὐτῶν· ἀλλὰ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης αὐτῶν, ἵηγον τῆς αἰρέσεως αὐτῶν. Μηδεὶς ἐξ ὑμῶν ἀποκαχῆση, ἢ παρέρχως ἀκούσῃ· Θεὸς γὰρ ὁ λαλῶν. Ἀκούσατε, οἱ ποιμένες, τὰς φωνὰς τοῦ Ἀρχιποιμένος· ἀκούσατε, πῶς ἀπικαλύπτει καὶ θριαμβεύει εἰς τοὺς κρυφίους λύκους· ἀκούσατε καὶ προσέχετε καὶ ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνί. *Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κλέπτας.* Ὁ γὰρ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλήν τῶν προβάτων, ἀλλ' ἀναβαίνων ἀλλοτρίως, κλέπτης ἐστὶ καὶ ληστής. Καὶ πάλιν περὶ αὐτῶν λέγει· *Ὁ μὴ ὦν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἔσται.* Καὶ πάλιν πρὸς αὐτούς ἔλεγεν· *Ἔμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς [76] τοῦ διαβόλου ἐστέ.* Ὅυαί ὑμῖν, ὅτι κλεῖτε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

ὁμοίς γὰρ οὐκ εισέρχεσθε, οὐδὲ τοὺς εισερχομένους ἀφίετε εισελθεῖν. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· Ὑμεῖς οὐκ ἐστε ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν. Ὁρᾶς πῶς πανταχοῦ ὁ Δεσπότης στηλιτεύει καὶ θριαμβεύει τοὺς ἀσεβεῖς, ὅπως ἡμεῖς μὴ πλανηθῶμεν; Ἡ τῆς ἀφράτου συγκαταβάσεως ὡς τῆς ἀνεϊκάστου ἀγαθότητος. Τί ἀναποδώσομεν τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων τούτων; τί ἀπολογησόμεθα τῷ ἀρχιποιομένῳ; Ὡς ποιμένες καὶ συμποιομένες· ἰδοὺ γὰρ ὀλίγα ἐκ τῶν πολλῶν. Πῶς πανταχοῦ ἀσφαλιζόμενος ὁ Δεσπότης διὰ τῶν ἀχράντων Εὐαγγελίων βοᾷ· Βλέπετε, γρηγορεῖτε, προσέχετε, σπουδάσατε, ἀγωνίσασθε; Καὶ οὐ μόνον διὰ τῶν Εὐαγγελίων βοᾷ, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν θεοφόρων προφητῶν, καὶ τῶν θεολόγων μαθητῶν τὰ ὅμοια φθέγγεται· ἐν πᾶσι γὰρ αὐτοῖς λαλεῖ ὡς βούλει· καὶ μαρτυρεῖ μοι ὁ Παῦλος ἐν τῷ ἐν ἑμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ. Δεῦρο τοίνυν παραγάγωμεν εἰς μέσον τοὺς θεολόγους, καὶ ἀκούσωμεν ἐξ αὐτῶν τί περὶ αἰρετικῶν παραγγελοῦσιν ἡμῖν. Εἶπε, μακάριε Πέτρε, ἦν ἐμακάριον ὁ Κύριος Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· εἶπε ἡμῖν περὶ τῶν πλανώντων καὶ μελλόντων πλανῆν τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην, ἦν σοι παρέδωκε καὶ ἐπίστευεν ὁ ἀρχιποιμῆν καὶ ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν ἡμῶν· εἶπε, ὅσα σοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐχορήγησεν, καὶ στήριξόν σου τὴν ποίμνην· δεῖξον ἡμῖν τοὺς κρυφίους λύκους, καθὼς ὁ καθηγητῆς σου Χριστὸς ὁ Κύριος. Πέτρος εἶπε· Τοῦτο πρῶτον γινώσκειτε, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμπαίκεται, κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας πορευόμενοι. Καὶ πάλιν λέγει· Καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκοντες, οἵτινες παρεισάξουσιν αἰρέσεις ἀπώλειας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς Δεσπότην ἀρνούμενοι. Καὶ πολλοὶ ἐξακολούθησουσιν αὐτῶν ταῖς ἀσελῆσαις· οἷς τὸ κρίμα οὐκ ἀργεί, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει· κατάρας τέκνα, καταλείποντες τὴν εὐθειαν ὁδόν. Ταῦτα Πέτρος ἐφθέγγετο, Πέτρος ὁ μακάριος ἀληθῶς, Πέτρος τῆς πίστεως ἡ πέτρα, ἐφ' ἧς ὑποδόμησεν ὁ Χριστὸς τὴν Ἐκκλησίαν, Πέτρος ὁ τὰς κλαῖς τῶν οὐρανῶν κατέχων, Πέτρος ὁ κατὰ κυμάτων πεζεύσας, ὁ θερμὸς ἐραστής τοῦ Δεσπότη Χριστοῦ, ὁ τὸν Σίμωνά τὸν μάγον ἐν τῇ Ῥώμῃ ῥίψας, ὡς κορυφαῖος καὶ πρῶτοστάτης τὸν πρῶτον ληστὴν καὶ μαθητὴν τοῦ διαβόλου ἐν ταῖς αἰρέσεσιν. Ἰωάννης εἶπεν· Φανερά ἐστί τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου. Ὁρᾶς, πῶς ἐν πᾶσι τοῦτοις ὁ Χριστὸς λαλεῖ; Καὶ γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις τὰ ὅμοια εἶπε πρὸς αὐτοὺς, ὅτι Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὁμῶν τοῦ διαβόλου ἐστέ. Οἶδα πολλοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐπλασεν (χωρὶς γὰρ Θεοῦ, λέγοντες, ἐγένετο οὐδὲν), μὴ νοοῦντες μήτε ἀ λέγουσι, μήτε περὶ ὧν διαθεβαῖονται. Ὅτι με γὰρ ὁ Θεὸς ἔκτισε, σύμφημι καγὼ· ἀλλ' ἔκτισεν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, ἵνα ἐν αὐτοῖς ἐπακολούθησωμεν, καὶ γενώμεθα τέκνα τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως.

8. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. Ἰωάννης λέγει· Καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασι· καὶ πάλιν, Βλέπετε ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ ἀπολέσητε ἀ ἐργάσασθε· ὅτι πολλοὶ πλάνοι εἰς τὸν κόσμον ἐξήλθον. Ἀγαπητοί, μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα εἰ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐστίν· ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφήται εἰς τὸν κόσμον εἰσεληλύθησαν. Καὶ πάλιν λέγει· Εἰ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδασχὴν οὐ φέρει μεθ' ἑαυτοῦ, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἶκον, καὶ χαιρεῖν αὐτῷ μὴ λέγετε. Ὁ γὰρ λέγων αὐτῷ χαιρεῖν, κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ τοῖς πονηροῖς. Καὶ πάλιν, Πῶς ὁ παραβαίνων, καὶ μὴ μένων ἐν τῇ διδασχῇ τοῦ Χριστοῦ, Θεὸν οὐκ ἔχει. Ταῦτα Ἰωάννης ἡμῖν παραινεῖ, Ἰωάννης ὁ υἱὸς τῆς βροντῆς, ὁ ὑπὲρ πάντας ἄγιους ἡγαπημένος. ὁ στηρίξας τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαν, καὶ ἐμφράξας τὰ τῶν αἰρετικῶν στόματα τῇ θεολογίᾳ. Ἰάκωβος εἶπεν· Ὅς ἐὰν δοκῇ φίλος αὐτῶν εἶναι, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. Ἀκούσατε, πάντες

οἱ τοῖς αἰρετικοῖς συνεσθιόντες, ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν· ὅτι τοῦ Χριστοῦ ἐχθροὶ ἐστέ. Οὐδὲ γὰρ ὁ τοῖς ἐχθροῖς τοῦ βασιλέως συμφιλιάζων, δύναται τὸν βασιλέως φίλος εἶναι· ἀλλ' οὐδὲ ζωῆς ἀξιοῦται, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἐχθροῖς ἀπολεῖται, καὶ τὰ χεῖρονα ὑπομένει. Ἰούδας Ἰακώβου εἶπεν· Παρσισέδυσάν τινες ἄνθρωποι οἱ ἐκπαλαί προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέτετε εἰς ἀσέλῆσιαν, [77] καὶ τὸν μόνον Δεσπότην καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι. Καὶ πάλιν λέγει· Ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἔσονται ἐμπαίκεται, κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. Οὗτοι εἰσι οἱ ἀφθῶς ἑαυτοὺς ποιμνιόντες, νεφέλαι ἄνυδροι, παντὶ ἀνέμῳ περιφερόμενα, ἀστέρεις πλανήται, οἷς ὁ ζέφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα ἐστῆρηται. Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων παραινεῖ ἡμᾶς Ἰούδας ὁ καλός. Δεῦρο λοιπὸν, Παῦλε, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, εἰπέ ἡμῖν καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν σοι παρὰ τοῦ Θεοῦ, εἰπέ ἡμῖν περὶ τοῦ ἐνεστώτος πονηροῦ αἰῶνος· σφάλλωσον τοὺς κρυφίους λύκους, θριάμβευσον καὶ στηλιτεύσον τοὺς κλέπτας τῆς ἁγίας ποίμνης τοῦ Θεοῦ. Παῦλος εἶπεν· Οἶδα ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἀφιελίαν μου λύκοι βραβεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου. Ὁρᾶς πανταχοῦ τοὺς θεολόγους συμφωνοῦντας τῷ Διδασκάλῳ περὶ τῶν ἀθέων αἰρετικῶν, κύνας αὐτοῦς καὶ λύκους προσαγορεύοντας; καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ φησὶν ὁ Παῦλος· Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κηκούς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν. Βλέπετε μὴ τις ὑμῶν ἐσται ὁ συλλαγωγὴν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης. Βλέπετε ἀκριβῶς πῶς περιπατεῖτε, ὅτι αἱ ἡμέραι πομπῆς εἰσι. Τίς ἐξεῖ ἀπολογίαν ἀμελείας, ἀκούων τὰς τοσαύτας παραγγελλίας; Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· Μὴ παραδέχεσθε αἰρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νοθεσίαν· καὶ πάλιν, Διδαχαῖς κοικιλίαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε· καὶ πάλιν, Αἰρετικοὶ ἄνθρωποι προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι· καὶ ἀλλαχοῦ, Τοῖς μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν κωιδρόν. Ἀκούσατε πάλιν, οἱ τὰς ἀγάπας μετ' αὐτῶν ποιοῦντες· πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐπερχομένης ἐφ' ὑμᾶς, οἱ τούτοις συμμεινόμενοι ἐν βρώσει, ἐν πόμασι; πῶς τοιμάτε προσελθεῖν τοῖς θεοῖς μυστηρίους καὶ φρικτοῖς τοῦ Χριστοῦ; ἢ οὐκ ἠκούσατε τοῦ μακαρίου Παύλου βουόντος, ὅτι Οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πιεῖν, καὶ ποτήριον δαιμόνων· οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων. Ἐξέλθετε ἐκ μέσον αὐτῶν, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἄπτεσθε. Ἄρα δυσωπήσωμεν ὑμᾶς; ἢ εἰς κενὸν κοπιῶμεν καὶ εἰς ἀέρα λαλοῦμεν; Πλὴν διὰ τοὺς ἔλθοντας καὶ σπουδάζοντας ἀκούειν τὸν λόγον καὶ ποιεῖν, οὐκ ἀποκνήσω, οὐκ ἀποστήσομεν τῶν βημάτων Παύλου, ἀλλὰ πάλιν ταῦτα ἐρῶ· ἀκούσατε, Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; Πῶς εἰσι οἱ θρασύστομοι, οἱ λέγοντες, μὴ εἰρησθαί ταῦτα ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς· Ὅν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχρῇ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες; Ταῦτα ὁ Παῦλος παρακαλεῖ τὰ διδάσκει καὶ παραινεῖ, Παῦλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸ ἔρκιον τῆς Ἐκκλησίας, ὁ πολυάθλος καὶ γενναῖος, Παῦλος ἡ θεόφθογος λύρα, ὁ Χριστοῦ κήρυξ, ὁ συγγραφεὺς τῶν δογμάτων, ἡ σάλπιγξ τοῦ Λόγου, ὁ ῥήτωρ τῆς εὐσεβείας, ἡ τῶν ἔθνων σαγήνη. Καὶ οἱ μὲν μακάριοι θεολόγοι ταῦτα καὶ πλείονα τούτων περὶ ἀθῶν καὶ ἀπίστον ἐφθέγγαντο· οἱ δὲ προφήται προηγούμενοι ἐκπαλαί τὰ ὅμοια ἐφθέγγαντο· ἀναγκαῖον γὰρ καὶ τοῦτους εἰς μέσον ἀγαγεῖν. Εἶπεν ὁ προφήτης Δαυὶδ· Οὐκ ἐστὶν ἐν στόματι αὐτῶν ἀλήθεια. Καὶ πάλιν λέγει· Κύριε, οὐχὶ τοὺς μισούντας σε ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς σου ἐξετεχνόμησ; Τέλειον μῖσος ἐμίσων αὐτοὺς, καὶ εἰς ἐχθρὸν οἷς ἐγένοντό μοι. Καὶ ὁ Σολομὼν λέγει, ὅτι Δυσσεβοῦντες ὑποκρίνονται εὐσεβείαν. Καὶ πάλιν λέγει· Γιῆ, μὴ σε

7. 18). Omnis quippe arbor ex fructu suo cognoscitur. Sic et vos ex fructibus ipsorum cognoscetis eos : et cum cognoveritis eos, ne recipiatis illos domi, ne slectamini, neque dignemini loqui cum illis : ne projiciatis margaritas vestras ante illos, sed cavete a fermento eorum, hoc est, ab heresi eorum. Ne o vestrum deficiat, vel perfunctorie audiat : Deus enim est qui loquitur. Audite, pastores, vocem Principis pastorum : audite, quomodo occultos lupos detegat, de ipsisque triumphet : audite et cavete vobis, et universo gregi. *Videte canes* (Philip. 3. 2), videte fures. Nam *Qui non ingreditur per ostium in ovile ovium, sed aliunde ascendit, fur est et latro* (Joan. 10. 1). Rursusque de illis ait : *Qui non est mecum, contra me est* (Matth. 12. 30). Iterumque sic illos alloquitur : *Vos ex patre diaboli estis* (Joan. 8. 44). *Vae vobis, quia clauditis regnum caelorum ! ipsi enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare* (Matth. 23. 13). Et alibi rursum : *Vos non estis ex ovis meis* (Joan. 10. 26). Viden' quo pacto Dominus impios ubique traducat, deque ipsis triumphet, ne nos seducamur ? O ineffabilem indulgentiam ! o inestimabilem benignitatem ! Quid retribuemus Domino pro his omnibus ? quomodo nos purgabimus Principi pastorum ? O pastores, et compastores ! En pauca ex multis. Quomodo nos undique muniens Dominus per immaculata clamat Evangelia : Videte, vigilate, cavete, attendite, decertate ? Nec modo per Evangelia clamat, sed etiam per deiferos prophetas, et per theologos discipulos similia dicit : in omnibus quippe illis ut vult loquitur ; testisque est mihi Paulus, dicens : *Qui in me loquitur Christi* (2. Cor. 13. 3). Age ergo theologos in medium producamus, et ab iis audiamus quid nobis circa haereticos praecipiant. Dic, beate Petre, quem beatum praedicavit Dominus Deus noster Jesus Christus (Matth. 16. 17) : loquere nobis de seductoribus, qui gregem Christi seductores sunt, quem tibi tradidit et credidit Princeps pastorum, et Episcopus animarum nostrarum : dic ea, quae tibi Spiritus sanctus largitus est, et confirmata gregem tuum : ostende nobis occultos lupos, ut fecit et Doctor tuus Christus Dominus. Petrus dixit : *Hoc primum scitote, quod venient in novissimis diebus illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes* (2. Pet. 3. 3). Rursusque ait : *Et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, et eum, qui emit eos, Dominum negant. Et multi sequentur eorum luxurias ; quibus judicium non cessat, et perditio eorum non dormitat* (Ibid. 2. 1-3) ; *maledictionis filii, derelinquentes rectam viam* (Ibid. v. 14. 15). Hæc Petrus loquitur est ; Petrus vere beatus, Petrus fidei petra, super quam edificavit Christus Ecclesiam, Petrus qui claves regni caelorum tenet, Petrus qui supra fluctus ambulavit (Matth. 16. 18. 19), fervens amator Domini Christi, qui Simonem magum Romæ prostravit, ut coryphaeus et primus defensor, primum latronem et in haeresibus diaboli discipulum dejecit. Joannes dixit : *Manifesti sunt filii diaboli* (1. Joan. 3. 10). Viden' quomodo in omnibus illis Christus loquitur ? Nam in Evangeliiis similia dicit illis : *Vos ex patre vestro diabolo estis* (Ibid. 8. 44). Scio multos objicere, ipsos quoque a Deo efformatos esse (nam sine Deo, aiunt, factum est nihil), non intelligentes nec quæ dicunt, nec de quibus affirmant. Nam quod me Deus creaverit, ego quoque concedo ; sed creavit ad opera bona, ut in ipsis perseverarem, et per rectam fidem filii Dei efficiamur.

4. Sed ad propositum revertamur. Joannes dicit : *Et nunc Antichristi multi facti sunt* (1. Joan. 2. 18) ; ac rursum : *Videte vosmetipsos, ne perdati quæ operati estis : quoniam multi seductores exierunt in mundum* (2. Joan. 8. 7). *Carissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt : quia multi pseudoprophetae in mundum intraverunt* (1. Joan. 4. 1). Ac rursum dicit : *Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non afferit, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi, ave, communi-*

*cat operibus illius malignis* (2. Joan. 10. 11) ; et rursum : *Omnes qui recedit, et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet* (2. Joan. 9). Ilis Joannes nōs hortatur, Joannes filius tonitruum, qui plus quam omnes sancti dilectus fuit, qui firmavit Ecclesiam a terminis usque ad terminos orbis, qui theologia sua haereticorum ora obstruxit. Jacobus dixit : *Si quis videatur amicus eorum esse, inimicus Dei constituitur* (Jac. 4. 4). Audite omnes, qui cum haereticis comeditis, amarum sententiam : quod Christi inimici sitis. Neque enim is, qui cum regis inimicis amicitiam init, potest esse regis amicus ; imo neque vita dignus habetur ; sed cum inimicis peribit, et deteriora patietur. Judas Jacobi dixit : *Subintroierunt quidam homines, qui olim praescripti sunt in hoc judicium, impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, et solum Dominatorem et Dominum Jesum Christum negantes* (Judæ 4). Rursusque dicit : *In novissimo tempore erunt quidam illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus* (Ibid. v. 18). *Hi sunt, qui sine timore semetipsos pascunt, nubes sine aqua, quæ omni vento circumferantur, sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est in æternum* (Ibid. v. 12. 13). Hæc et plurima nos admonet præclarus ille Judas. Huc demum accede, Paulus, vas electionis ; dic et ipse nobis secundum gratiam, quæ data est tibi a Deo ; dic nobis de instante sæculo malo : occultos lupos detege, de raptoribus sacri gregis Dei triumphat. Paulus dixit : *Scio quia intrabunt post discessionem meam lupi graves in vos non parcetes gregi* (Act. 20. 29). Viden' ubique theologos cum Magistro concordantes circa impios haereticos, quos canes atque lupos vocant ? ut etiam alibi ait Paulus : *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem* (Philipp. 3. 2). *Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam et vanam fallaciam* (Col. 2. 8). *Videte quomodo caute ambuletis : quoniam dies mali sunt* (Ephes. 5. 15. 16). Quis poterit de negligentia excusari, cum tot tantaque monita audiat ? Et alibi rursum : *Haereticum hominem post unam et secundam correptionem devota* (Tit. 3. 10) ; et rursus : *Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci* (Hebr. 13. 9) ; et iterum : *Haeretici homines proficient in pejus, errantes et in errorem mittentes* (2. Tim. 3. 13) ; et alibi : *Coinquinatis et infidelibus nihil est mundum* (Tit. 1. 15). Audite rursum, qui agapas cum illis facitis (a) : quomodo effugietis iram vos invadentem, qui cum his in cibo et potu commaculamini ? quomodo audetis accedere ad divina et tremenda Christi mysteria ? nonne audistis beatum Paulum clamantem : *Non potestis calicem Domini bibere, et calicem daemoniorum : non potestis participare mensæ Domini, et mensæ daemoniorum* (1. Cor. 10. 20. 21). Exite de medio ipsorum, et immundum non tangatis. Num vobis persuadebimus ? num frustra laboramus, et in acrem verba fundimus ? Attamen eorum gratia, qui volunt et dant operam ut audiant et faciant, non segnis ero, neque a verbis Pauli discedemus, sed rursum hæc dicam : Audite : *Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim societas luci ad tenebras* (2. Cor. 6. 14) ? Ubinam sunt audaces illi, qui negant hæc dici in divinis Scripturis : *Quorum deus venter est, et gloria in confusione, qui terrena sapiunt* (Philipp. 3. 19). Hæc admonet Paulus, hæc dicit et prædicat : Paulus vas electionis, Ecclesiae sepes, certator ille strenuus ; Paulus lyra Deum resonans, Christi præco, dogmatum scriptor, tuba Verbi, orator pietatis, gentium sagena. Et quidem beati illi theologi hæc et plura de impiis et infidelibus dixerunt : prophetae vero prius et jam olim similia loquuti sunt : necessarium enim est hos quoque in medium adducere. Dixit David propheta : *Non est in ore eorum veritas* (Psal. 5. 10) ; et rursum : *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam ? Perfecto odio oderam illos, et inimici facti sunt mihi*

(a) Agapæ, ut nemo nescit, erant convivia fraterna inter Christianos instituta ; atque etiam pro alimento pauperibus suppeditato accipiebantur.

(Psal. 138. 20-21). Salomon quoque dicit: Impii simulant pietatem. Iterumque dicit: *Fili, ne te seducant viri impii, neque ambules in via cum eis* (Prov. 1. 10. 15). Isaias vero propheta, imo Dominus per prophetam dicit: *Filios genui et exaltavi, ipsi autem spreverunt me* (Ibid. 1. 2); et rursum: *Non est gaudendum impiis, dicit Dominus* (Isai. 48. 22).

5. Num hæc satis sunt? an omnes prophetas in medium proferam? Verum hæc sufficiunt iis, qui audire volunt. Nam qui dicitis non attendit, neque pluribus persuadetur. Sed adhuc aliquantulum Davidis dicta versemus; et videamus quomodo traducat occultum illorum dolum ac de illo triumphet, dicatque: *Non est in ore eorum veritas; cor eorum vanum est* (Psal. 5. 10); etc. Vide autem prophetæ prudentiam, quomodo traducit ac detegit triumphantis more heterodoxos, ne nos seducamur. Audite, orthodoxi, et cum hæreticis ne consentiatis. Audite, pastores, exhorrescite, et ne sileatis, sed prædicite verbum; ne detis locum diabolo, ne lupis prædam. Imitamini beatum Petrum apostolum, qui execrando Simone Romæ blasphemante ac dicente, se esse Virtutem Dei, ne vel una hora tacuit, aut distulit; sed postquam illum confutasset, mendacem ostendisset, furem et Deo adversarium, perniciem illum tradidit. Similiterque illius, imo potius diaboli filium Montanum, execrandum illum, impurum et impium, cum duabus meretricibus, magna cura et studio convictum, ac Dei hostem, pseudochristum et pseudopphetam demonstratum Apostolus (a) compressit, et os ejus impurum in nomine Christi obstruxit, ac sine ulla mora vel dilatione blasphemiam ejus prostravit. Sic et vos, pastores, facite, et nolite communicare impuris tenebrarum operibus; sed potius confutate illos, ut fecerunt apostoli et Dei pater David, qui multos hujusmodi suscepit labores, multa certamina, confutavitque ipsos, corripuit, traduxit, Deum adversus illos precatus est dicens: *Usquequo peccatores, Domine, usquequo peccatores gloriabuntur? Disperge illos in virtute tua. Da illis, Domine, secundum opera eorum: quoniam non intellexerunt opera tua, Domine* (Psal. 95. 3. et 58. 12. et 27. 4. 5). *Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges* (Ibid. 72. 20). Rursus David has preces Domino emittit, ut ipse descendens petitionem suam impleat clamans et dicens: *Domine, inclina cælos, et descende, Domine, ne moreris. Cito anticipent nos misericordiae tuæ, Domine* (Ibid. 143. 6. et 69. 6. et 78. 8). Quid vero benignissimus Deus, qui vult omnes homines salvos esse, et ad agnitionem veritatis venire, quia prope est omnibus invocantibus eum in veritate? Non spernit neque despicit deprecationem sanctorum, sed *Inclinavit cælos, et descendit* (Psal. 17. 10), et omnia ad salutem generis nostri dispensavit, omniaque monstravit opere et doctrina. Deinde, ut ostenderet quo pacto ii, qui futuri erant Ecclesiarum præfecti hæreticos profligaturi essent, flagellum fecit ex funiculis, et ingressus omnes ejecit de templo, et expulit persequentisque est, dicens: *Domus mea, domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum* (Matth. 21. 13). Audite, Ecclesiarum præsidēs. Vobis enim id quod rectum erat ostendit, ut sequeremini vestigia ejus, intenti undique, ut lupos pellatis, gregemque custodiatis. Deinde omnibus foras ejectis, iis nempe qui contraria sentiebant, eorum desolationem et exterminationem per generationes futuram prædixit dicens: *Ecce relinquetur domus vestra deserta* (Ibid. 23. 38). Vide quomodo sermones completi sunt. Nam Ecclesiae inimici et insidiatores,

(a) Longe errat hic quisquis sit Græculus, qui Montanum ab Apostolo, sive de Petro sive de Paulo hæc vox intelligatur, confutatum et prostratum dicit. Nam integro pene sæculo post Petri et Pauli martyrium Montanus hæresin prædicare cepit, anno 19 Antonini Pii, inquit Epiphanius, p. 402. Duæ autem illæ, quas *μερetricες* seu meretrices appellat, erant Priscilla et Maximilla, de quibus pluribus agit Epiphanius ibidem.

hæretici nempe, per singulas generationes perniciem traduntur, secundum sermonem Domini qui dixit: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus, eradicabitur* (Matth. 15. 13). Id quod etiam factum est. Ipse namque primus hoc fecit et monstravit: post ejus autem in cælos assumptionem, beati apostoli aciem instruxerunt adversus eos. Post illos, divina illorum dogmata Ecclesie doctores synodi suis temporibus collectæ, hos in hæresi pertinaces, eradicatos perniciem tradiderunt secundum illud: *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium* (Psal. 5. 7). Itaque omnes defecerunt et perierunt propter iniquitatem suam. Ubi namque sunt, qui Ecclesiam olim oppugnarunt, reges, principes et sapientes? nonne dissipati sunt et perierunt, atque ad nihilum redacti sunt?

6. Ubi enim superbia et ferocia Judæorum? ubi Simon magus, in hæresi primus discipulus et præcursor Antichristi? ubi mala illius proles, ac furoris lasciviaque ejus successor Montanus, malorum autesignanus, cum duabus meretricibus, ipsorumque mysteriis, ut vocabant, quæ alto sunt silentio digna, abominanda et impura: de quibus Apostolus dicebat: *Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere* (Eph. 5. 12) Ubi Marcion, ubi Valens, ubi Manes, ubi Basilides, ubi Nero, ubi Julianus, ubi Arius, ubi Nestorius, ubi omnes veritatis adversarii, de quibus clamabat Ecclesia: *Circumdederunt me canes multi* (Psal. 21. 17)? Nonne omnes perierunt? Dissipati namque sunt propter blasphemiam suam, et expulsi sunt quasi lupi. Invenierunt enim antagonistas, strenuos bellatores, verosque pastores, qui tum Ecclesiis præerant, beatos viros. Cæterum magnum perspicio inter illos olim et hodiernum pastores discrimen. Illi bellatores, hi transfuge: illi librorum et dogmatum cultores, hi vestium atque mercium. Hi utpote mercenarii oves relinquunt et fugiunt; illi animam suam pro ovibus posuerunt, bonum imitati Pastorem. O beatos viros, quorum nomina sunt in libro vite; quos horruerunt demones, formidarunt hæretici; *Et obstructum est os loquentium iniqua* (Ibid. 62. 12). Loquar igitur ego similia iis, quæ David cum luctu dicebat: *Ubi sunt misericordiae tuæ antiquæ, Domine* (Psal. 88. 50)? Dicam et ego cum lacrymis: Ubi est beatus ille chorus episcoporum et doctorum, qui instar luminarium in mundo fulserunt verbo vite instructi? Quid autem vetat quominus illos in medium adducam, saltem ex multis paucos? nam vel ipsos commemorare sanctitatem affert anime. Ubi est Evodius, bonus odor Ecclesie, atque apostolorum successor et imitator? ubi Ignatius Dei habitaculum? ubi Dionysius volucris cæli? ubi Hippolytus dulcissimus et benignissimus? ubi Basilius magnus, et pene par apostolis? ubi Athanasius ille sanctus, et virtutibus opulentus? ubi Gregorius alter theologus (a), invictus Christi miles, ejusque cognominis? ubi Ephrem ille ingens, afflictorum consolatio, juvenum pædagogus, poenitentium ductor, contra hæreticos gladius, Spiritus receptaculum, vas virtutum? Viden' quantum sit interval- lum, quanta differentia inter beatos sanctosque viros illos, et eos qui nunc in vivis sunt? Novi et alios quoque divinos doctores; sed hi jam satis sint. Illi animam suam, ut diximus, posuerunt pro ovibus; hi vero dimissis ovibus fugerunt: illi potentes et in opere et in sermone; hi potentes opibus et possessionibus equorum et mulorum, agrorum, gregum, coquorum et splendidæ mensæ. Horum illi nocte dieque magnam curam gerunt; rationalis autem gregis nullam habent rationem: de qua tamen ratio exigetur in magno judicii die. Deinde si quis de libris illos interroget, respondet: Pauper sum, nec possum libros emere. Deinde prodeunt, non ut pauperes, sed cum splendidis vestibus, penis marsupiiis, colla

(a) Primus Theologus Græcis est Joannes Apostolus, secundus Theologus est Gregorius Nazianzenus.

*πληρώσωσιν ἄνδρες ἀσεβεῖς, μηδὲ πορευθῆς ἐν ὁδῷ μετ' αὐτῶν.* Ἡσαίας δὲ ὁ προφήτης, μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος διὰ τὸν προφήτην λέγει· *Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δὲ με ἠθέτησαν·* καὶ πάλιν, *Οὐκ ἔστι χιψρεῖν τοῖς ἀσεδέσι, λέγει Κύριος.*

num relaxare: quid enim damni affert cithara, quid reliqua instrumenta? O summam stultitiam! o malam diaboli cogitationem! Generatio mala et adultera, hocce Domino retribuitis? Immaculatus Dominus ubique præcipit, ne Christianis unquam his se dedat ludicris; et tu dicis, Quid hæc afferunt damni? *Væ qui dicunt amarum dulce: vae qui ponunt tenebras lucem (Isai. 5. 20)*. Dicant vero nobis immorigeri illi, ex quam Scriptura ostendere possint Christiano licere hanc sectari formam? quis sanctorum liber, quæ Evangelia docuere Christianos ita turpiter agere? Ecce Catholica et Apostolica Ecclesia, ab oriente usque ad occidentem, a terminis orbis terrarum clamat, docet, hortatur per legem, per prophetas, per apostolos, perque ipsum Dominum; et nusquam reperies Christiano licere talibus operam dare nugis. Quot sunt reges et principes, sapientes, nobiles, illustres, legisperiti, servi et liberi, pauperes et divites, senes et juvenes? equis illorum omnium possit probare et ostendere, quod Christianis liceat cithara ludere, aut tripudiare, aut simile quidpiam facere? Nullus certe id ostendere possit. Nemo vos seducat: hæc non sunt Christianorum: hæc aliena sunt a Catholica Ecclesia: hæc omnia gentiles faciunt. Nemo, fratres mei, vos seducat: quotquot in his versamini, a gratia excidistis: Christus nihil vobis proderit. Redeamus iterum ad primam et pulchram confessionem, ad quam vocati sumus in conspectu multorum testium, angelorum, hominum, et Creatoris universorum. Ipse namque schedulam confessionis nostræ retinet in celo, ut reddat unicuique secundum opera sua, et prout confessionem servavit. Uniuscujusque enim nostrum scripta sunt et pacta, et abrenuntiatio diabolo, et fœdus cum Christo initum, nostra quoque opera et gesta, verba, cogitationes, ludi, cachinnus: omnia descripta habens venturus est Christus. Quid denique vis? mentiri illi? Id fieri nequit: in manu quippe ejus et tu et verba tua sunt. Sed vis occultari? Verum non potes, quia in manu ejus sunt fines terræ: *Neque est creatura invisibilis in conspectu ejus; sed omnia nuda et aperta sunt oculis ejus (Hebr. 4. 13)*; neque occultari poteris a facie ejus. Si ascenderis in caelum, illic ipse est; si descenderis in abyssum, illic adest (*Psal. 139. 8*). Scriptum est enim: *Omnia, quæcumque voluit, Dominus fecit in celo et in terra, in mari et in omnibus abyssis (Ibid. 154. 6)*. Quid ergo faciemus, fratres? Angustiae nos tenent undique: *Ipse enim novit abscondita cordis (Ibid. 43. 22)* et renes. Fugere non licet: neque enim est, qui nos eruat de manibus ejus (*Isai. 43. 13*). Abscondi nemo potest; gyrum enim terræ, et omnes habitantes in illa quasi locustas tenet (*Ibid. 40. 22*). Resistere non possumus, sicut scriptum est: *Tu terribilis es, et quis resistet tibi (Psal. 75. 8)*? Ipse namque dominatur caelestibus, terrestribus et infernis, qui debet destruere omnem principatum et potestatem et virtutem. Excusatio nulla est, nec obtentus, neque consilium. Ideo a finibus usque ad fines terræ divina Scriptura clamat, hortatur, arguit, monet, testificatur, comminatur. Quapropter Dominus noster ait: *Qui despicit me, et non accipit verba mea, ego non judico illum: sed sermo, quem loquutus sum, judicabit illum in novissimo die (Joan. 12. 48)*. Rursumque dicit: *Si non venissem et loquutus fuisset eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo (Ibid. 15. 22)*. Audistis quod nemo excusationem habeat. Profecto, fratres, angustiae nobis sunt undique.

11. Sed respondebit quispiam: Satis nos sermone tuo tetigisti, tristitia exhibuisti, supplicia commemorasti, cruciatus descripsisti, et supra modum percussisti ac terruisti. Scio utique rem ita se habere: novi unumquemque nostrum Deo rationem esse redditurum, messorumque quod seminavit, ac proprium onus portaturum esse. Verum ut hæc denuntiasti, et in medium adduxisti, nosque percussisti ac terruisti, salutis quoque modum nobis ostende; vulneri medelam adhibe: ut terribilia dixisti, sic gratiosa enarra. Ecce

salutem consequi volo, quid faciam ut consequar? quo utar modo? ad quem confugiam? Multa namque peccavi, operibus et dietis, volens et imprudens, nocte et die, et in quacumque hora. Quid ergo faciam? quomodo salutem consequar? ad quem confugiam? Ego tibi ad quem confugias dicam. Beatus David ostendit ad quem confugiendum sit, his verbis: *Deus noster refugium et virtus (Psal. 45. 2)*. Id ostendit et Joannes, major omnibus prophetis, dicens, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi (Joan. 1. 29)*. Hoc annuntiavit et angelus, dicens: *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum (Math. 1. 21)*; ac rursus propheta David dicit: *Domine, ad te confugi (Psal. 142. 9)*. Ad illum et tu confuge, qui dixit: *Non veni vocare justos, sed peccatores (Math. 9. 13)*; qui dixit: *Non egit qui sani sunt medico, sed qui male habent (Luc. 5. 31)*; qui dixit: *Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum caelorum (Math. 3. 2)*; qui ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos (Ibid. 11. 28)*; qui dicit: *Potestatem habet Filius hominis super terram dimittendi peccata (Math. 9. 6)*; qui dicit: *Eum, qui venit ad me, non ejectionem foras (Joan. 6. 37)*; qui per prophetam dixit: *Vivo ego, quia nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat (Ezech. 33. 11)*; qui dixit: *Faciet vindictam clamantium ad se die ac nocte (Luc. 18. 7)*; qui dixit: *Gaudium est in celo super uno peccatore pœnitentiam agente (Ibid. 15. 7)*. Ad hunc confugito, pœnitentiam agens et lacrymans. Pœnitentiam age, et ne differas: pœnitentiam age, et ne animo deficias neque desperes, cum salutis pharmaca habeas. In celo gaudium est te pœnitente, et tu torpescis? angeli exsultant, et tu dormitas? propter te Medicus animarum advenit, et tu vulnus occultas? ipse clamat: *Convertimini ad me, filii hominum, venite ad me; et tu non festinas? ipse clamat: Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam (Math. 9. 13)*. O benignitatem Domini inæstinabilem! *Non veni vocare justos, inquit, sed peccatores*. Confide ergo, o peccator, et ne desperes. Te namque bonus Pastor vocatum venit; propter te inclinavit caelos, et descendit, dicens: *Venite ad me omnes qui onerati estis: non enim veni vocare justos, sed peccatores (Id. 11. 28)*. Vide autem, ne segnior evadas ex hoc sermone, audiens ejus ineffabilem clementiam: neque enim simplicem vocationem dixit, sed addidit, *Ad pœnitentiam*. *Non enim, inquit, veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam*: non ad risum, sed ad lacrymas; non ad turpia verba, sed ad Deum glorificandum; non ad prandia et cœnas et ebrietatem, sed ad jejunium, vigiliam et lacrymas; non ad choreas saltantium et citharas et cantilenas, sed ad luctum, tribulationem et angustias, dicens: *Beati qui lugent et flent (Id. 5. 5)*, scilicet peccata sua. Incipe ergo pœnitentiam agere: pone principium tantum, et Deus pœnitentium tecum operabitur, te roborabit, et gratiam multam invenies, eritque in te super mel et favum. Multæ viæ vitæ, sicut scriptum est, et multi modi salutis: quo volueris modo, salutem consequere. Si possis, da elemosynam; si non possis, id Deus non requirit. Non habes panem, non habes vestimentum? Genua flecte, pectus tunde, funde lacrymas, ingemisce, luge, extende manus tuas ad caelum, oculos ad Dominum attolle, jejuna, vigila. Hæc omnes possunt homines, nec negare valent: hæc studeas semper Deo offerre. Verum hæc cum discretione fiant oportet, ne inutiliter curras, et in vanum defatigeris.

12. Has itaque virtutes exercens, et Deo pœnitentiam offerens, observa diligenter et scrutare, nam inimicitiam adversus aliquem habeas, ne studium tuum in vanum abeat; sed, ut dixit apostolus Paulus, *Cum timore et tremore salutem nostram operantes (Philipp. 2. 12)*; et Christi præceptum servantes, qui dicit: *Si dimiseritis hominibus peccata sua, dimittet et Pater vester caelestis peccata vestra (Math. 6. 14)*. Si ergo Deum toto corde precaris, nec risui et fastui deditus es, hoc ejus præceptum servato, et si

quid contra quempiam habeas, dimitte illi. Vis dimitti tibi peccata? Dimitte tu proximo. Si tu non dimittas fratri tuo peccata, neque tua tibi Dominus dimittet; dixit enim: *Nisi remiseritis hominibus peccata sua, neque Pater vester caelestis remittet vestra* (Math. 6. 15). Novimusque omnes ipsum non mentiri: verax enim est et fidelis in omnibus verbis suis. Paratus igitur esto, exspectans quotidie eum, qui repetet animam tuam. Ne hodie poenitentiam agas, et cras agere obliviscaris: ne hodie fleas, et cras choreas agas: ne hodie jejunes, et cras ebrius a multis exporteris: ne hodie vigiles, et cras concidas; sed salutem cura tuam, ut coroneris. Ne virtutem adulteres, ne laborem refugas, ne coronis priveris. Omne gaudium hujus sæculi odio habeas, necnon gloriam ejus; et dic cum Davide: *Iniquitatem odio habui et abominatus sum, legem autem tuam dilexi. Ab omni via mala prohibui pedes meos. Juravi et statui, ut custodiam mandata tua* (Psal. 118. 163. 101. 106). Cura semper ut paratus sis, ut cum venerit is qui repetet animam tuam, te in poenitentia paratum inveniat: et ego promitto tibi, quod te ab iis qui salutem nacturi sunt, non te segregaturus sit. Serva semper Domini mandatum illud: *Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem* (Math. 26. 41). Rursumque ait: *Estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet* (Id. 24. 44). Audi quoque Apostolum dicentem: *Sine intermissione orate* (1. Thess. 5. 17). Cogitate quid sit illud, *Sine intermissione*; id est, semper, in omni tempore, nocte et die, vespere, mane et meridie, atque omni hora; sive opereris sive iter agas, sive gregem cures sive terram sulces, sive decumbas sive e lecto surgas. Ne expectes Dominicam, vel festum, aut loci differentiam. Deus enim non loco circumscriptur: nam *In manu ejus sunt fines terræ* (Psal. 94. 4). Ideo propheta David per singulos dies et noctes orans, non expectabat diem, nec loci discrimen, sed lacrymans dicebat, suam hortans animam: *In omni loco dominationis ejus, benedic, anima mea, Dominum* (Psal. 102. 22). Et tu, carissime, ne expectes horam, aut diem, aut loci discrimen; sed, ut supra dictum est, in omni loco, et in domo tua precare: in ecclesia quoque precare, et quocumque in loco sis precare, in omni loco domi-

nationis Dei. *Auribus percipite omnes qui habitatis orbem, simul in unum dives et pauper* (Psal. 48. 2. 3), sive mas, sive femina, sive turba, juvenes et virgines, senes cum junioribus, reges terræ et omnes iudices terræ, audite id quod scriptum est: *Tempus breve est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint* (1. Cor. 7. 29). *Abnegemus Impietatem et sæcularia desideria; sobrie et juste et pie vivamus in hoc sæculo, in futuro expectantes beatam spem et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi* (Tit. 2. 12. 13). Mementote mei semper, fratres, et servate traditiones quas accepistis a beatis viris, a prophetis, ab apostolis, et a Domino universorum. In exemplum afflictionis et perseverantiæ habeatis prophetas; patientiæ, Jobum; castitatis, Josephum; discretionis, Danielem; caritatis, Dominum nostrum Jesum Christum, qui dedit semetipsum pro nobis; poenitentiae, Dei patrem Davidem. Hic enim nobis poenitentiae exemplar fuit, admonens et exhortans nos his verbis: *Venite, filii, audite me* (Psal. 33. 12); et ego vobis poenitentiae modum ostendam: quoniam ego aliquando lapsus sum, sed per poenitentiam surrexi: et agnosco Domini benignitatem; novi ipsum eos, qui sincere poenitentiam agunt, supinis manibus excipere: non potest enim Dominus mentiri. Audi enim illum dicentem: *Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita* (Ibid. 88. 35). *Nam cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt* (Math. 24. 35). *Semel juravi in sancto meo* (Psal. 88. 36): *Vivo ego, qui nolo mortem peccatorum* (Ezech. 33. 11). Audistis quod per semetipsum juraverit illi anator hominum. Ideo hortor omnes: *Venite, filii, audite me*: et dum tempus est nobis, festinemus, antequam veniat dies Domini magnus: *Præoccupemus faciem ejus in confessione. Venite, adoremus et procidamus ante Dominum, qui fecit nos* (Psal. 94. 2. 6). Quoniam ipse fecit nos, ipse *Misereatur nostri, et benedicat nobis; illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri* (Psal. 66. 2). Ipse namque est Deus poenitentium, ipse nos poenitentes recipit, ipse pascit: ipsi gloria et imperium et omnis gratiarum actio, Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## MONITUM

Ineptum nugacissimi Græculi opusculum, non sine nausea ad fidem duorum Codicum Mss. emendatum hic tandem proferimus: indignum, Tillemontii judicio, p. 393, quod legatur vel intelligatur. Erat certe ἰδιώτης, infacundus et linguæ Græcæ imperitissimus, qui talem opellam emisit, et Chrysostomo adscribere ausus est. Et tamen illam commentariis et notis illustrare conati sunt viri inter litteratos principes, Julius Cæsar Bulengerus et Claudius Salmasius; quia in comparatione illa inepta de circo visibili, quem ipse σωματικὸν vocat, cum circo intelligibili, sive πνευματικῷ, multas adhibet voces ad ludos cir-

## ORATIO DE CIRCO (a).

Stadium nobis hodie spirituale et cursus caelestis apertus est iis, qui ad spiritus spectaculum parati sunt; non secundum hominem de terra terrenum, sed secundum hominem spiritualem et caelestem: ubi currendum quidem est in terra, sed spectandum est cælum. Hoc tractandum suscepi, ut spectaculorum amantes redarguerem, qui spirituale salutis specta-

culum despiciunt, et corporalem<sup>1</sup> nequitiae hippodromum, seu potius satanodromum ipsi anteponunt. Tu vero, dilecte, diligenter potius tranquillum illum Ecclesiae hippodromum intueri, ubi Paulus decertat, non eripi et camporum orbis decurrens, sed a Jerosolyma usque ad Illyricum circumquaque evangelium pleno cursu prædicans (Rom. 15. 19): ubi Elias currum illum ducit, de quo dictum est: *Currus,*

(a) Collata cum Codice regio bombycino num. 2535, et cum altero exemplari Ms. recentiore, quod penes nos est.

<sup>1</sup> Duo Mss. legunt, *spiritualem*; minus recte.

Δαυδ· Ἄδικίαν ἐμίσησα καὶ ἐδεδουλόμην, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα· καὶ, Ἐκ πόσης ὁδοῦ πονηρὰς ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου. Ὁμοσα καὶ ἔστησα τοῦ σουλᾶξασθαι τὰς ἐντολάς σου. Σπουδάσων οὖν πάντοτε ἔτοιμος εἶναι, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ ἀπαιτῶν τὴν ψυχὴν, εὐρῆ σε ἔτοιμος ἐν τῇ μετανοίᾳ· καὶ γὰρ ἐγγυώμαι σοι, ὅτι οὐ μὴ σε χωρήσῃ τῶν σωζομένων. Τήρησον ἀεὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἐντολήν, τὸ, Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθῃτε εἰς πειρασμόν. Καὶ πάλιν λέγει· Γένεσθε ἔτοιμοι, ὅτι ἡ ὥρα οὐ δοκεῖτε, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Ἀκώσων καὶ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. Νοεῖτε τί ἐστὶ τὸ, Ἀδιαλείπτως· τοῦτέστι, πάντοτε, ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ ἐσπέρας καὶ πρωὶ καὶ μεσημβρίας, καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν, καὶ ἐργαζόμενος καὶ ὀδύων, καὶ ποιμαίνων καὶ ἀροτριῶν, καὶ κοιμώμενος καὶ ἀνιστάμενος. Μὴ ἀναμείνης Κυριακὴν, ἢ ἑορτήν, ἢ τόπου διαφορὰν. Οὐ γὰρ ἐν τόπῳ περιγράφεται τὸ Θεῖον· Ἐν γὰρ χεῖρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης Δαυδ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα προσευχόμενος, οὐκ ἀνέμενεν ἡμέραν, οὐδὲ τόπου διαφορὰν, ἀλλὰ δακρύων ἔλεγε, καὶ παραινῶν τὴν ἐκυτοῦ ψυχὴν· Ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ εὐλόγει ἡ ψυχὴ μου Κύριον. Καὶ σὺ, ἀγαπητὲ, μὴ ἀναμείνης ὥραν, ἢ ἡμέραν, ἢ τόπου διαφορὰν· ἀλλὰ καθὼς προεῖρηται, ἐν παντὶ τόπῳ, καὶ ἐν οἴκῳ σου προσεύχου, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γενόμενος προσεύχου, καὶ ὅπου δ' ἂν τυγχάνῃς, προσεύχου, ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας Θεοῦ. Ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλοῦσιος καὶ πένης, εἴτε ἄρσεν, εἴτε θῆλυ, εἴτε μιγάδες, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβῦται καὶ νέοι, βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντες κριταὶ γῆς, ἀκούσατε τὸ γεγραμμένον· Ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστίν. Ἴνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναικας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν. Ἀρνησώμεθα τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι προσδεχόμενοι

τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιζήσαντες τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Μέννησθέ μου πάντοτε, ἀδελφοί, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβετε παρὰ τῶν μακαρίων ἀνδρῶν, προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, καὶ τοῦ Δεσπότη τῶν [87] ὁκων. Ὑπόδειγμα δὲ τῆς κακοπαθείας· καὶ μακροθυμίας ἔχετε τοὺς προφήτας, τῆς ὑπομονῆς τὸν Ἰὼβ, τῆς σιωφροσύνης τὸν Ἰωσήφ, τῆς διακρίσεως τὸν Δανιήλ, τῆς ἀγάπης τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, τῆς μετανοίας τὸν θεοπάτορα Δαυδ ἔχετε. Οὗτος γὰρ τύπος μετανοίας ἡμῶν γέγονε, παραινῶν ἡμῖν, καὶ παρακαλῶν, καὶ λέγων, Δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου· καὶ γὰρ ὑμῖν ὑποδείξω τὸν τρόπον τῆς μετανοίας· ἐπειδὴ καὶ ποτε ἐσκανδαλίσθη, ἀλλὰ διὰ τῆς μετανοίας ἀνέστην· καὶ γινώσκω τὴν τοῦ Δεσπότη φιλανθρωπίαν· οἶδα πῶς γινώσκω τοὺς μετανοοῦντας, ὑπὲρ τῆς χερσὶν ὑποδέχεται· ἀδύνατον γὰρ τὸν ἐμὸν Δεσπότην ψεύσασθαι. Ἦκουσα γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· Τὰ ἔκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω. Ὁ οὐρανὸς γὰρ καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται. οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. Ἀπαξ ὡμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου. Ζῶ ἐγώ, ὃς οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Ἠκούσατε, ὅτι καθ' ἑαυτοῦ ὡμοσεν ὁ φιλανθρωπος. Διὰ τοῦτο προτρίπτωμαι πάντας· Δεῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου· καὶ ὡς καιρὸν ἔχομεν, ὀξυποδήσωμεν, πρὶν ἔλθῃ ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην· Προσθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ὁμολογήσει. Δεῦτε, προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν ἐνῆρτιον Κυρίου τοῦ ποιέσαντος ἡμῶς. Ὅτι αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς, αὐτὸς Οἰκτερήσῃ ἡμῶς, καὶ εὐλογῆσαι ἡμᾶς, ἐπιζῆσαι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμῶς καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς· αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ Θεὸς τῶν μετανοοῦντων, αὐτὸς προσδέχεται ἡμᾶς μετανοοῦντας, αὐτὸς καὶ ποιμαίνει ἡμᾶς· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ πᾶσα εὐχαριστία, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## IN ORATIONEM DE CIRCO

censes et ad circum pertinentes; euripum nempe memorat, albam lineam, ex qua cursus incipiebatur, et sphendonem, quo desinebat cursus. Deinde voces κομβινεύειν et κομβινεύματα affert, quæ parium circensium equorum junctionem significant. Quæ fere omnes voces apud scriptores historiæ Byzantinæ occurrunt. Hæc una causa fuit cur tam insulsum opusculum tot notis illustratum fuerit. Bulengerus commentarium in hanc Orationem edidit in libro suo de Circo, quod longius esset hic referre. Eademque ipsam orationem Græce cum Latina sua interpretatione edidit.

### Εἰς τὸ ἵπποδρόμιον λόγος.

Στάδιον ἡμῖν σήμερον πνευματικὸν καὶ δρόμος οὐράνιος ἀνέωγε \* τοῖς ἐτοιμῶς πρὸς τὴν θεωρίαν τοῦ πνεύματος ἔχουσιν. οὐ κατὰ τὸν ἐκ γῆς χοικόν, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ πνεύματος ἐπουράνιον ἀνθρώπων· ἐφ' ᾧ δεῖ τρέχειν μὲν ὃ κατὰ τὴν γῆν, σκοπεῖν δὲ κατὰ τοῦ οὐρανοῦ. Τοῦτο προήχθη ἱστορησάμενος πρὸς ἔλεγχον τῶν φιλοθεαμόνων, τῶν τὸ πνευματικὸν τῆς σωτηρίας θεωρήμα [88] παρορῶντων, καὶ τὸ σωματικὸν ἢ τῆς πονηρίας ἵππο-

δρόμιον, μᾶλλον δὲ σατανοδρόμιον προτιμούντων. Θεώρει δὲ σπουδαίως, ἀγαπητὲ, μᾶλλον τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀπεριεργον ἵπποδρόμιον, ἐνθα Παῦλος ἀγωνίζεται, οὐκ εὐρίπου καὶ κάμπων κύκλους τρέχων, ἀλλ' ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικῶν ἐκπατηρῶν τὸ εὐαγγελίον τοῦ Χριστοῦ· ἐνθα ὁ Ἥλλας ἦνιοχεῖ, περὶ οὗ εἰρηται· Ἄρμα, ἄρμα, ἦνιοχε τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἱππεὺς αὐτοῦ· οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνα μυλιοδρομίων, ἀλλ' ἀπὸ γῆς

\* Index unus ἡνέωγε. ὃ Duo mss. τρέχειν με. ὃ Duo mss. καὶ τὸ πνευματικόν, minus recte. Paulo post Savil. et Morel. προτιμούντων θεωρεῖν. Ποῦ δὲ σπουδαίως, ἀγαπητὲ, μᾶλλον. Hinc per asteriscos hiatus exhibent, ubi in mss.

duobus nullus hiatus nec quidpiam hic in serie desideratur, si punctum ponas post προτιμούντων, et postea legas θεωρεῖ, ut in mss. habetur: ποῦ tamen ante δι superfluum videtur. Infra Editi καὶ κάμπων, mss. καὶ κάμπων melius.

εις οὐρανὸν πυρίνου ἄρματος κατατομῶν, ἐνθα λαὸς οὐρανοπολιτῶν ἐπὶ τὴν θεωρίαν πάρεστι, καὶ κριτῆς πνευματικῆς καθέζεται, καὶ βασιλεὺς θεωρεῖ, καὶ ἐπινίκιον οὐράνιον δῶρον τίθεται, καὶ μάρτυρες φοβεράς κρίσεως πρόκεινται. Βούλεται σε ὁ Θεὸς δι' ἐαυτοῦ ἀγωνίζεσθαι. Διὸ καὶ δέδωκε σοὶ τὸ τῶν Εὐαγγελίων τετραθύρον ἄρμα, ἐν ᾧ ἄρματι ἵπποι λευκοὶ κατὰ τὸν Ζαχαρίαν ζυγαίαι μὲν φῶς καὶ ἀθανασία, ἀκροτήρες δικαιοσύνη καὶ ἀλήθεια, οἱ πορευόμενοι κατοπίσθεν τοῦ ἄρματος τοῦ πορευομένου εἰς γῆν βορῶν· περὶ οὗ λέγει ἡ Σοφία, *Σκληρὸς τις ἀνεμος βορῶν*· σκληρὸν γὰρ ἀληθῶς πνεῦμα καὶ πονηρὸν ὁ διάβολος. Ἐν ἄρματι αὐτοῦ ἵπποι μέλανες· ὑπαζύγιοι μὲν ὁ ἄδης καὶ θάνατος, ἀκροτήρες δὲ σκότος καὶ ἀπίθεια, οὓς δεῖ καθυγινοῦν τῷ ἄρματι τοῦ Χριστοῦ, ὅτι *Τὸ ἄρμα, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, μύριοι πλάσιοι, χιλιάδες εὐθυνοῦντων*, οὓς δεῖ καθυγινοῦν ἐν ταῖς τρικυμίαις τοῦ βίου, ὧς ἐν θαλάσῃ. Ἐπετίθεισεν γὰρ εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους αὐτοῦ παρὰ ττοντας ὕδατα πολλά, καὶ καταστρέφοντας τὰ ἄρματα τοῦ νοητοῦ Φαραῶ, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ εἰς θάλασσαν Ἐρυθρὰν. Ἐχει δὲ καὶ πᾶριππον ἄγγελον τὸν καταδιώκοντα καὶ παρασκοτούντα τοὺς ἵππους τοῦ ἐχθροῦ σου. *Γερθηθίω γὰρ, φησὶν, ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ ὀλισθημα, καὶ ἄγγελος Κυρίου καταδιώκων αὐτούς*. Ἐχεις ἐξ ἐναντίας τοὺς τὰς δόσεις αὐτοῦ καταγγέλλοντας Χαναανίους, Φαρισαίους, Σαδουκαίους· ἔχεις καὶ σὺ Μωυσῆα, Σαμουὴλ καὶ Δαυὶδ, ὁ προκατήγγειλαν περὶ τῆς ἐλευσῆσεως τοῦ δικαίου. Ἐχει ἐκείνους μεσαφέτας δαίμονας, Βῆλ καὶ Δαγῶν καὶ Βαζὰ καὶ Χαμῶς, οἱ τὸν Ἰσραὴλ ἔβαλλον ἀπὸ σκελῶν ἡ, καὶ τὰ κῶλα αὐτῶν ἐρόψαν ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἔχεις καὶ σὺ θυρανοκίας Παῦλον, καὶ Σιλινῶνα, καὶ Τιμόθεον, καθὼς αὐτοί φησιν, ὅτι *Θύρα ἡμῖν ἀνέφωρε μεγάλη καὶ ἐνταργῆς, καὶ ἀντικείμενοι πολλοὶ, οἱ καὶ ἐξήτησαν ἵνα δοθῇ αὐτοῖς λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος αὐτῶν*. Ἐχει ἐκείνους Φίλητον ε, Ἰούδαν, Δήμαν καὶ Ἐρμογένην, Ἰμεναῖον καὶ Ἀλέξανδρον τὸν χαλκῆα ὑποκρίσεως γέμοντας· ἔχεις καὶ σὺ θεωρητάς τὸν τῶν ἀγγέλων δῆμον, καὶ τῶν δικαίων τάγματα ἄνωθεν καθορῶντα· πῶς μὲν πάντες τρέχουσιν, εἰς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον. Εἶς ὁ κατὰ τὴν ἀλήθειαν λαὸς τοῦ Χριστοῦ, εἰς ἐν Χριστῷ βαπτισθείς, καὶ Χριστὸν ἐνδυσάμενος· καὶ μηκέτι Ἰουδαῖος μὴ Ἕλληγ, ἄρσεν καὶ θῆλυ, δούλος ἢ ἐλεύθερος, σκῦθης, Ἄρειος, Εὐνόμιος, Μαραθῖνιος δ, ἀλλ' εἰς ἐν Χριστῷ. Ἄξιός τοῦ Θεοῦ τρέχε, καὶ πολιτεύου, λαὸ τοῦ Θεοῦ, ἐν τῷ θεωρίῳ τοῦ παναγίου Πνεύματος. Μὴ τρέπῃ· ο ε σε τὰ προῖπτικὰ κομβινεύματα, ἵνα μὴ καταλάβῃ σε τὰ πρὸ κρίσεως κινδυνεύματα. Εἰ βούλει κομβινεύειν καὶ διπτάσσεσθαι, δύνασαι τοῦτο ποιεῖν μάλλον ἐν τῷ θεωρίῳ πνευματικῷ. Ζεῦξον κατὰ τῶν θηλυμανῶν ἵππων τοῦ διαβόλου τοὺς εὐσεβεῖς σου λογισμοὺς· ἀντιτάτταξαι κατ' ἰσχυρῶν [89] μακροθυμίαν. *Κρεῖττον γὰρ, φησὶ, μακροθυμῶς ἰσχυροῦ*· κατὰ ἰουδαϊσμοῦ χριστιανισμὸν, καθ' ἑλληνισμοῦ θεοσεβείαν, κατὰ προνομίας σωφροσύνην, κατὰ πλεονεξίας ἐλεημοσύνην, κατὰ ψεύδους ἀλήθειαν, κατ' ὀργῆς πραότητα καὶ ἐπιεικειαν. Πάλιν κατ' ὀξέων ζεῦξον καθυποτακτάς, τουτέστι, κατὰ θυμοῦ καὶ λύπης πραῦθυμίαν (*Πραῦθυμος γὰρ, φησὶν, ἀνὴρ, καρδίας ἰατρὸς*)· κατ' ὀξέων πραῦθυμίαν, κατ' ἐχθρῶς φιλίαν, κατὰ μίσους ἀγάπην, κατὰ θλιψῶς εὐχαριστίαν, κατ' ὑπερηφανίας ταπεινοφροσύνην, κατὰ πονηρίας ἀγαθωσύνην, καὶ κατὰ παντὸς ἀπαξ ἐναντίου πρῶτματος τὴν ὁρθόδοξον καὶ σωτήριον πίστιν ἔχε. Δεῖ δὲ σε ἠγιοχούντα καὶ τὴν τοῦ πνεύματος· ἔχειν ἔγκρατειαν, ἵνα μὴ ναυσιασμῷ περιπεσὼν ἀκηροίταις. Ὁ γὰρ ἀγωνιζόμενος, φησὶ, *παντὸς ἐγκρατεῖται· ἐκείνῳ μὲν οὖν ἵνα φαρτὸν στέφανον λάβωσιν, ἡμεῖς δὲ ἀφάρτων*. Λάβε καὶ τὴν κασιδα τοῦ σωτηρίου, καὶ τὸ φραγέλλιον ἐν τῇ χειρὶ σου, ὃ Κύριος ἤμῶν Ἰησοῦς ποιήσας ἐκ σχοινίου, ἤλαυνεν ἵ ἀπὸ τοῦ

λεροῦ τοῦ τοῦ διαβόλου ἐμπόρου. Στήκε ἐξραῖος ἐπὶ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς· ἀνάθηθι ἐπὶ τὸ ἄρμα τοῦ ἐνούου, ὃ Φίλιππε, τοῦ ἀπὸ πηλαγμένου τῆς ἀκαθαρσίας πάσης· ἀνάθηθι ἐπὶ τὸ ἄρμα· ἀμετρωρίτως ἀτένεις τὸν τῷ ἀναγνώσματοι τοῦ Εὐαγγελίου διακονοῦντα μαμπαρίον. Μήτις με δόξη γελοιάζοντα λέγειν· οὐ ψεύδομαι. Ὡς γὰρ ἐν τῷ ἵπποδρομίῳ πάντων οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπὶ τὸν μαμπαρίον, πεπηγῶτος τοῦ σημάντρου, ἀτενίζουσιν, ἐκδεχόμενον ἐν τῇ βουλῇ ἐκείνου τοῦ ἀνοίγμα· οὐδὲν ἦττον καὶ οἱ ἐπὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν θεωρίαν εἰς τὸ αὐτὴ ἀθροίζόμενοι, τοῦ διακόνου ἀνοίγειν μέλλοντος τὸ τοῦ Εὐαγγελίου τετράθυρον, πάντες αὐτῷ ἀτενίζομεν ἡσυχίαν παρέχοντες, καὶ ἠνίκα τοῦ ὁδοῦ τῆς ἀναγνώσεως ἀρξήται, εὐθὺς διαπιστάμεθα ἡμεῖς, ἐπιφρονούντες· Ἀλλὰ δόξα σοι, Κύριε. Ἀνάθηθι ἐπὶ τὸ ἄρμα, θῆρυσον, ἀποδρόμησον, κατάστειλον, ἐκβαλε, ἀπόστρεψον, πιάσον, καὶ ποιήσον ἐκ τοῦ στόματος τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἀποδρόμησον κατὰ τὸ ἐναντίου· Ὁ γὰρ πορευόμενος ἀπλῶς, πορεύεται πεποιοῦς. Κατάστειλον αὐτὸν ὡς ὁ Δαυὶδ τὸν Γολιάθ, ἐκβαλε αὐτὸν ὡς ὁ Ἐλισσαῖος τὸν Γεζι, πιάσον αὐτὸν ὡς ὁ Ἥλιος τὸν Ἀγαθὸν ἐν τῷ ἀμπελῶνι τοῦ Ναβουθαί, ἀπόστρεψον αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὅπου ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων· πρότεχε σεαυτῷ. *Προσέχετε γὰρ, φησὶν, ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ*. Πάντα βάστασον· Ἀλλήλων γὰρ, φησὶ, *τὰ βάρη βαστάξετε*. Ἄνοδα ἔχων φυλάττου, *Μὴ ποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου*· μὴ ἀποστρεφόμενος εἰς τὰ ὀπίσω, μνημονεύων τῆς γυναικὸς Λούτ. Μέσον ἔχε ὄδον δικαιοσύνης, μὴ ἐκκλίνῃς εἰς τὰ δεξιὰ, μὴδ' εἰς ἀριστερά. Ἐσθῆεν ζήτη ἐκ τοῦ παραδείσου, ἐσθῆεν ζήτη. *Ἐκ γῆρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ ποτηροὶ, φῶνοι, μοιχεῖαι, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, κατακαλιαι, βλασφημίαι, τὰ κοινούντα τὸν ἄνθρωπον*. Ἐ Μὴ συναναθῆς αὐτῷ, ὡς οὐδὲ ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραὴλ, ὅτι σκληροτράχηλός ἐστι· μὴ συναναθῆς αὐτῷ· εἰς ἁμαρτίαν σε καλεῖ. Αὐτὸς σε κάμψει. Καὶ γενοῦ πρὸ αὐτοῦ, λέγων αὐτῷ· *Υπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων*. Ἐξω μεῖνον, ὡς Ἥλιος φεύγων τὴν Ἰεζαβὴλ· σπεῦδε εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἀνω κλήσεως. Μὴ σε καταλάβῃ, ὡς οὐδὲ Ἀβεσσαλωμ παῖδες τοὺς περὶ Ἰωνάθαν, καὶ Ἀχιμαῆς τοὺς ἱερεῖς τοῦ Κυρίου φεύγοντας· μὴ σε πιάσει, ὡς οὐδὲ βασιλεὺς Ἰεριχὺ παῖδες τοὺς κατασκόπους· ἀλλ' εἰ δυνατόν, ἀπάτησον αὐτὸν ὡς Ἐραβ τοὺς ἐρευνοῦντας τὴ πόρνη. Μὴ σε καθυποτάξῃ, ὡς οὐδὲ Φαραῶ τοὺς περὶ Μωυσῆα καὶ Ἀαρῶν· ἀλλὰ περικαμψον αὐτὸν, ὡς οἱ μάγοι Ἡρώδην. Μὴ ἀγωνιάσῃς· ἔχεις γὰρ τὸν διατάκην Θεοῦ, καὶ ἱατρὸν τὸν Χριστόν. Μηδὲν ποτηρῆς· ἔχεις γὰρ ἀλείπτῃν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸν τὸν Σαμουὴλ μυστικῶ κέρατι χρίοντά σε τῷ μύρω. Μηδὲ τὸ δίψος φοβήθῃς· ἔχεις γὰρ τὸ ὕδωρ ἐπὶ σὲ τῆς ἀναπαύσεως τοῦ βαπτίσματος διὰ τῆς κολοκύνθης, ἵνα προερχόμενόν σοι, τουτέστι, διὰ τῆς κρηκείας τοῦ Ἰωῶν, ἀναλάβῃ σε. Στρέφον τὸ ἄρμα τῆς τυραννίδος [90] αὐτοῦ· βάλε αὐτὸν εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσατο· βάλε αὐτὸν εἰς τὴν βαθεῖαν ἐκεί. Ψαλμικῶς ἀναβόησον, *Ἐκ βαθῶν ἐκέκραξά σοι, Κύριε, Κύριε, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου*. Βάλε αὐτὸν εἰς τὴν βαθεῖαν, κατακάμψας μονώτατος ἐκ τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ. Ἄρον εἰς ὕψος ὀπίσω χεῖρας πρὸς τὸν βασιλέα, λατῶν βραβεῖον τῶν φοινίκων κατὰ τοὺς παῖδας, καὶ σείσας προσκύνησον αὐτῷ, ὅτι Ἐπεσε Βῆλ, συνετριβῆ Δαγῶν. Χίρις δὲ τῷ Θεῷ τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ γίκος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ταύτη τῆ νίκη καὶ τὴν παράδεισον οἶα λούτρον πίνδημον ἀνοίξει· δυνήθησεν, ἐνθα ποταμὸι τέσσαρες, ὕδωρ πολὺ, ὡς ἐν λούτρῳ, ἐν τόπῳ χλόης, ὅπως καὶ σὺ εὐκαίρως λέγῃς· *Ὁς τόπον χλόης ἐκεῖ με κτεσκεκῆνωσεν, ἐφ' ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με*· καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῦτοις καυχόμενος λέγῃς, *Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγωνίσαι, τὸν ὁρῶμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα*. Λατῶν ἀπόκειται μοι ὁ τίς δικαιοσύνης στέφανος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

<sup>a</sup> Mss. τετράθυρον. Alii legendum putant τετράρορον. Mox mss. Ζαχαρίαν ζυγαί. Οἱ μὲν φῶς.

<sup>b</sup> Legendum putant ὑποσκελιζόντες. Ibid. mss. recte καὶ κῶλα αὐτῶν. Editi male καὶ τὰ καλῶς αὐτῶν.

<sup>c</sup> Mss. Φιλητάς.

<sup>d</sup> Mss. Μαραθῖνιος.

<sup>e</sup> Sic recte mss. Editi vero μὴ τρέπῃ.

<sup>f</sup> Mss. ἤλαυνεν.

<sup>g</sup> Sic mss. In Editis quaedam decerant δι' ἁμοσιτέλειον.

currus, auriga Israel, et eques ejus (1. Reg. 2. 12) : non a linea alba ad sphendonem (a) milliare decurrens, sed a terra ad caelum in curru igneo attingere tentans : ubi caelestis populus ad spectaculum adest, et Judex spiritualis sedet, Rexque contemplatur, ac victoriæ præmium caeleste positum est, flagellaque tremendi iudicii prostant. Vult Deus ut propter ipsum decerent. Ideo dedit tibi Evangeliorum quatuor animalibus junctum currum<sup>1</sup> : cui curru equi candidi juncti sunt, secundum Zachariam (Cap. 6). Jugales sunt, lux et immortalitas : extremi, justitia et veritas : quæ eunt post currum pergentem in terram aquilonis ; de quo dicit Sapia : *Ventus asper est boreas* (Prov. 27. 16) : asper enim spiritus atque malignus, diabolus est. In curru ejus equi atri : subjugales sunt, infernus et mors ; extremi, tenebræ et pernicies : quos oportet opponi curru Christi. *Currus Dei*, inquit, *decem millibus multiplex, millia latantium* (Psal. 67. 18) : qui opponendi sunt hujus vite procellis ceu marinis tempestatibus. Deduxit enim in mare equos suos, turbantes aquas multas (Habac. 3. 15), et submergentes currus spiritualis Pharaonis, omnesque copias ejus in mari Rubro. Habet autem equis vicinum angelum persequentem et tenebris obvolvemtem equos inimici tui. Nam ait : *Fiat via illorum tenebræ et lubricum, et angelus Domini persequens eos* (Psal. 34. 6). Habes ex adverso Chanaeos, Phariseos, Saduceos, diaboli dona nuntiantes : tu quoque habes Moysen, Samuelem et Davidem, qui prænuuntiantur justis adventum. Habet ille quos in medium immittit demones, Bel, Dagon, Baal et Chamos, qui Israelitam supplantarunt, et membra ejus in deserto disjecerunt : habes tu quoque qui januam aperiant, Paulum, Silvanum, et Timotheum, ut ipsi dicunt : *Ostium nobis apertum est magnum et evidens, et adversarii multi* (1. Cor. 15. 9) : qui petierunt ut daretur sibi verbum in apertione oris sui (Ephes. 6. 19). Habet ille Philetum, Judam, Demam, Hermogenem, Hymenæum et Alexandrum ærarium, hypocritas plenos : habes tu spectatores angelorum populum, justorum ordines superne influentes, quomodo multi currant, et unus accipiat bravium (1. Cor. 9. 24). Unus revera Christi populus, unus in Christo baptizatus, unus qui Christum induit : neque ultra est Judæus, neque Græcus, non masculus, non femina, non est servus, nec liber, non est Scythia, non Arius, Enomius, Marathonius (b) ; sed unus in Christo. Digne Deo curre, et vitam institue, popule Dei, in spectaculo sancti Spiritus. Ne te delectet prælusio paribus equis, ne te ante iudicium pericula invadant. Si vis paribus equis currere, et in hoc ordine poni ; hoc magis potes facere in spectaculo spirituali. Junge contra libidine furentes diaboli equos pias tuas cogitationes : oppone fortioribus patientiam ; *Melior enim, inquit, est patiens viro forti* (Prov. 16. 52) : contra Judaismum, Christianismum ; contra gentium cultum, veram religionem ; contra fornicationem, castitatem ; contra avaritiam, eleemosynam ; contra mendacium, veritatem ; contra iram, mansuetudinem et modestiam. Rursum contra acriores impetus junge ea quæ opposita illis sunt ; contra iram et dolorem junge lenitatem (nam ait ille : *Lenis vir, cordis est medicus* [Prov. 14. 30]) ; contra acriores impetus, mansuetudinem ; contra inimicitias, amicitiam ; contra odium, caritatem ; contra afflictionem, gratiarum actionem ; contra superbiam, humilitatem ; contra nequitiam, benignitatem ; et, ut uno verbo dicam, contra res omnes ad ersas, orthodoxam et salutarem fidem habeas. Oportet autem te aurigam spiritus temperantiam habere, ne in mauseam incidens, a labore deterrearis. Nam *Qui in agone contendit, inquit, ab omnibus se abstinet : et illi quidem ut corruptibilem coronam acci-*

*piant, nos autem incorruptam* (1. Cor. 9. 25). Accipe et galeam salutis, et flagellum in manu tua ; quod cum Dominus noster Jesus ex sparto fecisset, diaboli negotiatores ex templo eiecit. Sta firmiter supra vas electionis : ascende in currum eunuchi, o Philippe, ab omni immunditia liberati : inscende currum : sine animi electione specta eum, qui in lectione Evangelii mappam ministrat. Ne quis putet me ridendi causa hæc dicere : non mentior. Ut enim in circo omnium oculi in mappam, signo affixo, feruntur, dum exspectant ex consilii voluntate aperientes ludos esse : eodem modo cum ad ecclesiasticum spectaculum convenimus, cum diaconus Evangelii fores quatuor aperturus est, omnes ipsum cum quiete multa respicimus ; cum autem currum lectionis incepit, statim erigimur vociferantes : Gloria tibi, Domine. Currum conscende, venare, excurre, contrahe, eijce, averte, comprehende, et ore pulchram confessionem emitte : curre contra adversarium : nam *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter* (Prov. 10. 9). Comprime ipsum, ut David Goliathum ; eijce illum, ut Eliseus Giezi ; comprehende illum, ut Elias Achabum in vinea Nabuthæ ; averte illum in tenebras exteriores, ubi flatus et stridor dentium (Math. 8. 12) ; attende tibi. Etenim ait ille : *Attendite vobis, ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate* (Luc. 21. 34). Omnia sustine : *Alter alterius, inquit, onera portate* (Gal. 6. 2). In invia incedens cave, *Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum* (Psal. 90. 12). Ne retro avertaris, memor uxoris Loti. Mediam justitiæ viam teneas, ne declines ad dexteram vel sinistram. Interius quære de paradiso : interius quære. *Ex corde enim exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, furta, falsum testimonium, obloquentiones, blasphemie* (Math. 15. 19), quæ coinquinant hominem. Ne cum diabolo ascendas, quemadmodum nec Deus cum Israele, quia dura cervicis erat : ne cum illo ascendas ad peccatum te vocat. Ipse te flectet. Ipsum preveni, ac dic illi : *Vade retro, satana, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum* (Marc. 8. 33). Extra mane, ut Elias fugiens Jezabelem : curre ad bravium superne vocationis. Non te comprehendet, ut neque pueri Absalonis Jonatham, et Achimaam sacerdotis Domini fugientes comprehenderunt. Non te comprehendet, ut neque pueri regis Jericho exploratores ceperunt ; sed si fieri possit, decipe illum, ut Rahab meretrix perquirentes decept. Ne te subijciat, ut neque Pharaon Moysen et Aaronem, sed circumvenito illum, ut magi Herodem. Ne in agone deficias : habes enim præceptorem Deum, medicum Christum. Ne deterrearis : habes enim unctorem Spiritum sanctum, qui ex cornu Samuelis te mystico unguento unget. Neque sitim metuas : habes enim in te aquam quietis baptismi nempe per ecurbitam, ut præveniens scilicet per prædicationem Jonæ, te recipiat. Everte currum tyrannidis ejus : conjice illum in foveam, quam fecit, conjice illum in profundum. Ex Psalmo clama : *De profundis clamavi ad te : Domine, Domine, exaudi vocem meam* (Psal. 129. 1. 2). Deijce eum in profundum, deflectens solus ex ejus exitio. Extolle in altum sanctas manus ad Regem, accipiens bravium palmarum, ut olim pueri : et quatiens adorato eum, quia cecidit Bel, contritus est Dagon (Isai. 46. 1). *Gratia autem Deo, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum* (1. Cor. 15. 57). Hac victoria paradisi quasi lavacrum publicum aperire poteris, ubi quatuor flumina, aqua multa, ut in lavacro, in loco pasce, ut et tu opportune dicas : *In loco pasce ibi me collocavit, super aquam refectionis educavit me* (Psal. 22. 2) : et super hæc omnia exultans dicas : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi : in reliquo reposita est mihi corona justitiæ* (2. Tim. 4. 7. 8), in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

<sup>1</sup> Alii legendum putant, *Evangeliorum quadrigam* ; recte. (a) Sphendon est locus circa metam. Vide bulengerum. (b) De Marathonio vide quid dicat Socrates, l. 2, c. 45.

## MONITUM

Hunc sermonem non esse Chrysostomi omnes dijudicant, etsi sagaci viro non sit indignus. Quod vero dixit nescio quis, sed ex conjectura tantum, Severiani esse, id certe cum recta ratione pugnare videtur; neque enim minus a Severiani stylo differt oratio, quam a Chrysostomi dicendi genere. Severianus enim

IN ILLUM LOCUM, « ATTENDITE NE ELEEMOSYNAM VESTRAM FACIATIS CORAM HOMINIBUS » (Matth. 6. 13)

1. Sapientes ac periti agriculturæ artifices, ubi cum omni cura et sollicitudine terræ stirpes plantaverint, prius ipsas plantas in altitudinem erigunt, deinde superfluos et importunos stolones artificiose rescant. Idem et legislator Moses fecit: primum enim unius imperium in hominum mente plantavit, ac deinde multorum imperium ex hominum mente amputavit. Quo tandem pacto unius imperium plantavit, audi ipsam dicentem: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies: et rursus, Audi, Israel: Dominus Deus tuus, Dominus unus est (Deut. 6. 13. et 10. 20. et 6. 4)*. Quomodo autem superfluos et importunos surculos imperii multorum amputavit, edisce: *Non facies, inquit, deos confisiles, neque adorabis deos alienos: ego enim, ego Dominus Deus tuus (Exod. 34. 17. Levit. 19. 4)*. Hoc vero etiam hodierno die Deus idem et Salvator noster agit. Nam postquam nuper in animis nostris pulchram eleemosynæ olivam plantavit, ejusque fructum, hoc est, misericordes coronavit, et beatos prædicavit dicens, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: merito nimirum hodie pullulantes molestas eleemosynæ superfluitates amputat ac repurgat*. Enimvero nuper omnes simul cum ad eleemosynam excitaret, pauperem quidem pauperula viduæ, quæ in Sarephtha Sidoniæ habitabat, exemplo edocuit, ne inhumanitati paupertatem prætextat: mendicum autem viduæ illius mendicæ exemplo, quæ in Evangelio minuta duo in gazophylacium misisse memoratur, incitavit, ut mendicæ eleemosynæ opes prompto animo conferat: mercatorem porro consideratis maris procellis refranavit, ut pauperibus potius quam mari sua communicet: at eum, qui negotiationem terrestri itinere exercet, coercuit, ut animo necessitatem prævertat, et ante necessitatem latroni Deum anteponat. Postquam igitur omnibus ad eleemosynam instructis, unumquemque ex eo, quod laudes excepturus sit, promptum esse, tamquam virentem quamdam plantam ad eleemosynam inclinatum, vidit: *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei (Psal. 51. 10)*: propterea simul pullulantes eleemosynæ simulationes excendit. Quid dicens? *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis*: non quasi nos lectionem hanc de industria commode nunc proponamus: sed quasi ex ipsa serie eorum quæ jam lecta sunt ista transmittantur. *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis*: sin secus, nullam certe mercedem habebitis: hæc enim ostentata mercedem tollit illorum: talis largitio futuram illis eripit felicitatem. Etenim nullus est anima: adeo noxius affectus, atque hæc inanis gloria: cupiditas. Cum enim ex iis quæ mandata sunt, multa præclare perfecerimus, tunc ipsius inanis gloria: cupiditatis adnascitur ægritudo. Verum illam a nobis radicibus extirpavit Salvator, dum nos docuit, ut clam eleemosynas conferamus. Sed utique dices: Quid ergo? non possumus id facere: non enim fieri potest, quin is, qui pauperibus quidpiam dat, vel sacerdotibus offert, aut in gazophylacium mittit, videatur. Tum tu igitur nos

in posterum ad impertiendam eleemosynam negligentiores reddidisti. Nunc itaque præstante Domino Deoque nostro ac Salvatore Jesu Christo, de amicorum ac fratrum meorum animabus bene mereri volo, easque omni ægritudine liberare, et actionis istius modum corrigere. Voluntatem enim examinat et consilium ejus, qui eleemosynam impertit. Propterea recte adjecit dicens: *Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt (Matth. 6. 2)*: non quod tubas haberent illi, sed quod larva esset ac species eleemosynæ; animus autem hominibus militaret, et ab eorum aspectu illi penderent. Non enim propter Deum eleemosynam conferebant, sperantes ab eo se misericordiam consequituros, et promissam mercedem centuplam accepturos; sed, ut momentaneam reciperent ab hominibus gloriam, largiebantur. Non igitur differabant ab illis, qui populariter in theatris suas facultates profundunt, et ut inanem gloriam aucupentur, opes suas dilapidant, non ad aliquem utilem animæ fructum, sed ad futilem hominum laudem. Convertitur enim sæpe laus illa in contumeliam, et cum multos sumptus fecerint, multis opprobriis onerantur. Vide quam multas pecunias in circensibus ludis expendant; et postquam multa expenderit, tum a vilissimis et abjectissimis hominibus pluribus probris lacerantur. Nam equorum infirmitatem hominibus vitio vertunt: et equus quidem collabatur, ambitiosus autem editor contumeliis vexatur: et ipse quidem rationis expertus equus cecidit, homo vero ratione præditus excidit et explosus est: ac sæpenumero dixit ingemiscentes: *Quid frustra meas facultates perdo? quid tantos labores sustinui, totque damna, neque omnibus bonis everti, ut a despectissimis hominibus ad extremum contumeliis onerarer? O quam multos pauperes iste pecuniæ frustra insumptæ ditare potuissent! quam multos erigere, qui exciderunt! Atque effunduntur quidem velut ex fonte quodam ad vanam laudem captandam populares istæ largitiones; contumeliæ vero stolidorum hominum tamquam ex flumine quodam excitantur. Alii vero suas animas nihili faciunt; et alii rursus ob equorum contentiones proprias ades evertunt.*

2. At illos quidem sumptus facere, et probris lacerari, vanisque largitionibus opes profundere sinamus: quo vero pacto pecuniæ pie sint expendendæ discamus, et quo modo vita religiose traducenda sit, ac caelestia pro terrenis expectanda. Non enim prohibet ne des eleemosynam Christus, sed qua ratione facere eleemosynam oporteat, docet: *Ne sciat sinistra tua, quid faciat dextera tua*. Hoc vero loco rursus non manus significat, sed hyperbolice dictum est illud, quasi diceret: *Ne sciat perversa cogitatio tua, quid recta mens tua faciat, ne te avertat a bono*. Incumbit enim, ut inquit Deus, mens hominum diligenter ad mala. Propterea, inquit, *Studiose tibi, ut tu ipse quocumque ignores, expetendum existimato*. Quid ita? Ut Pater tuus, qui videt in abscondito hilarem tuam promptamque largitionem, te diligat, et in manifesto reddat tibi. Magnum et illusre iis, qui eleemosynas



## IN SEQUEMTEM SERMONEM.

totus strigosus est, perplexus, figuris redundans : uno verbo, stylo ferreo utens, ut ait Savilius; hic vero scriptor simplex est, ac sine salebris fluit.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducaei.

Εἰς τὸ, « Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. »

α'. Οἱ σοφοὶ καὶ ἐπιστήμονες τῆς γεωργίας τεχνίται, θεῶν μετὰ πάσης φροντίδος καὶ ἐπιμελείας τὰ κατὰ γῆς βλαστήματα φυτεύουσιν, αὐτὰ τὰ φυτὰ πρότερον εἰς μῆκος διεγείρουσιν, εἰθ' οὕτω τὰς παρενοχλούσας φυάδας τεχνικῶς τέμνουσιν. Τὸ αὐτὸ καὶ ὁ νομοθέτης Μωσῆς πεποίηκεν· πρότερον γὰρ κατεφύτευσε τὴν μοναρχίαν εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν, εἰθ' οὕτως ἐξέτεμε τὴν πολυαρχίαν διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν\*. Καὶ πῶς κατεφύτευσε τὴν μοναρχίαν; Ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ ἐν τῷ μόνῳ λατρεύσεις· καὶ πάλιν, Ἄκουε, Ἰσραὴλ· Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἰς ἔσθιν. Καὶ πῶς τὰς παρενοχλούσας φυάδας τῆς πολυαρχίας ἐξέτεμε, μάθε· Οὐ ποιήσεις, φησὶ, θεοὺς χυτευτούς, οὐδὲ προσκυνήσεις θεοὺς ἄλλοτρίους· ἐγὼ γάρ, ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός σου. Τοῦτο δὲ καὶ σήμερον αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Σωτὴρ ἡμῶν ποιεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ πρῶτον ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς κατεφύτευσε τὴν καλὴν ἐλαίαν τῆς ἐλεημοσύνης, καὶ τὸν καρπὸν αὐτῆς ἐστεφάνωσεν, τούτεστι τοὺς ἐλεημονὰς, καὶ ἐμακάρισεν εἰπών, Μικαίριοι οἱ ἐλεημοναεῖς, οἱ αὐτοὶ ἐλεηθήσονται· ἐκίχως ὅτι σήμερον τὰ παρενοχλοῦντα τῆς ἐλεημοσύνης ἢ ἀνακόπτει μάταια καὶ ἀποκαθαίρει. Πρῶτον γὰρ πάντας ἑμοῦ πρὸς ἐλεημοσύνην διεγείρων, καὶ τὸν μὲν πένητα ἀπὸ τῆς πένιχρῆς χήρας τῆς ἐν Σαράφθοις τῆς Σιδωνίας ἐπαίδευσεν, μὴ προσάσεις [91] τῆς ἀπανθρωπίας τὴν πένιν προβάλεισθαι· τὸν δὲ πτωχὸν ἀπὸ τῆς πτωχῆς χήρας τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις καταβαλοῦσης τὰ δύο λεπτὰ εἰς τὸ γαστροφυλάκιον, διήγειρεν, ὥστε τὸν πτωχὸν πλούτον τῆς ἐλεημοσύνης μετὰ προθυμίας συνεισφέρειν· τὸν δὲ ἔμπροσθεν ἀπὸ τῆς τρικυμίας τῆς θαλάσσης ἐγαλίνωσα, τοῖς πένησιν μάλλον ἢ τῇ θαλάσσῃ μεταδιδόναι· τὸν δὲ κατὰ γῆν πραγματευόμενον περιεσφίγγε προλαβεῖν τῇ γνώμῃ τὴν ἀνάγκην, καὶ πρὸ τῆς ἀνάγκης τὸν Θεὸν μάλλον προσμιᾶν, ἤπερ τὸν ληστὴν. Ἐπειδὴ πάντας ἑμοῦ πρὸς ἐλεημοσύνην παιδεύσα, εἶδεν, ἀφ' ὧν ἐπαίνεσται, ἀποδεξιόμενος ὡς ἐτοιμὸς ἐστὶν ἕκαστος, καθάπερ φυτὸν εὐθαλὲς πρὸς ἐλεημοσύνην κλιθῆν· Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατακαρπος ἐν τῷ οὐκῷ τοῦ Θεοῦ· διὰ τοῦτο συναναίρει τὰς παρενοχλούσας τῆς ἐλεημοσύνης ὑποκρίσεις. Τί λέγων; Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν ἀνθρώπων πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς, οὐχ ὅτι ἡμῶν ἐπιτιθείω, τὴν ἀνάγκωσιν ταύτην προβαλλομένων, ἀλλὰ τῆς προτέρας ἀκολουθίας τὴν ἀναγνωστῶν παραπεμπούσης. Προσέχετε τὴν ἑμῶν ἐλεημοσύνην μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μὴ γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε· αὐτὴ γὰρ ἡ ἐπίδειξις ἐκείνων ἀφανίζει τὸν μισθόν· ἡ τοιαύτη δόσις ἀποστερεῖ ἐκείνους τῆς μελλούσης ἀγαθωσύνης. Οὐδὲν γὰρ οὕτω πικρὸν πάθος ἐστὶν τῆς ψυχῆς, ὡς τὸ τῆς κενοδοξίας. Ὅταν γὰρ πολλὰ κατορθώσωμεν τὸν ἐπιταγμάτων, τότε τῆς κενοδοξίας παραφύεται νόσημα. Ἀλλὰ πρόβριζον αὐτὸ ἐξέτεμεν ὁ Σωτὴρ ἀφ' ἡμῶν, διδάξας ἡμᾶς ἐν τῷ κρυπτῷ τὰς ἐλεημοσύνας ποιεῖν. Ἀλλὰ πάντως ἔρεῖς· Τί οὖν; οὐ δύναμιθα ποιήσαι· οὐ γὰρ ἐστὶ δυνατόν διδόντα τοῖς πένησιν, ἢ προσφέροντα τοῖς ἱερῶσιν, ἢ βάλλοντα εἰς τὸ γαστροφυλάκιον, μὴ θεαθῆναι. Οὐκοῦν καὶ πρὸς τὴν δόσιν τῆς ἐλεημοσύνης ὀκνηροτέρους ἡμᾶς κατέστησας διὰ παντός. Νῦν οὖν ὠφελῆσαι τὰς ψυχὰς τῶν ἐμῶν φίλων καὶ ἀδελφῶν βούλομαι, καὶ παντὸς νοσήματος, ἀπαλλάξαι,

χάρτι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν τρόπον τοῦ γινομένου διορθώσασθαι. Τὴν γὰρ προαίρεσιν ἐτάζει τοῦ ποιούμενος ἐλεημοσύνην. Διὰ τοῦτο καλῶς ἐπάγει λέγων· Ὅταν οὖν ποιῆς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσσης ἔμπροσθέν σου, ὡς περ οἱ ὑποκριταί· οὐχ ὅτι σάλπιγγας εἶχον ἐκεῖνοι, ἀλλ' ὅτι μὲν τὸ προσωπεῖον ἐλεημοσύνης ἦν, ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς ἀνθρώποις ἐστρατεύετο, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἐθάδιζον θεῶν. Οὐ γὰρ διὰ τὸν Θεὸν ἐποίουν ἐλεημοσύνην, ἐπιτιζόντες ἐλεηθῆναι παρ' αὐτοῦ, καὶ λαβεῖν τὸν ἐπηγγελμένον μισθὸν ἑκατονταπλασίονα· ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς προσκαίρου δόξης ἀπολαύειν τῶν ἀνθρώπων, παρεῖνον. Οὐδὲν οὖν ἐλαττον τῶν ἐν τοῖς θεάτροις φιλοτιμιόμενων, καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς κεναῖς δόξαις τὰς ἰδίας ὑπάρξεις σκορπίζόντων, οὐ διὰ τὸν τῆς ψυχῆς χρῆσιμον καρπὸν, ἀλλὰ διὰ τὸν τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον τὴν μάταιον. Περιτρέπεται γὰρ ὁ ἔπαινος πολλάκις ἐκείνος πρὸς ὕβριν, καὶ πολλὰ δαπανήσαντες, πολλὰ καθυβρίζονται. Ἐπίβλεπε πόσα δαπανῶσι χρήματα κατὰ τὰς ἵπποδρομίας· καὶ ὅταν πολλὰ δαπανῶσι, τότε πλεονα παρ' ἐλαγίστων καὶ ἀπερβριμμένων ἀνθρώπων ὑβρίζονται. Τὴν γὰρ τῶν ἵππων ἀσθένειαν τοῖς ἀνθρώποις προστρέθουσιν· καὶ ὁ μὲν ἵππος σφάλεται, ὁ δὲ φιλότιμος ἀτιμάζεται· καὶ ὁ μὲν ἄλογος ἵππος ἔπεσεν, ὁ δὲ λογικὸς ἀνθρώπος ἐξέπεσεν· καὶ πολλάκις ἀποδουρόμενος εἶπε, Τί μάτην ἀπολύμου τὴν ὑπόστασιν; τί τοσοῦτον χάρματον ὑπέμεινα καὶ τοσαύτας ζημίας, καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἐκπτώτος ἐγενόμην, ἵνα παρὰ τῶν ἀπηγορευμένων ὑβρισθῶ ἐσχάτως; ἢ πόσους πένητας ἤδυναντο πλουτίσαι τὰ χρήματα ταῦτα τὰ μάτην ἀπολύμενα! πόσους ἐκπεσόντας ἀνορθώσας. Καὶ βέουσι μὲν ὡς περ ἀπὸ τινος πηγῆς αἱ φιλοτιμίαι διὰ τὸν μάταιον ἔπαινον· ἀνεγείρονται [92] δὲ ὡς περ ἀπὸ τινος ποταμοῦ αἱ λοιδοραὶ τῶν ἀλογίστων ἀνθρώπων. Ἄλλοι δὲ καὶ τῶν οἰκείων ψυχῶν καταφρευοῦσι, καὶ πάλιν ἔτεροι διὰ τὴν ἔριν τῶν ἵππων τοῦς ἰδίους οἴκους καταστρέφουσιν.

β'. Ἄλλ' ἐκείνους μὲν ἀφῆσμεν δαπανᾶσθαι καὶ λοιδορεῖσθαι καὶ ματαιοφιλοτιμείσθαι· μάθωμεν δὲ πῶς χρὴ δαπανᾶν εὐσεβῶς τὰ χρήματα, καὶ πῶς χρὴ διαγεῖν εὐλαβῶς, καὶ προσδοκᾶν ἀντὶ τῶν ἐπιγεῖων τὰ οὐράνια. Οὐ γὰρ κωλύει σε δοῦναι Χριστῷ ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ διδάσκει πῶς δεῖ ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην· Μὴ μῆθη ἢ ἀριστερά σου εἰ ποιεῖ ἡ δεξιὰ σου. Ἐνταῦθα δὲ πάλιν οὐ τὰς χεῖρας αἰνίττεται, ἀλλ' ὑπερβολικῶς αὐτὸ εἶπεν, ὡς ὅτι μὴ γινῶ ὁ πονηρὸς σου λογισμὸς, τί ποιεῖ ἡ ἀγαθὴ σου γνώμη, ἵνα μὴ ἀνατρέψῃ σε τοῦ καλοῦ. Ἐγκεῖται γὰρ κατὰ τὴν θείαν φωνὴν ἡ διάνοια τῶν ἀνθρώπων εἰς τὰ πονηρά. Διὰ τοῦτο φησὶ, τὸ, Καὶ σεαυτὸν ἀγνοῆσαι, περισπούδαστον ἔστω σοι. Διὰ τί; Ἴνα ὁ Πατὴρ σου ὁ βλεπῶν ἐν τῷ κρυπτῷ τὴν ἱλαρὰν, τὴν ῥηθρομὸν σου δόσιν τῶν πτωχῶν, ἀγαπήσῃ σε, καὶ ἀποδώσῃ σοι ἐν τῷ φανερῷ. Μέγα καὶ σεμνὸν τοῖς τὰς ἐλεημοσύνας ποιούσιν ἐκάθισε θέατρον· καὶ ὅπερ ἐπιθυμοῦσιν οἱ ἐλεημοναεῖς, τοῦτο μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας δεδιώρτηται αὐτοῖς· ἵνα κἂν μυριάδες ἀνθρώπων θεωρῶσιν ὑμᾶς ποιούντας ἐλεημοσύνην, ἀλλ' ὑμεῖς μὴ προσέχητε αὐτοῖς, μηδὲ ἐπιθυμήσητε τὴν παρ' αὐτῶν πρόσκαιρον δόξαν· ἀλλ' εἰ βούλεθε, φησὶ, θεατὰς ἔχειν τῶν γινομένων παρ' ὑμῶν, λάβετε, φησὶ, τοὺς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἀρχαγγέλους, καὶ τὸν τῶν ἀπάντων δημιουργὸν καὶ Δεσπότην. Εἰ δὲ τοὺς ἀνθρώπους βούλεθε εἶχειν θεατὰς τῶν πραττομένων καὶ εἰς ἐπίδειξιν αὐτῶν ποιεῖν τὰς ἐλεημοσύνας, ἑκατὸν ἢ χιλίους ἐξετε θεατὰς εὐφρομένους ὑμᾶς. Ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὸν παρόντα βίον

\* Forte leg. cum Savil. ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων διάνοιαις.

β Τὴν ἐλεημοσύνην conj. Savil. φαί οὐκ ὅτι.

β'. [115] Ἄλλα τί; Οἷα ἐκάστου τὰ ὀφώνια, τοιαῦτα καὶ αἱ ἀναποδοῖσεις. Συνέθη δὲ, φησὶν, ἀποθανεῖν τὸν πένητα, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραάμ. Μόλις ποτὲ ὁ πένης ἀπὸ τῆς ζαλόπους πενίας ῥυθείς, εἰς τὸν εὐδίων λιμένα τοῦ Ἀβραάμ ἀπέπλευσεν. Ἐγένετο γὰρ, φησὶν, ἀποθανεῖν τὸν Λάζαρον, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραάμ. Ὁρᾷ, πῶς ἡ πενία μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐξοδὸν δορυφόρους ἀγγέλους ἔχει; Συνέθη δὲ καὶ τὸν πλούσιον ἀποθανεῖν καὶ ταφῆναι. Εὐθύς ἐπὶ τοῦ πλουσίου τέτακται ἡ ταφῆ, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ λεγόμενον· Καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Διὰ τοῦτο λέγεται σοι· Πτωχὲ, Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, οἷοι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκῃ αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκυταθήσεται ἑαυτῷ ἢ δόξα αὐτοῦ. Ἐνταῦθα γὰρ πάντα καταλιμπάνει, τοὺς δούλους, τοὺς ὑπασιπαστάς, τοὺς ὑπηρετάς, τοὺς παρασίτους, τοὺς κόλακας, τὰ ὄχηματα, τοὺς χρυσοχαλίνους ἵππους, τὰ βαλανεῖα, τὰ χωρία, τοὺς χρυσοφόρους οἴκους, τὰ ἐφύφωμένα ἑδάφη, τὴν βασιλείαν, τὴν ἐξουσίαν, τὴν δεσποσίαν, πάντα ἐνταῦθα καταλιμπάνει, καὶ γυμνὸς ἀπέρχεται. Καὶ ὑπάρχων ἐν τῷ ᾄδῃ, Ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμούς, Ἐνθυμήθητι, εἰς ὅσον βάθος ὑπῆρχεν ὁ πλούσιος, εἰς δὲ ὅσον ὕψος ὁ πένης. Καὶ ἔπαρας, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμούς αὐτοῦ ὁ πλούσιος, εἶδε τὸν Ἀβραάμ, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ. Διὰ τί γὰρ μὴ ὁ Λάζαρος εἶδε τὸν πλούσιον; Ἐπειδὴ ὁ ἐν τῷ φωτὶ τυγχάνων τὸν ἐν τῷ σκότειν ὄντα οὐ βλέπει, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ σκότειν ὄντα ἐν τῷ φωτὶ ὄντα ὀρᾷ. Καὶ εἶπε· Πάτερ Ἀβραάμ, ἐλέησον με. Ἄρτι λέγεις, Ἐλέησον, ὅτε κайρὸς ἔλεους οὐκ ἔστιν. Οὐκ ἤκουσας τοῦ λέγοντος, Ἀνιδεὼς ἢ κρῖσις τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος; Νῦν μετανοεῖς, ὅτε οὐκ ἔστιν ἐξομολόγησις. Οὐκ ἤκουσας τοῦ

<sup>a</sup> Alii ἀλλὰ μέτριος, <sup>b</sup> Hic magna est lectionum varietas. Savil. et duo habent κόλπου θαλαττίου, unus κόλπου θαλασσίας, alius κόβλης θαλασσίας, Morel. κολλίου θαλάσσης.

<sup>c</sup> Πολυγύτῳ Savil. et alii; πολυφόρῳ Morel. Mox Savil. καταρθευόμενος, mss. καταρθευόμενος, Morel. καταρθευόμενος, <sup>d</sup> Ἐλαίου mss., ἐλείου Savil.

sequentes, iis que paulo ante dicta sunt in manus sumptis, vobis omnibus debitas a nobis orationis stillas, quasi roris guttas aspergamus. Porro divitis nobis et pauperis conversationem lectio narrabat: divitis quidem vitam deliciis immersam; pauperis autem vitam paupertate maceratam. *Homo quidam erat dives, et induebatur bysso et purpura, qui epulabatur quotidie splendide (Luc. 16. 19). Erat autem quidam mendiculus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam divitis, ulceribus plenus, et cupiens particeps fieri micarum, quæ cadebant de mensa divitis: et nemo illi dabat; sed et canes veniebant, et lingeabant ulcera ejus (Ibid. v. 20). Operæ pretium est itaque, dilectissimi, sigillatim hæc exponere, ut quemadmodum illi, qui navigant, ex eorum qui navigatione ante perfuncti sunt, malis edocti, nos quoque naufraga sub mari latentia saxa vitemus: ut divites quidem ex præcedentis divitis supplicio seipsos corrigant; pauperes vero, dum præfulgentes in Lazaro spes suas intuentur, alacriter cursum afflictionis decurrant. *Homo quidam erat dives. Non dignatus est eum nominis sui appellatione decorare, quemadmodum Job justum: Homo quidam erat in regione Ausitide, cui nomen Job (Job 1. 1).* Sed hujus nomen silentio est suppressum. Qui enim est infructuosus, etiam nomine privatur. Nam justorum etiam nomina sunt in libro vitæ; peccatorum vero nomina delebuntur. Tantum habet naturæ commune nomen, homo: hoc enim omnium est commune nomen: propriam autem nequitie suæ crudelitatem. *Homo quidam erat dives. Cognatus quidem pauperis Lazari, si naturam corporis spectes; peregrinus autem et alienus ab hereditate Christi propter voluntatis improbitatem. Homo quidam erat. Homo quidam corporis specie animi vero sensu bellua, quæ sola pascatur. Homo quidam erat dives. Dives possessionibus, dives criminibus, dives ære multo, dives æruginè peccati: argenti circumfulgens, sed obtenebratus peccatis: dives in auro, sed egenus in Christo: cui multa quidem restis erat, sed animam nudam habebat: qui pretiosas vestes servabat, ac lineas multas alebat. Homo quidam erat dives. Divitiis luxurians, florem justitiæ non habens, arbor autumnalis, infructuosa, bis mortua. Homo quidam erat dives, et induebatur purpura et bysso. Purpura quidem illi vestimentum erat, sed a regno Dei rejectus erat: purpuram habebat, non sanguine Christi aspersam, sed marini conchylii sanguine tinctam, quæ non regnum illi cælorum spondebat, sed formidabilem gehennæ flammam suo splendore prænuntiabat. Homo quidam erat dives, et induebatur bysso et purpura, qui epulabatur quotidie splendide. Epulabatur et delectabatur, non ut justus in Domino: justorum quippe delectatio est Dei recordatio, cujus mihi rei testis est David dicens, *Memor fui Dei, et delectatus sum (Psal. 76. 4)*: sed delectabatur et gauderat in ebrietatibus, in luxuriosis commensationibus, in helluotionibus, in tumultu, nihil dissimilis porcis, qui in luto volutantur. *Erat autem quidam mendiculus Lazarus. Nomen pauperis dixit, ac mendicum honore, nomine ipsius expresso, affectit. Erat autem mendiculus quidam Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, mendicitatis procella vehementer jactatus: at enim post non multum tempus ad tranquillum Abrahæ sinum stipantibus ejus latus angelis est proventus. Erat autem quidam mendiculus Lazarus, qui ad januam divitis jacebat ulceribus plenus.* O quantis erat malis mendiculus obsessus! a gravissima paupertate, tamquam a violenta grandine diverberabatur: ab ebullientibus pustulis, tamquam carbonibus scintillas emittentibus, corrodabatur: undique in eum torrentes afflictionum irruerant, quibus et corpus conficiebatur et cor exedebatur: nullam tranquillitatis quietem poterat obtinere. *Foris pugnæ, intus timores (2. Cor. 7. 5).* Exterioris siquidem corpus a pustulis vexabatur, et interioris cor incurabilibus curis exedebatur. Non illi segetum ferax ager panis semen proferebat: non illi dulcibus turgidum acinis racemum vitis producebat: non dulcissimos illi fructus autumnales arbor suppeditabat: non aliud**

quidpiam ex terræ frugibus ad egestatis solatium suppetebat. Quomodo habuisset, cum illi ne spitamam quidem arabilis terræ locus esset, neque unius cubiti solum ad habitandum, verum in fino sub dio jaceret? Finis illi noctu atque interdum amictus erat, a quo hienis quidem tempore paululum fovebatur, æstate vero graviter urebatur. Corpus illi erat vulneribus variegatum et compunctum, ad agros colendos imbecillum, ad iter conficiendum inutile, ad alios vitæ usus et ad commoda ineptum. Undique illi difficultates, undique angustie: gemitus illi ante lacrymas tribulorum in modum in corde pullulabant: lacrymarum rivi per genas illi lerebantur, easque præ nimia assiduitate rivis quibusdam sulcabat: mortem in somnis meditabatur, mortem post somnum circumspiciebat, nec uspiam inveniebat. Laborum enim longarumque curarum remedium mortem exquirebat, nihil dissimilis Jobo multis ærumnis exercito. Nam et ille pecuniis amissis, armentis, prædiis, ad extremum corpore vermicibus resperso in fino jacebat, ac mortem optabat. Quid enim dicebat? *Ut quid data est eis, qui in amaritudine sunt, lux, et vita animabus, quæ sunt in doloribus? Qui desiderant mortem, et non contingit illis, effodientes eam quasi thesaurum; læti autem fiunt, si fuerint consequuti: mors enim viro requies. Sed et cupiebat, inquit, saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis: et nemo illi dabat (Job 3. 20-23).* O vitæ rationem inauditam! dives quidem opibus circumfluens, deliciis sese ingurgitabat et helluabatur; pauper autem cui ne gutta quidem opum suppetebat, paupertatis æstu torridus contabescebat. Quare vero non illis moderata cum prosperitate oblitgit vitæ cursus cum mutuo inter se commercio transactus? Ut nimirum illustrem patientiæ coronam pauper acciperet; dives autem efferatæ animæ suæ acerbas uvas suis dentibus manderet. *Sed et canes venientes lingeabant ulcera ejus. Generosiores divite canes, ejus inhumanitate meliores. Illo ne guttam quidem olei pauperi a-pergente, canes dentium cuspidem humanitate mollientes, eum tenera lingua curabant: ut sordes omnes atque vulnerum ejus omnem saniem abstergentes, et acerba ejus ulcera levitate linguæ mitigantes, ejus vulnerum dolores subtraherent. At ille dives ne aspectu quidem placido pauperem umquam dignabatur, neque verbo quantumvis inutili: non illi vestem laceram projiciebat, non reliquias tinearum, non consumptum rubigine obolium unum, non panem, non exesum mucore panis frustum, sed omnia in ventrem suum tamquam in cauponam per gutturis infundibulum demittebat.*

2. Quid vero tandem? Qualia cujusque obsonia, tales et retributiones. *Factum est autem ut moreretur pauper, et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Vix aliquando tandem ab hac procelliosa paupertate liberatus, in tranquillum Abrahæ portum pauper invec-tus est. Factum est enim, inquit, ut moreretur Lazarus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ (Luc. 16. 22).* Vides ut post discessum ex hac vita, paupertas angelos habeat stipatores? *Accidit autem, ut et dives moreretur et sepeliretur.* Statim de divite sepulturam commemoravit; secundum id quod dictum est a Davide: *Et sepulcra eorum domus illorum in æternum. Propterea dicitur tibi: Mendice, Ne timueris, cum dives factus fuerit homo. Quoniam, cum interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria ejus (Psal. 48. 12. 17. 18).* Hic enim omnia derelinquit, servos, satellites, ministros, parasitos, adulatores, cursus, equos aureis frenis ornatos, balnea, prædia, domos aureis laquearibus splendidas, distincta lapillis ac tessericulis pavimenta, regnum, potentiam, dominatum, omnia hic derelinquit, et nudus abscedit. Et cum esset in inferno, *Elevans oculos suos (Luc. 16. 23).* Cogita in quanta profunditate versaretur dives, in quanta vero altitudine pauper. *Et elevans, inquit, oculos suos dives, vidit Abraham, et Lazarum in sinu ejus. Cur non Lazarus divitem vidit? Quoniam is qui in luce versatur, eum qui in tenebris est, non videt:*

at is qui in tenebris est, eum videt qui in luce versatur. Et dixit, *Pater Abraham, miserere mei* (Luc. 16. 24). Jam dicis, *Miserere mei*, quando misericordiae tempus non est. Non illum audisti qui dicit: *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam* (Jac. 2. 15)? Nunc poenitentiam agis, cum non est confessio. Non audisti Davidem dicentem: *In inferno autem quis confitebitur tibi? Miserere mei, et mitte Lazarum* (Psal. 6. 6). Nunc Lazarum nosti? jam agnoscis eum qui in limo jacebat, quem olim pari honore quo canes afficere recusabas? Tua, dum inter opes vitam degeres, viscera illi clausisti; jam ego quoque sinum refrigerii hoc supplicii claudio tempore. Non Deum audisti per omnes tibi prophetas proclamantem et dicentem: *Misericordiam et iudicium custodi, et appropinqua Deo tuo* (Osee 12. 6): *quia misericordiam volo super sacrificium* (Id. 6. 6); et, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* (Matth. 5. 7); et rursus, *Fœneratur Deo, qui miseretur pauperis* (Prov. 19. 17). Ubi seminasti, ibi metere contende: ubi fœnerasti, ibi colligere contende. Tu vero semen elemosynæ nequaquam ullo tempore jecisti, neque per misericordiam in pauperes Deo fœnerasti, sed tuo ventri omnes thesauros condidisti. Ubi thesaurum tuum habes, ibi et cor tuum

habeto. *Miserere mei, et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam meam, quia graviter crucior in hac flamma.* In lingua plectitur, cujus ministerio cibus vescebatur: aquæ guttam quærebat, quia ne calicem quidem aquæ frigidæ in nomine discipuli sitientis unquam impertierat. Si tibi dum viveres consortium bonorum Lazarum ascivisses, nunc cum illo regni particeps esses: si super pauperem intellexisses, nunc a malo iudicio liberatus esses. *Beatus enim qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum Dominus* (Psal. 40. 2). Ardentissimum illud chaos copiosa pecuniarum in pauperes distributione complana: asperge nunc misericordiam, et caminum exstinxisti: orphanos ale, et irrequietos vermes necasti: siste lacrymas viduæ, et ex anima tua luctum peccatorum abstersisti. Idcirco namque lecta sunt hæc tibi, ne si eisdem immisericordis divitis insistas vestigiis, in idem gehennæ supplicium prolabaris. Tu vero, pauper, ne mente concidas, neve animum despondeas, dum procella mendicitatis jactaris. Lazarum illum clarissimum respice: ibi sint oculi tui nocte dieque defixi: ut vitam tuam patientiæ clavo gubernans, ad eundem quietis portum provelaris, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## MONITUM

Licet omnium eruditorum consensu hic sermo Chrysostomo abjudicetur, tum ob styli diversitatem, tum ob quarundam vocum usum, quæ a Chrysostomo nusquam usurpantur; est tamen paulo melioris notæ, quam præcedentes. In illo offertur locus ex Oratione Manassis regis, quæ inter apocrypha semper locum habuit. Quæ nota, etsi non aliæ subessent, vel una satis esset, ut eam ex numero τῶν γνησίων exigeremus. Hanc etiam homiliam ut et alias bene multas quidam nuperus scriptor Severiano Gabalorum episcopo

## IN PUBLICANUM ET PHARISÆUM SERMO.

1. Qui e longinquo prata fuerint contempti, variam illi quidem florum conspiciunt jucunditatem: tum vero pulchritudinem eorum cognoscunt, cum, ubi prope accesserint, flores propriis manibus contrectarint. Talem, dilecte, esse velim cogites Ecclesiæ statum: quandoquidem tanquam immarcescibiles quidam flores volentibus sese offerunt inspiratarum divinitus Scripturarum lectiones. Cuilibet enim videre licet, in spiritualibus paradisis atque viridariis choreas ducentes prophetas, ordines ducentes apostolos, martyres legatione fungentes, angelos auxiliantes, doctores pro religione pugnantes, gratiam Spiritus redundantem, ratione præditos greges Dominico sanguine obsignatos, et quod iis, quæ commemorata sunt, majus est, bonorum culmen, spei nostræ firmamentum, caput deliciarum, gaudii consummationem: Evangelia nimirum Christi dico, in quibus vitæ nostræ perfectio est recondita. Age ergo Christum Dominum servos suos omni voluptate perfundentem spectemus: in quibus cernimus fugatos morbos, mare perterrefactum, sedatos ventos, mortem increpitam, spoliatum infernum, pulsos dæmones et in exsilium actos, peccatores ad Dominum suum conversos. Ista siquidem Christum in divinis Evangeliiis dona spectanda proposuit, in quibus justos ostendit solis in modum fulgentes, corroborata membra languidorum, lectorum gerulos paralyticos currentes, ad evangelistarum dignitatem ascendentes publicanos, lepram excussam

quasi pulverem sola voluntate, febrem Domini voco in fugam actam, mortuos vitam nullo negotio recipientes, sepulcra quos detinebant, eos ad vitam relaxantia, humiliatam altitudinem Pharisei, exaltatam humilitatem publicani. Etenim tantis exsatiatis bonis facile fuerit micarum convivio excepisse. Ego vero sic existimo, vos bona cum venia de more rursus etiam nostram hanc orationem audituros, qui bonorum ante prædicatorum copia vestrorum animorum promptuarum complevistis. Quando igitur et vos, Deo benivolente, paupere mensa contenti estis, et ego vestræ caritatis studiis obsequuntis doctrinæ, tradendæ jugo animæ cervicibus subiecti: age, proponatur vobis a me id quod paulo ante recitatum est; vobis enim omnibus opulentis ad hoc orationis convivium apparandum egenus mensæ structor adveni. *Duo homines, inquit, ascenderunt in templum, ut orarent, unus Phariseus, et alter publicanus* (Luc. 18. 10). Phariseus justitiæ jactabundus operarius, Phariseus qui nondum maturam segetem recte factorum demessuit, ille ditior arrogantia quam pecuniis, qui vano flatu virtutum fructum decussit, superbiæ possessor, naturæ totius accusator, inhumanus criminator, immisericors exprobrator, orationis publicani tempestas ac turbo. Neque mihi quisquam hæc contumeliæ causa jactata censeat; sed auditis ipsis Pharisei verbis, vera esse quæ sunt dicta cognoscat. *Deus, inquit, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum.* Tunc ergo tuo



Δαυὶδ λέγοντος, Ἐν δὲ τῷ ᾄδῃ τις ἐξομολογήσεται σοι; Ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον. Λάζαρον νῦν γνωρίζεις; νῦν ἐπιγινώσκεις τὸν ἐπὶ τῆς κοπρίας ἔντα, ὃν ποτε ἴσα τῶν κυνῶν τιμᾶν οὐκ ἠθούλου; Ἐκλείσας τὰ σου σπλάγγνα αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ τῆς εὐπορίας· κλείω μου κἀγὼ νῦν τοὺς κόλπους τῆς ἀνέσεως ἐν τῷ καιρῷ τῆς τιμωρίας. Οὐκ ἤκουσας τοῦ Θεοῦ σοι βοῶντος διὰ τῶν προφητῶν πάντων καὶ λέγοντος· Ἐλεος καὶ κρῖμα φύλασσον, καὶ ἔγριζε τῷ Θεῷ σου, διότι ἔλεος θέλω ὑπὲρ θυσίαν; καὶ, Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, οἱ αὐτοὶ ἐλεηθήσονται; καὶ πάλιν, Ὁ ἐλεῶν πτωχόν, δασιεῖ Θεῷ; Ὅπου οὖν ἔσπειρας, ἐκεῖ ζῆτει καὶ θερίσαι· ὅπου ἐδάνας, ἐκεῖ καὶ ἀπαίτει. Σὺ δὲ ἐλεημοσύνης σπέρμα οὐκ ἔρριψας πώποτε, οὔτε διὰ τῆς εἰς τὸν πένητα ἐλεημοσύνης Θεῷ ἐδάνας, ἀλλὰ πάντα τῇ ἑαυτοῦ γαστρὶ ἐθησαύρισας. Ὅπου ἔσχες τὸν θησαυρόν σου, ἐκεῖ ἔχε καὶ τὴν καρδίαν σου. Ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα τὴν ἀκμὴν τοῦ δακτύλου αὐτοῦ βάψῃ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ μου τὴν τλώσσαν, ὅτι δεινῶς ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. Τὴν γλώσσαν κολάζεται, δι' ἧς τὴν τροφήν ἐλάμβανε· ρανίδα ἐζήτει ὕδατος, ἐπειδὴ κἂν ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος εἰς ὄνομα

• Savil. ἐν τῷ καιρῷ τῆς εὐπορίας.

μαθητοῦ πώποτε διψῶντι οὐ μετέδωκεν. Εἰ κρινῶν ἐν τῷ βίῳ τῶν σὺν ἀγαθῶν ἐκτίσω τὸν Λάζαρον, νῦν ἂν τὴν βασιλείαν σὺν αὐτῷ ἐμερίσω· εἰ συνήκας ἐπὶ τὸν πένητα, νῦν ἂν ἐρρύσθης τῆς πονηρᾶς κρίσεως. Μακάριος γὰρ ὁ συνιών ἐπὶ πτωχῶν καὶ πένητα· ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾶ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος. Ἐξομάλισον ἐκεῖνο τὸ χάος τὸ πολυφλεγῆς τῆ πλουσίᾳ τῶν χρημάτων σου εἰς τοὺς πένητας καταβολῇ· ὀρσίσειον νῦν τὸ ἔλεος, καὶ ἔσθεσας τὴν κάμινον· θρέψον ὄρφανούς, καὶ ἀπέκτεινας τοὺς ἀκοιμήτους σκώληκας· στείλον δάκρυον χήρας, καὶ ἀνέσμηξάς σου τὴν ψυχὴν τοῦ πένθους τῶν ἀμαρτημάτων. Διὰ τοῦτο γὰρ σοι ταῦτα ἀνέγνωσται, ἵνα μὴ τοῖς αὐτοῖς ἴχνησι τοῦ ἀνελελήμονος πλουτοῦ ἐπιθᾷς, εἰς τὴν αὐτὴν τιμωρίαν τῆς γεέννης ἐμπέσης. Σὺ δὲ ὁ πένης μὴ ὀλιγῶρει, μὴδὲ ἀποκάμης ἐν τῇ τρικυμίᾳ [116] τῆς πενίας κλονουμένου. Ἀπόβλεπε πρὸς τὸν Λάζαρον τὸν λαμπρότατον· ἐκεῖ ἔχε τεταμένον τὸ ἄμμα καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν· ἵνα τῷ ὀλακι τῆς ὑπομονῆς κυβερνῶν σου τὴν ζωὴν εἰς τὸν αὐτὸν λιμένα τῆς ἀναπαύσεως φθάσης, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἄμήν.

• Savil. τῆς πονηρᾶς αἰτίας.

## IN SERMONEM DE PUBLICANO ET PHARISÆO.

alscribendam opinatur, una styli similitudine ductus. Verum hoc criterii genus non caret errandi periculo, nisi illa styli affinitas sese suis notis indicisq̄ue prodat. Hujus certe stylus melior mihi quam Severiani videtur; ita nempe variant opinionones; dictio quoque clarior, feliciorque inventio. Demum oratio non indigna est quæ legatur.

Interpretationem Latinam adornavit Fronto Ducaeus.

### Εἰς τὸν τελώνην καὶ τὸν Φαρισαῖον λόγος.

α'. Οἱ πόρρωθεν τοὺς λειμῶνας θεασάμενοι, ποικίλην μὲν βλέπουσι τῶν ἀνθρώπων τὴν τερπνότητα· τότε δὲ αὐτῶν τὸ εὐεϊδὲς ἠ γινώσκουσιν, ὅταν πλησίον γενόμενοι, τὰ ἀνθη τοῖς χερσίν αὐτῶν ψηλαφήσωσι. Τοιαύτη μοι νοεῖ, ἀγαπητὲ, τῆς Ἐκκλησίας τὴν κατάστασιν, ἐπειδὴ καθάπερ ἀνθη ἀμάραντα πρόκειται τοῖς βουλομένοις τὰ τῶν θεοπνευστῶν Γραφῶν ἀναγνώσματα. Ἰδοὺ γὰρ ἂν τις ἐν τοῖς πνευματικῶς παραδείσοις προφῆτας χορεύοντας, ταξιαρχοῦντας ἀποστόλους, πρεσβεύοντας μάρτυρας, συμμαχοῦντας ἀγγέλους, διδασκάλους ἀγωνιζομένους τὴν τῆς εὐσεβείας ἀγῶνᾳ, ἀφθονοὺς τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν, ἀίματι Δεσποτικῷ λογικῶς σφραγισόμενα ἠ ποίμνια, καὶ τὸ μείζων τῶν εἰρημένων, τὴν τῶν ἀγαθῶν κορυφὴν, τὴν τῶν ἐλπίδων βεβαίωσιν, τῆς τρυφῆς τὸ κεφάλαιον, τὴν τῆς χαρᾶς τελειότητα· λέγω δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλια, ἐν οἷς ἀπόκειται τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἡ τελειώσις. Δεῦρο οὖν θεωρήσωμεν τὸν Δεσπότην Χριστὸν πάσαν ἀπόλαυσιν τοῖς ἑαυτοῦ χαριζόμενον δούλοις· ἐν οἷς βλέπομεν φυγαθευόμενα πάθη, ὄσφρηττουσαν θάλασσαν, ἀνεμόσας ἡσυχάζοντας, ἐπιτιμώμενον θάνατον, σκυλευόμενον ᾄδην, ἐξοριζομένους τοὺς δαίμονας, ἐπιτρέφοντας ἀμαρτωλοὺς πρὸς τὸν Ἰδὸν Δεσπότην. Ταῦτα γὰρ ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις προτέθεικε τὰ χαρίσματα, ἐν οἷς τοὺς δικαίους δείκνυσιν ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμποντας, μέλη παρεμμένων νευρούμενα, κλινηφόρους παραλύτους τρέχοντας, τελῶνας λαμβάνοντας εὐαγγελιστῶν ἀξιώματα, λέπραν ὡς κόνιν τινασσομένην θελήματι, πυρετὸν ὑποφεύγοντα τῇ φωνῇ τοῦ Δεσπότη, νεκρούς ζωὴν εὐκόλως λαμβάνοντας, τάφους ἀπολύοντας πρὸς ζωὴν, οὐδὲ ἐκράτον, Φαρισαίου παπεινούμενον ὕψος, τελώνου ὕψομένην [117] ταπεινώσιν. Τοῖς γὰρ τοσοῦτος κορυσθεῖσι καλοῖς εὐκόλος λοιπὸν καὶ ἡ διὰ τῶν ψυχῶν δεξιώσις.

• Savil. αὐτῶν τὸ τερπνόν. ἢ Savil. σφραγισόμενα.

Πέπεισμαι δὲ, ὡς μετὰ συγγνώμης συνήθως καὶ αὐθις τῶν ἡμετέρων ἐπακούσετε λόγων, τῇ πλησμονῇ τῶν προκεκηρυγμένων ἠ ἀγαθῶν τὰ τῶν ψυχῶν ταμεῖα πληρωσάντες. Οὐκοῦν ἐπειδὴ καὶ ὑμεῖς σὺν εὐμενεῖᾳ Θεοῦ τῆς πενιχρᾶς τραπέζης ἀνέχεσθε, κἀγὼ πάλιν τῷ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης τρόπῳ καταθαβρήσας, τῷ διδασκαλικῷ ζυγῷ τὸν τῆς ψυχῆς αὐχένα ὑποτέθεικα· φέρε τοῖνον τὸ ἔναγχο; ἀνεγνωσμένον προθήσω ὑμῖν· πᾶσι γὰρ ὑμῖν τοῖς πλουτοῖς ὁ πτωχὸς ἐστιάτωρ ἐλήλυθα, τὸ τοῦ λόγου συμπόσιον συγκιρῶν. Ἀνθρώποι, φησὶ, δύο ἀνέθισαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι, ὁ εἰς Φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος τελώνης. Φαρισαῖος ὁ κομπῶδης τῆς δικαιοσύνης ἐργάτης, Φαρισαῖος ὁ θερσίας ἄωρον τῶν κατορθωμάτων τὸ λήϊον, ὁ πλέον ἀλαζονεῖα πλουτῶν, ἡ τοῖς χρήμασιν ὁ διακένω φουτήματι τινάξας τῶν ἀρετῶν τὸν καρπὸν, τῆς ὑπερηφανίας ὁ κτήτωρ, ὁ τῆς φύσεως ἀπάτης κατήγορος, ὁ ἀφιλόνητος ἐλεγχος, ὁ ἀσυγγνώμων ὀνειδιστής, ἡ τρικυμία τῆς τοῦ τελώνου εὐχῆς. Καὶ μοι μηδεὶς τὸν λόγον ὡς φιλολοιδόρον δεχέσθω· ἀλλ' αὐτῶν ἐπακούσας τῶν τοῦ Φαρισαίου ῥημάτων, γνωρίζετω ἀληθῆ τὰ λεγόμενα. Ὁ Θεός, φησὶν, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι οὐκ εἶμι ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων. Πάντων ἑαυτὸν κρίνει δικαιοτέρον; Οὐκ εἶμι ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων. Τί ποιεῖς, Φαρισαῖε; Μὴ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως ὀνόματι πρόσχε· ἄρρετος γέγονε καὶ ὁ φιλόνητος, ἀνθρώπος· κἂν ἐκεῖνον ἐνοήσας, τῶν ἀλαζονικῶν ῥημάτων κατάδηθι. Εἰπέ κἂν, Ὡς τινες τῶν ἀνθρώπων, καὶ μὴ, Ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἄρπαγες, ἀδικοὶ, μοιχοί. Πάντες ἄρπαγες· πλὴν σοῦ, Φαρισαῖε; πάντες ἀδικοὶ, σὺ δὲ μόνος τυγχάνεις δικαίος; πάντες μοιχοί, σὺ δὲ μόνος τὸ τῆς σωφροσύνης ὑπάρχει κατόρθωμα; Οὐκ εἶμι ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἄρπαγες, ἀδικοὶ, μοιχοί· ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. Νῦν

• Savil. προκείμενον.

ἤρξατο περοφουεῖν ἢ τοῦ ἀνθρώπου διάνοια· νῦν τινάσαι τῆς ψυχῆς πρὸς οὐρανὸν τὸ περόν. Τί κατασπᾶς αὐτὸν τῆ τῶν ἡμάτων βαρύτητι, κωλύων ἀναπτῆναι τὴν ἐξομολόγησιν πρὸς τὸν φιλόνηθρωπον; τί κατεπεμβαίνεις τῷ κειμένῳ; τί ἐπιστοιβάξεις; ἐπὶ τὸ πῦρ αὐτοῦ ξύλα; τί κατηγορεῖς τοῦ ἀνευδύτως τύπτοντος τὴν συν εἰδήσιν; **Ἦ** καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. Τί γὰρ εἶδες, ἄνθρωπε, τὸν τελώνην ποιῶντα; ληστεύοντα; τοὺς ἀλλοτριούς πόνους συλῶντα; τὰ ἀλλότρια ληϊζόμενον; θερίζοντα, ἅπερ οὐκ ἐσπεῖρες; συνάγοντα, ὅθεν οὐ διεσκόρπισεν; ἀπλῶντα τοὺς ὁδοπόρους τὸ δίκτυον; Οὐδὲν τοιοῦτον θεθέασαι, ὡ **Φαρισαῖε**· ἀλλ' ὄρξῃ σχῆμα ἐλεεινὸν, οἴκτου καὶ βοηθείας ἄξιον. Κεῖται γὰρ ἐπὶ πρόσωπον, βασανίζει τὸ στήθος ὡς τῶν κακῶν ἐργαστήριον, ἐπᾶραι τοὺς ὀφθαλμούς πρὸς οὐρανὸν οὐ τολμᾷ· τάχα καὶ παρ' αὐτῶν τῶν ἀστέρων κατηγορίαν ἐκδέχεται, ἢ μᾶλλον νομίζει τῶν πλημμελημάτων τὸ πλῆθος γεγράφθαι ἐν τῷ στερεώματι· πόρρωθεν ἑαυτὸν ὡσεὶ δικασθεὶς τοῦ ἱεροῦ ἀπέστησε· τὸ, **Ἐλέησον**, κέκραγεν ὡς ἦδη καταδικαζόμενος. Οὐκ ἀνέγνωσ τὸ γεγραμμένον, ὅτι **Μὴ παροργίσῃς ἄνδρα ἐν ἀπορίᾳ αὐτοῦ**; **Ἀπὸρῆς** ἐστὶ, πανταχόθεν ἐκυκλῶσαν αὐτὸν οἱ λογισμοὶ ἀντὶ τοῦ πλῆθους τῶν κατηγορῶν· ἐχρήσατο τῆ δεξιᾷ ἢ συνειδήσις κατὰ τοῦ στήθους μαστιχοῦση· καθ' ἑαυτοῦ ἀπειργάσατο δῆμιον. Οὐκ ἐπικάμπτει σε τρέμων; οὐκ ἐρεθίζει σε πρὸς συμπάθειαν οὗτος κάτω νεύων τὸ πρόσωπον; οὐ μιλᾷ σοι τὴν ἀπάνθρωπον γλώττην, μὴ τολμῶν πρὸς οὐρανὸν ἀναβλέψαι; **Ὅτε μὲν γὰρ ἐτελώνεις, ἐχρῆν σε τὰς τοιαύτας κατ'** αὐτοῦ ἀναδοῆσαι φωνάς· πρόπον γὰρ αὐτῷ τότε οὐ μόνον παρὰ σοῦ, ἀλλὰ καὶ παρὰ παντὸς ὀνειδίζεσθαι. **Ὅτε μέντοι τῶν οἰκείων κατέγνω κακῶν, ὅτε θεωρήσας τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς, ἔδραμε πρὸς τὸν ἰατρὸν τὸν ἀμισθὶ θεραπεύοντα, ὅτε τῶν πλημμελημάτων μνημονεύσας τῷ ἀμνησικακῷ Δεσπότη προσέφυγε**· τότε περισσῶς αὐτῆ κατεπεμβαίνεις, ὡ **Φαρισαῖε**; [118] **Ὅστε ὡς οὗτος ὁ τελώνης. Μὴ γὰρ οὐκ εἰσὶν ἄλλοι τελῶναι, μήπω τὸν γλυκὺν τῆς μετανοίας ἀγαπήσαντες θρῆνον; Εἰ πόθος σοι πολλὸς κατηγορεῖν ἁμαρτωλῶν, ἐπ' ἐκείνους στρέψον τὴν σὴν γλῶσσαν, τοὺς ἔτι τοὺς δικτύους τῆς πλεονεξίας ἐνεπιλήμενους. Πρὸς τοῦτον μόνον περιττῆ σου ἢ δυσμηνεῖα. Οὐ μόνον γὰρ τὸν ἄνθρωπον βλάβαι· οὐ δύνασαι, ἀλλὰ καὶ πλεον ἐρεθίζεις τὸν Δεσπότην, ὥστε συντομητέραν ἐπιδείξασθαι τὴν συγχώρησιν.**

**β'.** **Ὁ δὲ τελώνης, φησὶ, μακρόθεν ἐστῶς, οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τὸν ὀφθαλμὸν εἰς τοὺς οὐρανὸν ἐπᾶραι**· τὴν τοῦ Μανασσῆ πάντως καὶ αὐτὸς φωνῆν ἀπεφθέγγετο· **Οὐκ εἰμι ἄξιος ἀτερίσαι καὶ ἰδεῖν τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ πλῆθους τῶν ἀδικιῶν μου.** Πολλὰ γὰρ ἦν τότε ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ τελῶνου συνειλεγμένα κακὰ, ἐπιθυμία χρημάτων ἀκόρεστος, πόθος ἀδικίας μὴ δεχόμενος πέρας, ἀρπαγῆ τέλος οὐκ ἔχουσα· κοινὸν τῆ φύσει τῶν ἀνθρώπων τελώνης κακὸν, νόμιμος ἢ ἀδικος, ἔρπας ἀκατηγόρητος, ἀφοβος κλέπτῃς, ληστῆς ἀνέγκλητος, δύσφρεκτος βλάβη, λύκος τῶν λογικῶν προβάτων, θηρίον ἀνθρωπόμορφον. Μετὰ τοσοῦτων ἀνήλθεν ὁ τελώνης εἰς τὸ ἱερὸν κακῶν. **Ὅτε γὰρ πάντα ταῦτα εἰργάσατο τὰ θεινὰ, καὶ βαρῶ κατεσκεύασε τὸ τῶν πλημμελημάτων φορτίον τῆ ψυχῆς, ὅτε λοιπὸν τὸν αὐχένα κατέκλασε, τότε ἐξήτει τοῦ βάρους ἐλαφρυνθῆναι, καὶ οὐκ εἶχε τὸ πῶς τὸ φορτίον ἀποτινάζεσθαι**· εἶτα γοργῆν ἔσχεν ἔνοων, ἔδρεν εἶδος ἐλευθερίας· ἐμνημόνευσε γὰρ τῆς φωνῆς τοῦ Δεσπότη πρὸς τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐκδοῦσθαι· **Δεῦτε πρὸς με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, καὶ ἄναπαύσω ὑμᾶς.** Ταύτης τῆς φωνῆς μνημονεύσας, μετὰ τοῦ φόρτου τῶν κακῶν ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦ

\* Savil. νόμος, quod ad seriem non ita bene qua rat. Enit.

Θεοῦ παρεγένετο· ἀτονήσας δὲ λοιπὸν, καὶ μηκέτι φέρειν δυνάμενος. εὐθὺς ἐπὶ πρόσωπον ἔπεσε, καὶ πρὸς τὸν Δεσπότην, τὸ, **Ἰλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, ἔλαγεν.** **Ἐρημος, φησὶ, πάσης εὐεργεσίας τυγχάνω, τοῖς ἑμαυτοῖς κεκλόνημαι δεινοῖς, ὑπὲρ ἀριθμὸν ψάμμου θαλάσσης ἰοδύμασιν** <sup>b</sup> αἱ ἀνομίαι μου, ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου. **Ὅρῳ παρὰ τῶν παρ' ἐμοῦ ἡδικημένων** ἦδη τὸ πὸν δικαστήριον καταδοῶμενον· πρὸ τῶν θρόνων σου, Δέσποτα, βίδλους ἀνεωφγμένας τεθήσεσθαι ἀκήκοα, ἐν αἷς πάντως καὶ οἱ στεναγμοὶ τῶν ὁδοπόρων ἐγράφασαν. Οὐκ ἐστὶν εἶδος ἀδικίας, κατὴν σὴν ἀδέκαστον διοπέφυγε γνῶσιν· ἀπολογίας μοι καιρὸς οὐ πρόσεστι, φυγῆς μοι τόπος οὐ περιλείπεται. Πρὸς οὐρανὸν οὐ τολμῶ ἀναβλέψαι, δέδοικα καὶ τὴν γῆν ὡς ἰδοῦσαν τὰς πράξεις μου. Τοῦ γὰρ σφόδρα ἁμαρτωλοῦ κατηγορεῖ καὶ τὰ ἄψυχα. Διὸ πρὸς σὲ τὸν πάντων Δεσπότην δραμῶν, ταύτην μόνον εὐρον πρὸς βοήθειαν τὴν ἰκεσίαν· **Ὁ Θεός, Ἰλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.** Πολλὸς ὁ κολοζῶν τῶν κακῶν μου· ἀλλὰ τί πρὸς τὸ πέλαιος τῆς σῆς ἀγαθότητος; Τὸ ἐμὲ σωθῆναι παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλὰ παρὰ σοί, Δέσποτα, πάντα δυνατά. Εἰ μὲν γὰρ διὰ δικαιοσύνης ἐπὶ τῆς γῆς παραγέγονας, περιττῶς τὸ τελώνιον βδελυξάμενος τῷ ναῦ σου προσέδραμον· εἰ δὲ καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν ποιούμενος λόγον, μᾶλλον δὲ δι' αὐτοὺς τῆ κτίσει ἐνεδήμησας, μὴ δείξης μοι τὰς ἐπὶ σοὶ ἀνεπίστους ἐλπίδας, ἀλλὰ τὴν συντετριμμένην μου καρδίαν θεράπευσον, νενεκρωμένον με τοῖς παραπτώμασι ζωοποίησον. **Ἦψατό σου πόρνη, καὶ τὸν ρύπον τῶν κακῶν ἀπενίψατο**· ἔχρησας πιστῷ γυναικί τὸ κράσπεδον, καὶ λίμνας αἱμάτων ἐξήρανας· ἐπλησίασας παραλύτῳ κειμένῳ, καὶ τῆς κλίνης ἐργάτην ἀνέδειξας· εἶδες παράγων τυφλὸν, καὶ τῆ ὕβει ἀπέδωκας τὴν εὐπρέπειαν· ἐχρίστω μὲν γὰρ τὸ λείπον τοῦ σώματος, πληρῶ τὸ ἐκ τοῦ πηλοῦ διορθωσάμενος σκευὸς· ἦνοιξας δὲ τῷ φωτὶ τὴν εἰσοδον, δείξας τῷ ἀνθρώπῳ τὸ τῆς κτίσεως κάλλος· εἶδες δακρύουσαν γυναῖκα, καὶ πρὸ καιροῦ τῆς ἀναστάσεως τὸν ἄδην μαστίξας, ἐξήγαγες ἐκείθεν τὸν Λάζαρον, ὡσπερ ἐκ στόματος λέοντος ἀρπάσας τοῦ [119] θανάτου τὸν ἄνθρωπον. **Ἐλεεινὸς σοι προσπίπτοντα θεασάμενος ἄνδρα τῷ τῆς ἀπαιδίας ναυαγίῳ δεινῶς βυθιζόμενον, ἐπεκάμω** τῆς εὐθὺς ταῖς ἰκεσίαις, καὶ κέκληκας τὸ κοράσιον· σοῦ δὲ φωνήσαντος ἀνέστη μὲν ἡ κόρη, ὁ δὲ θάνατος πέφρυγεν. **Ἐδόθησε πρὸς σὲ καὶ Χανααία γυνὴ τὸ οἰκεῖον θυγάτριον βλέπουσα ὑπὸ δαίμονος σπαρattόμενον, καὶ βοήσασα τὸ, Ἐλέησον,** τῶν ἐλπίδων οὐκ ἀπέτυχε· τὴν γὰρ πίστιν αὐτῆς ἀποδεξάμενος, τοῦ προβάτου τὸν λύκον ἐδίωξας, καὶ τὸν λυσοῦδὴ ἀτήλασας ἔνοικον· τῷ κορασίῳ χαρισάμενος νῆψιν, τῆς μητρὸς τὸν θρῆνον κατέπαυσας. Μικροῖς ἄρτοις πλῆθος ἐν ἐρήμῳ διέθρεψας. Λιμῶντι καὶ γὰρ δικαιοσύνης λιμὸν, μικρὸν τῆς σῆς φιλανθρωπίας ψυχῶν ἐπιζητῶ· ὡς ἓνα κάμῃ τῶν μνημονοθέντων ἐλέησον. Κατέστιγμα τὴν ψυχὴν, ὡς πρὸ τῆς μετανοίας ἡ πόρνη· βδελυκτὸς εἰμι πᾶσιν, ὡς πρὸ τῆς θεραπείας ἢ αἰμόρρους νομιζομένη ἀκάθαρτος· παρειμένος εἰμι τὴν ψυχὴν, τοῦ σώματος τοῦ παραλύτου μειζύονος· πεπῆρωμαι τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμούς, καθὼς ὁ ἐκ γενετῆς τυφλὸς τοῦ σώματος· νενεκρωμαι τοῖς παραπτώμασι, συγκεκλεισμένην ἔχων ἐν σώματι τὴν ψυχὴν, καθὼς ἔσχεν ὁ τάφος τὸν Λάζαρον· τὰ πάντων σχεδὸν ἐπιφέρωμαι θεινὰ. **Ἄλλ' ὁ πάντας ἐλεήσας, κάμῃ προσπίπτοντα οἴκτειρον.** **Ὁ Θεός, Ἰλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.** Τί οὖν ὁ φιλόνηθρωπος Δικαστῆς, ὁ φιλότιμος ἀγωνοθέτης τῶν τρεχόντων τὸν τῆς μετανοίας δρόμον; Καὶ τοῦ Φαρισαίου μεγαλαυχόντος ἠνείχεται, καὶ τοῦ τελῶνου μετα-

<sup>b</sup> Savil. ἐπληθύνθησαν et mox γεγόνασιν pro ἐπληθύνθησαν  
\* Παῶν Savil.

Judicio justior es omnibus? *Non sum sicut ceteri hominum.* Quid agis, Pharisæe? Noli nomen naturæ commune spectare: immutabilis enim ille atque hominum amator factus est homo: saltem ubi illum tecum reputaveris, arrogantia ista dicta ne proferas. Dic potius, Ut nonnulli hominum, non autem, *Ut ceteri hominum, raptores, injusti, adulteri.* Omnesne raptores, præter te unum, Pharisæe? omnes injusti, tu vero solus es justus? omnes adulteri, tu vero solus actiones temperantiæ laude dignus edis? *Non sum sicut ceteri hominum, raptores, injusti, adulteri: velut etiam hic publicanus.* Jam ecce mens hominis producere penas incepit: jam in cælum animæ alas quatit. Quid tu ipsum deorsum pertrahis gravitate verborum? et confessionem ad illum hominum amatorem vetas evolare? quid insultas jacenti? quid in illius ignem ligna struis (*Ecclesi. 8. 4.*)? quid accusas illum sine remissione conscientiam verberantem? *Velut etiam hic publicanus.* Quid vero facientem, mi homo, publicanum vidisti? num la-rocinantem, alienos labores compulstantem, aliena depravantem? metentem, tibi non seminavit, et congregantem, ubi non sparsit? expaudentem rete viatoribus? Nihil tale vidisti, Pharisæe; sed intueris se, eicem miserabilem, commiseratione ac subsidio dignam. Jacet enim vultu in terram prostrato, pectus ut malorum officinam torquet, oculos tollere in cælum non audet, fortasse ab ipsis etiam astris accusari se putat; vel delictorum potius multitudinem esse scriptam existimat in firmamento: longo seipsum a templo, quasi judicatum removit: Miserere, clamavit, ut jam condemnatus. Non legisti, quod scriptum est, *Non exasperes virum in inopia sua (Ecclesi. 4. 25.)*? Inops enim est, atque omni ex parte in angustias redactus: circumdederunt eum cogitationes instar multitudinis accusatorum: dexteram ad pectus verberandum conscientia commodato accepit: sui ipsius carnificem seipsum reddidit. Non te ille inflectit contremiscentis? non te ad commiserationem provocat vultu sic ad terram demisso? non inhumanam emollit mentem tuam, dum suspicere cælum non audet? Enimvero tum quidem, cum publicani munus obibat, ejusmodi te in illum jactare voces oportebat: tum enim ipsum decebat non a te modo probris, sed a quovis incessi. Jam vero cum sua mala damnavit, cum animadversis animæ suæ vulneribus ad medicum gratis sanantem cucurrit, cum delictorum recordatus ad Dominum immemorem malorum confugit, tunc ipsi supervacaneè insultas, Pharisæe? *Neque velut hic publicanus.* Annon sunt alii publicani, qui nondum dulcem poenitentiae luctum amplexi sunt? Si te tanta cupiditas tenet insectandi peccatores, linguam in illos converte, qui rapacitatis adhuc sunt retibus implicati. Adversus hunc quidem supervacanea est hæc hostilitas tua. Non enim tantum homini nocere non poteris, sed et Dominum ad promptiorem in illum demonstrandam indulgentiam provocabis.

2. *Publicanus autem a longe stans, nolabat nec oculos ad cælum levare (Luc. 18. 13).* Omnino Manasæ vocem et ipse mittebat: *Non sum dignus intueri et aspicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum (a).* Multa siquidem erant in anima publicani mala congregata, cupiditas pecuniarum inexplebilis, injuriarum desiderium nullis terminis circumscriptum, rapacitas nullo fine conclusa; naturæ humanæ malum commune publicanus, legitimus injustus, raptor qui accusari non potest, fur impavidus, latro extra omnem aleam positus criminationum, noxa pene inevitabilis, ratione præditarum ovium lupus, humanam habens formam bellua. Cum tantis ascendit in templum malis publicanus. Nam cum hæc omnia perpetrasset facinora, gravenque sibi ac laboriosam effecisset oneris illius excussionem, agili tamen acriter mente pollebat, et invenit speciem libertatis: recordatus enim est illius Domini vocis ita peccatoribus

(a) Hæc habentur in Oratione Manasæ, quæ in fine Bibliorum præsit, inter apocrypha censetur.

proclamantis: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos (Math. 11. 28).* Hujus vocis recordatus, cum onere malorum in Dei templum se contulit: cum vero obtorpuisset deinceps, neque sustinere amplius posset, in faciem continuo cecidit, et illis vocibus Dominum compellavit: *Propitius esto mihi peccatori.* Omni opere homo sum prorsus destitutus, malis meis conturbor, super numerum arenæ maris factæ sunt iniquitates meæ; multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. Jam tuum video tribunal, eorum qui a me sunt injuriis affecti clamoribus personare: ante thronos tuos, Domine, fore ut aperti libri ponantur, aucti, in quibus haud dubium, quin et viatorum gemitus sint conscripti. Nullum est genus injustitiæ, quod tuam cognitionem nulla largitione corruptam effugerit: jam mihi tempus defensionis non superest, fugæ nullus relictus est locus. Suspiciere cælum non audeo; ipsam etiam terram pertimesco, velut testem et arbitrum actionum mearum. Magnum enim peccatorem res etiam ipsæ anima carentes accusant. Quamobrem ad te omnium Dominum recurrens, hanc unam auxiliatricem reperi supplicationem: *Deus, propitius esto mihi peccatori.* Multa quidem est malorum meorum summa, sed quid hoc ad pelagus tuæ bonitatis? Ut salvus sim, apud homines est impossibile; verum apud te omnia possibilia sunt, Domine. Enimvero si propter justos in terram venisti, frustra telonium detestatus, ad tuum templum accuri: sin autem etiam peccatorum rationem aliquam habens, quin eorum potius causa inter creaturas peregrinatus es, ne sinas ut ea quæ in te posita sit spes, infringatur et evanescat; sed contritum sana cor meum, et me peccatis enecatam ad vitam revoca. Contigit olim te meretrix, et malorum sordes absterxit: fidei mulierculæ fimbriam commodasti, et sanguinis stagnum exsiccasti: ad jacentem paralyticum accessisti, et lecti vectorem reddidisti: cæcum præteriens vidisti, et pristinum visus decus restituisti: etenim corporis quidem defectum luto inunxisti, qui vas illud e luto reparasti; lumini autem aditum reserasti, simulque homini rerum creaturarum pulchritudinem ostendisti. Tu mulierem collacrymanter vidisti, atque ante tempus resurrectoris infernum flagellasti, dum inde Lazarum eluxisti, dum tamquam ex leonis faucibus a morte raptum hominem revexisti. Tu cum hominem tibi procedentem ad pedes conspicatus esses dure liberorum orbitatis naufragio pene absorptum, continuo precibus inflexus es, ac puellulam vocasti; quam ubi primum inclamasti, surrexit quidem puella, mors autem aufugit. Clamavit et post te mulier Chananaea, cum a dæmone suam filiolam discerpi videret, et cum magna voce, *Miserere (Math. 15. 22)*, dixisset, spe sua non excidit: fidem enim ejus amplexus, lupum ab ove repulisti, ac rabiosum iniquilium exegisti: cumque puellula tuo munere ad sanam mentem rediisset, luctum parentis sedasti. Pauculis panibus in deserto multitudinem nutristi. Esurio et ego justitiæ esurie; perexiguam micam tuæ benignitatis exposco; mei quoque ut unius ex illis commemoratis miserere. Animam habeo maculis notisque compunctam, non secus ac meretrix, prius quam poenitentia duceretur: omnibus sum detestabilis, non secus ac mulier sanguinis fluxu laborans, quæ antequam sanaretur, reputabatur immunda: majore paralyti laborat anima mea, quam paralytici corpus: excæcatus animæ oculos habeo, sicut corporis a nativitate cæcus: peccatis enecatus sum, animam habens corporis membris conclusam, non secus ac Lazarum sepulcrum habebat; omnibus pene videor malis onustus. Verum qui omnium misereris, mei quoque te miserere. *Deus, propitius esto mihi peccatori.* Quid ergo contra Judæum benignus? quid munificus Agonotheta cursorum, qui in stadio poenitentiae currunt? Et Pharisæo se jactante sustinuit, et publicano poenitente delectatus est: postquam autem hic quidem verba

quasi vehementibus ventis animæ fructum decussit, ille vero seipsam affligens animi accusatorem non exspectavit, unicuique pro dignitate distribuit. Nam publicanum quidem qui sui ipsius accusator factus erat, liberum ab omni damnatione dimisit; Phariseum vero qui sua recte facta in medium protulerat. publicano ipso pauperiorem pronuntiavit. Utrique mores sui et animi status, huic quidem ex paupertate occasione divitiarum, illi vero ex divitiis lapsum in mendicitatem attulerunt. Quid enim ait Dominus? Amen *Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam ab illo* (Luc. 18. 14). O quantum malum est arrogantiae morbus! Bene comatus ascendit Pharisæus, quasi floribus, recte factis coronatus; itineris socius ei fuit publicanus omni defensione destitutus; sed cum hic seipse opportune humiliasset, exaltatus est; ille vero cum ad immodicam sese altitudinem extulisset, ad ignominiosam redactus est nuditatem.

Nonne satius fuit remissis et humilibus uti vocibus? nonne melius prophetice vocem audire, quæ sic ait: *Humiliamini in conspectu Domini: et exallabit vos* (Jacobi 4. 10)? nonne utilius fuit linguam comprimere, ac divitias custodire, quas multis sibi laboribus compararat? Quas longo tempore congregarat virtutes, eas per brevi momento voce dispersit. Non audierat forte Pharisæus quod scriptum est: *Immundus apud Deum omnis sublimis corde* (Prov. 16. 5)? non illud egregie dictum didicerat. *Quod facit dextera tua, nesciat sinistra tua* (Matth. 6. 3)? Imo fortasse utrumque noverat, sed vis cupiditatis inanis gloriæ vicit. Nos igitur publicani humilitatem nobis comparemus, et peccatorum pondus abijciamus: superbiam autem odio habeamus, ejus opera virtutum opes publicanus perdidit: *Superbis enim Dominus resistit, humilibus autem dat gratiam* (Jacobi 4. 6; 1. Petr. 5. 5). Ipsi gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

## MONITUM

### AD HOMILIAM DE CÆCO ET ZACCHÆO.

Hanc homiliam jure inter spuria alegantam fuisse res ipsa per se clamat; etsi non inepti scriptoris sit, et quedam non spernenda complectatur. Stylus est humilis et abjectus, atque ab illa sponte profluente

Chrysostomi eloquentia mirum quantum alienus. Interpretationem Latinam Frontonis Duc ei aliquot in locis emendavimus.

#### IN CÆCUM A CHRISTO SANATUM, ET IN ZACCHÆUM, DEQUE JUDICIO ATQUE ELEMOSYNA. HOMILIA (a).



1. Multæ ac variæ sunt Scripturarum doctrinæ, una quæ omnibus affulget gratia, et fons unus est doctrinæ Spiritus veritatis. Et quæcumque lex edicit, et quæcumque docent prophetae, quæcumque prædicant apostoli, quæcumque subjicit Evangelium pietatis, a Spiritu sancto tamquam ab uno quodam uberi fecundoque fonte promanant: neque licet aut dicere quid præclarum, aut excogitare quid sapiens, aut agere quidquam admirabile, nisi quæ dicuntur, quæque cogitantur et quæ aguntur, a Spiritu sancto confirmantur. Quantumvis enim quis humana sapientia floreat, humanisque rationationibus animam habeat instructam ac munitam, Dei verbum autem aversetur ac repellat, in nihilum est, et in nihilum repetabitur. Propterea inquit propheta, *Verbum Domini repudiaverunt: sapientia quæ est in eis* (Jerem. 8. 9)? Nobis itaque flores veritatis sunt Scripturæ pietatis; ac multi quidem sunt flores, unum autem pratium, quod flores educat: multæ doctrinæ sunt lucernæ, unum autem verum luminare: multæ sunt stellæ, unum autem cælum, a quo stellæ feruntur: multi rami, una vero radix: multi digiti, sed manus una, quæ digitorum opera scribit: multæ chordæ, una cithara Spiritus: multæ doctrinæ, unus fons pietatis. Verum illud mihi sane mirum videtur, quo pacto hic cæcus, qui legem non legerat, non prophetas percurrebat, non Evangelia pervolvaturat, non ab apostolis confirmatus erat, ita Salvatorem orbis terrarum invocaret, dicens: *Jesu, fili David, miserere mei* (Luc. 18. 38). Unde sic appellare didicisti, qui quod invoces, non didicisti? Non libros legisti, oculorum usu privatus: non incubuisti discipulis, cum non aliter quam victimam petendo, vel potius ostiatim emendicando, vitam sustentas. Unde igitur hoc mundi luminare didicisti, quod neque in cælis conspexisti, neque in terris, oculorum lumine orbatus? At enim vere in hoc implebatur quod dictum est a Davide: *Dominus sapientes facit cæcos*

(Psalm. 145. 8). Multa circa Jesum turba erat, et cæcus veritatis luminare non videbat, efficacitatem vero sentiebat: rapuit affectu quod visus non comprehenderat. Quid, inquit, sibi vult hæc turba? Dicunt illi, Jesum Nazarenum transire. O rem mirabilem! Alia docetur et alia prædicat: audit Jesum Nazarenum, ipsum vero Jesum Nazarenum non appellat, sed Jesum filium David. Qui videbant, quæ ex suspitione noverant, dicebant; cæcus autem, quæ ex veritate prædicabat. *Jesu, fili David, miserere mei*. Nunc itaque vocem hanc sibi quisque propriam reddens, in talem ex corde confessionem prorumpat, et quisque hanc vocem pro se proferat, *Fili David, miserere mei*. Non aliter, fratres, quam cum multi ad funebrem lectum se contulerint, et cadaver positum viderint defuncti, qui defletur a propinquis, omnes lacrymas fundunt, alii quidem quod pari affectu cum lugentibus commoveantur, alii vero quod res suas revolvant: et frequenter mulier deflet ac luget, alia scilicet, non eum qui ibi positus est (alienus enim est), sed virum suum jam defunctum; sitque aliena occasio, priorum malorum commonefactio: ita quisque vestrum, fratres, cum ea, quæ a sanctis prædicantur, didicerit, sermonem sibi accomodat, proque suis vulneribus dicat, *Fili David, miserere mei*: et dicat nunc etiam unusquisque a propriis malis excitatus, hic quidem, se mente cæcum esse; ille vero, se surdum habere animam; alius, sibi claudam esse rationem; alter, leprosum sibi esse judicium. Nam quos in corporibus morbos sanavit Christus, hi etiam in animabus existunt, et supernam opem requirunt. Cæca est anima, quæ indiget restitutione usus oculorum; cæca est anima, quæ mirabilia legis non cernit; cæca est anima, quæ sæculum futurum non respicit; cæca est anima, quæ Christi quidem corpus contuetur, divinitatem autem ejus non agnoscit. Jam vero cæcam esse animam illam, quæ res divinas ignorat, testis est Isaias dicens: *Et excæcati sunt servi Dei. Quomodo excæcati sunt? Vidistis enim, inquit, saepe, et non custodistis: aperta sunt aures, et non audistis. Et quis est cæcus, nisi pueri mei? et quis surdus, nisi qui dominantur eorum* (Isai. 42. 19. 20)? Et

(a) Collata cum tribus Codicibus Mss., uno Regio et duobus Colbertinis.

(b) Hæc est lectio LXX Interpretum; Vulgata autem: *Verbum Domini projecerunt et sapientia nulla est in eis*. Edit.

νοῦντος ἐτέρπετο· ἐπειδὴ δὲ ὁ μὲν τοῖς ῥήμασιν ὡσπερ ἀνέμοις σφοδρῶς τῆς ψυχῆς τὸν καρπὸν ἀπετίναξεν, ὁ δὲ συντρίψας ἑαυτὸν, οὐκ ἐξεδέχετο ἄλλον κατήγορον, ἐκάστῳ τὸ πρὸς ἄξιαν ἀπένειμε. Τὸν μὲν γὰρ τελώνην ἑαυτοῦ γεγεννημένον κατήγορον, ἐλευθερον ἀφῆκε τῆς κατακρίσεως, τὸν δὲ Φαρισαῖον εἰς μέσον προθέντα τὰ κατορθώματα, πενέστερον τοῦ τελώνου ἀπέφηνεν. Ἄμφοτέροις ὁ τρόπος, τῷ μὲν ὑπόθεσις πενίας εἰς πλοῦτον, τῷ δὲ ἐκ πλοῦτου εἰς πτωχείαν ὀλισθημα. Τί γὰρ φησιν ὁ Δεσπότης; Ἄμην λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος. Ὡ πόσον κακὸν τῆς ὑπερηφανίας τὸ νόσημα! Κατάκομος ἀνήλθεν ὁ Φαρισαῖος ὡσπερ ἄνθος τοῖς κατορθώμασι στεφανούμενος· συνώδευσε τούτῳ ὁ τελώνης πάσης ἀπολογίας γυμνός. Ἄλλ' ὁ μὲν εὐκαίρως ἑαυτὸν ταπεινώσας ὑψώθη· ὁ δὲ πρὸς ἀκαιρον ὕψος ἀκοντίσας ἑαυτὸν, καταγέλαστον ὑπέμεινε γύμνωσιν. Οὐκ ἦν βέλτιον ὑφειμέναις χρέ-

σθαι ταῖς φωναῖς; οὐκ ἦν κρεῖττον ἀκοῦσαι τῆς προφητικῆς φωνῆς λεγουσῆς, *Ταπεινώθητε ἐνώπιον Κυρίου, καὶ ὑψώσει ὑμᾶς*; οὐκ ἦν μᾶλλον συμφέρον κρατῆσαι τῆς γλώσσης, καὶ φυλάξει τὸν πλοῦτον, ὃν πόνοις πολλοῖς ἐκτήσατο; Ἄς γὰρ ἐν χρόνῳ συνήγαγεν ἀρετάς, ταύτας ἐν ἀκαρεῖ βροπῇ τῇ φωνῇ διεσκόρπισεν. Οὐκ ἤκουσε τάχα ὁ Φαρισαῖος τὸ γεγραμμένον, ὅτι Ἄκαθάartos ἐναντίον Κυρίου πᾶς ὑψηλοκαρδῖος; Οὐκ ἐδδάχθη τὸ καλὸς εἰρημένον, Ὅ ποιεῖ ἡ δεξιὰ σου, μὴ γνῶως ἢ ἀριστερά σου; Τάχα δὲ ἔγνω ἀμφοτέρα, ἀλλ' ἢ ἰσχύς τῆς κενοδοξίας ἐνίκησεν. Ἡμεῖς οὖν τοῦ τελώνου τὴν ταπεινώσιν κτησώμεθα, καὶ τῶν ἀμαρτημάτων τὸ βάρος ἀποθώμεθα· ὑπερηφανίαν δὲ μισθώσωμεν, δι' ἧς ὁ Φαρισαῖος τὸν πλοῦτον τῶν ἀρετῶν ἀπόλλεσεν· Ὑπερηφάνους γὰρ ὁ Κύριος ἀντιτάσσεται, ταπεινοὶς δὲ εἰδῶσι χάριν. Αὐτῷ ἢ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἄμην.

[120] *Εἰς τὸν τυφλόν, ὃν ὁ Χριστὸς ἐθεράπευσεν, καὶ εἰς τὸν Ζακχαῖον, καὶ περὶ κρίσεως, καὶ ἐλεημοσύνης, ὁμιλία.*

Πολλὰ καὶ διάφοροι τῶν ἁγίων Γραφῶν αἱ διδασκαλῖαι, μία δὲ χάρις ἢ πᾶσιν ἐπιλάμπουσα, καὶ μία πηγὴ διδασκαλίας τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. Καὶ ὅσα νόμος διαγορεύει, καὶ ὅσα προφήται διδάσκουσιν, ὅσα ἀπόστολοι κηρύττουσιν, ὅσα τὸ Εὐαγγέλιον τῆς εὐσεβείας ὑπαγορεύει, ἀπὸ μιᾶς ὡσπερ τινὸς εὐθαλοῦς πηγῆς καὶ γονίμου περιέρχεται, τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· καὶ οὐκ ἔστιν οὔτε εἰπεῖν τι σεμνόν, οὔτε νοῆσαι δεξιόν, οὔτε πράξει· θαυμαστὸν, μὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιθεβαιούντος τὰ λεγόμενα, καὶ τὰ νοούμενα, καὶ τὰ πραττόμενα. Κἂν γὰρ τις τῇ ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ κομᾶ, καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνους ὠχυρωμένην ἔχη τὴν ψυχὴν, τὸν λόγον δὲ τοῦ Θεοῦ ἀποστείηται, εἰς οὐδὲν ἔστι, καὶ εἰς οὐδὲν λογισθήσεται. Διὰ τοῦτο φησιν ὁ προφήτης· *Τὸν λόγον τοῦ Κυρίου ἀπεποιήσατο. Σοφία τις ἔστιν ἐν αὐτοῖς*; Ἡμῖν τοίνυν ἄνθη τῆς ἀληθείας αἱ Γραφαὶ τῆς εὐσεβείας· καὶ πολλὰ μὲν τὰ ἄνθη, εἰς δὲ ὁ λειμὼν ὁ τὰ ἄνθη τρέφων· πολλοὶ τῆς διδασκαλίας οἱ λαμπτήρες, εἰς δὲ ὁ φωστῆρ ὁ ἀληθινός· πολλοὶ οἱ ἀστέρες, εἰς δὲ ὁ οὐρανὸς ὁ φέρων τοὺς ἀστέρας· πολλοὶ οἱ κλάδοι, μία δὲ ἡ ρίζα· πολλοὶ οἱ δάκτυλοι, μία δὲ ἡ χεὶρ, ἢ διὰ τῶν δακτύλων γράφουσα· πολλὰ αἱ χορδαί, μία ἡ κιθάρα τοῦ Πνεύματος· πολλὰ διδασκαλῖαι, μία ἡ πηγὴ τῆς εὐσεβείας. Ἀλλὰ θαυμάζω πῶς ὁ τυφλὸς οὗτος, οὐ νόμον ἀναγνούς, οὐ προφῆτας διελθὼν, οὐκ Εὐαγγελίοις ἐν τυχῶν, οὐκ ἀποστόλοις βεβαιωθεὶς, ἐπεκαλεῖτο τὸν Σωτῆρα τῆς οἰκουμένης, λέγων, Ἰησοῦ, υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με. Πῶθεν ξμαθες ταῦτα καλεῖν, μὴ μαθὼν ὁ ἐπικαλῆ; Οὐκ ἀνέγνως βίβλους, τῶν ὄψεων ἀπεστερημένος· οὐκ ἐσχόλασας διδασκαλῖαις, μίαν ἔχων ὑπόθεσιν τῆς ζωῆς, τὴν αἴτησιν, μᾶλλον δὲ τὸ προσαιτεῖν· πῶθεν οὖν ἔγνω; τὸν φωστῆρα τοῦ κόσμου, ὃν οὔτε

ἐν οὐρανοῖς ἐθέασω, οὔτε ἐπὶ γῆς, τῶν ὄψεων ἐστερημένος; Ἄλλ' ἀληθῶς ἐπὶ τούτῳ ἐπληροῦτο τὸ ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ εἰρημένον· *Κύριος σοφοὶ τοὺς τυφλοὺς*· Ὅχλος πολὺς ἦν περὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ὁ τυφλὸς τὸν μὲν φωστῆρα τῆς ἀληθείας οὐκ ἤδει, τῆς δὲ ἐνεργείας ἤσθετο· ἤρπασε τῇ διαθέσει, ὃ μὴ παρέλαθεν ἡ ὄψις. Τί, φησὶ, βούλεται ὁ ὄχλος; λέγουσιν αὐτῷ, Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος παρέρχεται. Ὡ τοῦ θαύματος! ἄλλα διδάσκειται, καὶ ἄλλα κηρύττει· ἀκούει Ἰησοῦν Ναζωραῖον, οὐ καλεῖ δὲ αὐτὸν Ἰησοῦν Ναζωραῖον, ἀλλ' [121] Ἰησοῦν υἱὸν Δαυὶδ. Οἱ βλέποντες τὰ ἐξ ὑπονοίας ἔλεγον, ὁ δὲ τυφλὸς τὰ ἐξ ἀληθείας ἐκήρυτεν. Ἰησοῦ, υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με. Τοίνυν ἕκαστος τὴν φωνὴν ἰδιοποιούμενος, ῥήξη ἀπὸ τῆς καρδίας ἐξομολόγησιν, καὶ ἕκαστος ὑπὲρ ἑαυτοῦ ταύτην εἶπεν τὴν φωνήν, *Υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με*. Καὶ ὡσπερ, ἀδελφοί, ἐπειδὴν εἰς πένθος πολλοὶ ἀπέλθωσι, καὶ ἴδωσι σκῆνωμα προκειμένον, καὶ διακρούμενον ὑπὸ τῶν ἰδίων, πάντες διακρούουσιν, οἱ μὲν συνδιατιθέμενοι τῷ πένθει, οἱ δὲ τὰ ἑαυτῶν ἐρευνῶντες πράγματα· καὶ κλαίει πολλάκις γυνὴ καὶ ὀδύρεται, ἀλλ' οὖν οὐ τὸν προκειμένον (ἀλλότριος γὰρ), ἀλλὰ τὸν ἐαυτῆς τὸν προαπελθόντα<sup>b</sup>, καὶ γίνεται ἡ ἀλλοτρία ὑπόθεσις ἰδίων κακῶν ὑπόμνησις· οὕτως ὑμῶν ἕκαστος, ἀδελφοί, ὅταν τὰ παρὰ τῶν ἁγίων κηρυττόμενα μαθῆναι, ἰδιοποιεῖτω τὴν λέξιν, ὑπὲρ τῶν ἰδίων τραυμάτων λέγων, *Υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με*· καὶ λεγέτω καὶ νῦν ἕκαστος ἀπὸ τῶν ἰδίων κακῶν διεγειρόμενος, ὁ μὲν, ὅτι τυφλὸς ἔστι τὴν διάνοιαν, ὁ δὲ, ὅτι κωφὴν ἔχει τὴν ψυχὴν· ἄλλος, ὅτι χωλὸν ἔχει τὸν λογισμὸν, ἕτερος, ὅτι λεπρὸν ἔχει τὴν γνώμην. Τὰ γὰρ πάθη, ἃ ἐθεράπευσεν ἐπὶ τῶν σωμάτων ὁ Χριστὸς, ταῦτα καὶ

<sup>a</sup> Unus scilicet typhlorum. <sup>b</sup> Morel. τὸν ἀπελθόντα.

ret Judex veritatis; imo potius cum delictorum nostrorum medicus ad solum eum amici habitu accessit, quid ait illi? *Adam, ubi es? Quid respondit Adam? Vocem tuam audivi, et me occultavi, quia nudus sum (Gen. 3. 9. et 10).* Quid ergo ille qui omnia novit? Ignorantiam simulat et dicit: *Et quis indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo solo praeceperam tibi ne comederes, comedisti (Ibid. v. 11)?* Ostendit illum omnium fere copiam accepisse, neque ex angustia rerum fruendam ad praevaricationem venisse. Quid ad haec reus? *Mulier quam dedisti mihi, ipsa mihi dedit (Ibid. v. 12).* Adam mulieri peccatum adscribit, et in arbori adscribit? Qui accusabatur, mentiri non potuit; non invenit aliud perfugium extra veritatem, non Creatori causam imputavit, sed uxorem accusavit; et tu res accusas, quatum vim ignoras? *Ecquid Evae dixit Deus? Cur hoc fecisti (Ibid. v. 13)?* Illa vero interrogata causam affert: *Serpens decepit me.* Num creationem perstrinxit? num Creatorem incusavit? num dixit, Cur nos fecisti? cur ligni fructum prohibuisti? Quae accusationibus impetitur, non invenit quo pacto mentiar. Solent enim accusati ea quae non sunt comminisci, ut crimen effugiant. Accusata ergo illa non invenit aliud perfugium; et tu ea, quae illi culpae obnoxii non attulerunt, ad Deum accusandum profers? Sed rursus ad propositum revertar. *Adam, ubi es?* Cum vidit ora peccantium obstructa, nec ullam peccanti inesse fiduciam, interrogantis more viam ipsi excusationis aperit. Prævaricatus me occultavi; audita tua, Domine, benignitate, ad me excusandum accessi. Et vide justam Judicem. Non statim examinat eam quae peccarat, sed eum qui deceptus fuerat: et merito quidem; nam gravius fuisset iudicium, si a noxia muliere coepisset. Verum incipit ab eo qui poterat parvam saltem invenire excusationem, quia ab alia persona deceptus fuerat. A viro itaque ad mulierem procedit, et dicit: *Cur hoc fecisti?* Respondet illa Domino: *Serpens decepit me.* Serpens decepit? Fallacia in excusationem admissa fuisset, nisi prævium præceptum errandi viam clausisset; nisi dixissem, *In quacumque die comederitis de ligno, morte moriemini,* locum fallaciae habuisset. Cur non Dei verbum, sed fallacia admissa fuit? Sic Creator inculpatus fuit, prævaricator autem culpae obnoxius. Sed ad propositum revertamur. Perquisitio criminis a decepto ad decipientem progressa est, sententia vero in malorum auctorem prolata fuit. Primo Dei vindicta contra illum fert calculum, neque statim contra virum vel contra mulierem pronuntiat, sed contra serpentem. Et vide Judicis consideratam tarditatem. Non serpentem ad examen vocat Deus; non enim in alium vult culpam referre, neque aliud perfugium reperire. Quid igitur ait illi? *Maledictus es inter omnia animantia terræ (Ibid. v. 14).* Serpens instrumentum apparens est, diabolus vero est qui invisibiliter per serpentem decipit. Cur contra instrumentum poena profertur, et non contra facinoris auctorem divina vindicta exercetur? Et contra peccatum profertur, et contra instrumentum peccati. Nosti quod latro ratione destitutus, si cornibus impetat, poenam mortis Deus statuatur, et illum impetum puniat. Sic igitur hic contra serpentem fert sententiam, ostendens, si instrumentum peccati ita supplicio afficit, multo magis auctorem se plexurum esse. Ideo beatus Isaias comminationem illam contra serpentem pulchre accipiens ait: *Et erit in novissimis diebus, Inducet Deus gladium sanctum, grandem et fortem super draconem, serpentem fugientem, super draconem, serpentem tortuosum, et occidet draconem in die illa (Isai. 27. 1).* Draconem vocat diabolum, et serpentem tortuosum, ipsum daemonum principem. Sic et Salvator ait: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones (Luc. 10. 19).* Et ne putes agi de rebus sub sensum cadentibus, addit, *Et supra omnem virtutem insueti.* Sed cum audieris draconem et serpentem, ne radicem malitiae aspiceris esse, ut aiunt Manichæi. Non enim fuit radix mali, neque natura nequiae,

sed propensio ad iniquitatem. Vides, inquit, quomodo Scriptura vocet illum serpentem et draconem, et quasi quamdam extraneam naturae malitiam indicet? Verum haec sunt impiorum verba vana, inania et ratione destituta. Nam cum Dominus dicit hominibus, *Serpentes, genimina viperarum (Math. 23. 33),* non naturam accusat, sed propositum. Sic non oportet dictionibus hæerere, sed a sententiis institi.

5. Sed rursus digladiantur, et aliam proferunt questionem. Cur lignum vocavit scientiae boni et mali, nisi Scriptura sacra vellet ligni aliquam hujusmodi naturam ind care? Ne veritatem temere calumniaris, nō homo. Lignum enim, boni et mali non naturam genuit, sed occasionem tulit: atque ita vocabatur, non quod talem naturam haberet, sed quod secundum prolata sententiam id efficeret. Quid Adamum docuit gustatio? Bonum esse Deo obedire, malum ei non obsequi: et hæc est scientia boni et mali, nihilque aliud omnino. Quam enim statim habuerit scientiam bonorum, ubi aperti sunt ejus oculi? quod aliud bonum vidisset? elemosynam? Sed qui pauperes illie erant? Quid vidit? bonam esse humanitatem? Sed quam invenit humanitatis occasionem? Quid ergo vidit? Bonum esse obedire, malum non obsequi Benefactori. Quis hæc declarat? Scriptura quæ dicit: *Si renuntietur tibi, o homo, quid sit bonum, aut quid Dominus requirat a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum (Mich. 6. 8. et Deut. 10. 12).* Viden' bonum esse timorem Domini, et malum esse non obsequi Deo? Inhorruit, inquit, cælum, et stupefacta est terra: *Duo enim mala fecit populus meus; me dereliquerunt fontem aquæ vivæ (Jer. 2. 12. 13),* etc. Cur ergo dixit, inquit: Ne tetigeris lignum, de quo si comedas, per transgressionem cogniturus es bonum et malum? quare? Ego tibi panem declarabo. Solet divina Scriptura talia rebus nomina dare, qualia ex occasione quapiam sortiuntur: verbi gratia, Isaac puteum fodit, et Philistæi venientes de puteo concertabant, et sibi illum attribuerunt, alienis fruentes laboribus. Quid ergo Isaac? Vocavit nomen putei, Inimicitiam. Non puteus inimicitiam fecit, sed occasio rei circa ipsum actæ; ideoque Puteus inimicitia factus est. Fecit et alium puteum, qui sublatus ipsi fuit: et vocavit illum, Puteum injustitiæ; non quod ipse puteus injustitiæ esset, sed quia circa puteum materia injustitiæ fuit. Similiterque ministri Joabi et Abeneri circa fontem, et vocatus est locus, Portio insidiatorum (2. Reg. 2. 15. 16). Rursum hic non locus insidias peperit, sed occasio nomen loci indidit. Ita et in Adamo factum est. Quia ab ortu experimentum habiturus erat, bonum esse obedire, malum non obsequi; ideo arbor ex occasione nomen accepit. Verum hæc hactenus. Utinam vero nos a ligno illo fugiamus, et ad lignum vitæ accurramus, ad lignum crucis, quod fructus justitiæ tulit, quod virginitatem germinavit, et sanctimoniam protulit, fructusque varios persolvit, multis diversisque numeribus comantes; cum videlicet in ipsa sensibili deflexione crucis magna singularisque salus parva est; non illam dico, quam Servator mystice dispensavit, sed illam, quam latro ille palam abripuit. Quia enim Adam per lignum ex paradiso ejectus est (*Justus es, Domine, et recta judicia tua [Psal. 118. 137]*); quia per peccatum unum Adam eicitur, per unam fidelem confessionem latro introducitur in paradisu. Crucifigeris cum iniquis, et iniquis salutem paris. Dicit ei latro: *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum (Luc. 23. 42).* Latro certe iste non finem fecit latrocinandi, donec cum aliis ceterum regnum cælorum abripuit. Alius vero latro Domino conviciatur: *Si Filius Dei es, salva teipsum et nos (Ibid. v. 39).* Verba latronis affinia sunt verbis Judæorum: nam et illi dicebant: *Si Filius Dei es, descende de cruce (Math. 27. 40),* et credemus tibi. Viden' quam concordem habeant filii diaboli impietatis disciplinam? *Salvum fac,* inquit, *teipsum et nos*

(*Marc. 15. 32*). Quid ergo beatus latro? Dominum defendit; et qui damnatus est, personam iudicis assumit, et incipit iudicare in veritate: *Neque tu times Deum, quia in eadem damnatione sumus. Et nos quidem iuste; nam digna factis recipimus; hic autem quid fecit (Luc. 23. 40. 41)?* Dic mihi, o latro, cur non coram Pilato breviter confessus es? cur post mille tormenta, non tunc dixisti, quid feceras? Aliud erat homo iudex, aliud Deus iudex. Illi occultare studebam, qui non noverat quæ in corde erant; huic non occulto, qui in corda penetrat. Cur Pilato non breviter confessus es? Quia ibi confessionem sequebatur supplicium: hic vero confessionem sequitur salus: nam, *Dic tu iniquitates tuas prior, ut justificeris (Isai. 43. 26)*. Videre igitur erat Servatorem in medio latronum, jugum justitiæ: videre erat librantem fidem et infidelitatem, justitiam et injustitiam. Traxit medium justitiæ tribunal; et qui infidelitatis pondere pressus erat, trahebatur, qui vero fide sublimis erat, attollebatur. *Nos quidem, inquit, digna factis recipimus; hic autem quid?* Et nunc video, ait, injustitiam ipsamque stupendam; justum cum injustis crucifixum, et æquitate cum iniquitate plexam. *Nos quidem digna factis recipimus; hic autem quid fecit?* Nos cædes patravimus, vivos occidimus: hic mortuos ad vitam reduxit, et mortis vim solvit: nos aliena rapuimus; hic sua quemque dare jubet: nos eos, qui nihil nos læserant, occidimus; hic inimicos diligere docuit. Injustum est iudicium. Num hujus opera supplicio, nostra remissione digna sunt? Judicate secundum veritatem. Nequitia fugiat, justitia honoretur. Verum hæc ex Judæorum nequitia facta sunt, impletumque est mysterium propheticum, clare de Salvatore dicens: *Et cum iniquis reputatus est (Id. 55. 12. Marc. 15. 28)* justus. Sed beatus quidem latro ita philosophabatur; sic præsentibus erudiebat, dum alteri exprobraret. Ut

autem mortuum vidit præsentium auditum, veritatem denum ad eum, qui novit interiora cordis, et dicit Domino: *Domine, memento mei in regno tuo*. Crucifixum vides, et Dominum confiteris: damnati formam vides, et Regis dignitatem prædicas? Ecquid miramur, fratres, si Paulus post tantam mysteriorum disciplinam, post tantam miraculorum experientiam dicat: *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent (1. Cor. 2. 8)*? Hoc Paulus prædicat post tanta cognita mysteria, post miracula et signa, post mille operationes, post resurrectionem, post assumptionem. Latro autem, visa tanta contumelia, cruce defixa, Dominum vocat eum, qui crucifixus est, et dicit ei: *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum*. Quid dignum memoria fecisti? quid non dignum supplicio fecisti? annon occidisti? annon furatus es? annon latrocinatus es? Sexcentis fœdatus malis rogas illum justitiæ fontem, ut iniquitatis tuæ meminere? Etiam, *Domine, justus es, et recta judicia tua (Psal. 118. 137)*. Redde mihi secundum justitiam tuam. Ego vidi apertam contumeliam tuam, crucem, et opprobrium ab iniquis illatum: nec jam video apertam illam contumeliam, sed occultum regnum. Ego quæ video, despicio; tu non despicias aperta mea delicta, et mentis fidem admittis? *Memento mei, Domine*. O justum iudicium! Memento mei in regno tuo. Non esset justum, Domine, dum diabolus unum ex discipulis proditorem facit, te unum ex discipulis diaboli non mutare in evangelistam. Discipulum veritatis rapuit injustitia, et discipulum injustitiæ non mutabit veritas? Nonne tu es, Domine, qui multas tenebras in lucem, et tortuosa in rectam viam? Muta quoque latronem in evangelistam, vince bonitate nequitiam, exstingue justitiæ iniquitatem, et da gloriam benignitati tuæ, quam decet gloria et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

## MONITUM IN HOMILIAM

De hac seu homilia seu dissertatione hoc tulit iudicium Savilius, tom. VIII, col. 746: *Homilia erudite quidem illa et acute contexta, sed nullo modo Joannis nostri, aut in dubiis saltem, aut in ἀμφιβαλλομένης, relinquenda. Adde quod quibusdam in locis sibi ipsa pugnare videtur, in aliis veritati. Secum pugnat homiliæ auctor, cum post allatum Joannis locum (Et vidit et credidit. Nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos) adjicit ipse, Nihil de resurrectione credentes; cum ipse Joannes de se loquens dicat, ipso referente, Et vidit et credidit; nempe, ut vidit monumentum vacuum, resurrectionem credidit. Nam quod adjicit, Nondum enim sciebant Scripturam, etc., ad tempus præcedens, ut liquet, referendum est.*

## IN MULIERES QUÆ UNGUENTA ATTULERUNT: ET QUOD NULLA DIVERSITAS VEL PUGNA REPERIATUR INTER EVANGELISTAS CIRCA RESURRECTIONEM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

1. Age de evangelistarum historia circa sanctam Christi resurrectionem pauca vestræ caritati disseramus, ostendamusque nullam ea de re apud evangelistas discordiam vel pugnam reperiri. Quia enim hæc de re vario modo loquuti sunt quatuor illi, visum est quibusdam insipientibus, in hac recensione pugnam, imo mendacium deprehendi. Sancti vero Patres nostri paucis illorum stultitiam confutaverunt dicentes,

singulos evangelistas singulas profectiones mulierum et apostolorum ad divinum sepulcrum narravisse, quæ diversis fuere temporibus; nullumque eorum meminisse quæ in alterius narratione ferebantur, sanctissimo Spiritu, qui per ipsos loquebatur, ita dispensante, ut nihil tunc gestorum prætermitteretur, et cum omnes diversi temporis historiam persequerentur, omnis suspitionis materiam effugerent. Ve-



τηρ μυστικῶς ψυχοδόμησεν, ἀλλ' ἦν ὁ ληστής ἐκείνος προφανῶς ἀπεσύλησεν, ἡμῖν πρυτανεύσαντι. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἀδὰμ διὰ φύλου ἐξωρίσθη τοῦ παραδείσου ( Δίκαιος εἶ, Κύριε, καὶ εὐθεὶς αἱ κρίσεις σου ), ὅτι διὰ μιαν ἁμαρτίαν ὁ Ἀδὰμ ἐξωρίσθη, καὶ διὰ μιαν πιστὴν ἁμολογίαν εἰσάγεται ὁ ληστής εἰς τὸν παράδεισον. Σταυρούσαι μετὰ παρανόμων, καὶ σώσεις τοὺς παρανόμους. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ ληστής· Κύριε, μνήσθητι μου. ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Καὶ ὁ μὲν ληστής οὗτος οὐκ ἐπαύσατο ληστεύειν, ἕως μετὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὴν τὴν βασιλείαν ἐσύλησεν. Ἀλλ' ὁ ἕτερος ληστής δυνειδίζει τῷ Κυρίῳ, *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, καὶ σεαυτὸν σώσον καὶ ἡμᾶς*. Τὰ ῥήματα τοῦ ληστοῦ ἀδελφά εἰσι τῶν Ἰουδαίων· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἔλεγον· *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάρθῃ ἀπὸ τοῦ σταυροῦ*, καὶ πιστεῦσόμενοι σοι. Ὅρα εἰ τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου πῶς σύμφωνον ἔχει τὴν μάθησιν τῆς ἀσεβείας; *Σώσον*, φησὶ, *σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς*. Τί οὖν ὁ μακάριος ληστής; Συνηγορεῖ τῷ Κυρίῳ, καὶ λαμβάνει τὰξιν κριτοῦ ὁ κατὰκριτος, καὶ ἄρχεται δικάζειν τῇ ἀληθείᾳ· *Οὐδὲ φοβῆ σὺ τὸν Θεόν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι ἔσμεν· καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὡν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ τί ἐποίησεν*; Εἶπε μοι, ὦ ληστὰ, ἐπὶ Πιλάτου διὰ τί μὴ συντόμως ὠμολόγησας; διὰ τί μετὰ μυρίας βασιάνους τότε οὐκ εἶπας, ἃ ἐποίησας; Ἄλλο ἦν ἄνθρωπος δικαστής, ἄλλο Θεὸς δικαστής. Ἐκείνῳ ἐπειρώμην κρύπτειν τῷ μὴ εἰδόντι τὰ ἐγκάρδια, τοῦτω οὐ κρύπτω ἐμβατεύοντι ταῖς καρδίαις. Διὰ τί οὐκ ὠμολόγησας ἐπὶ Πιλάτου συντόμως; Ὅτι ἐκεῖ τῇ ὁμολογίᾳ εἶπετο ἡ τιμωρία· ἐνταῦθα δὲ τῇ ὁμολογίᾳ ἔπεται ἡ σωτηρία. Λέγε γὰρ σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, *ἴνα δικαιωθῆς*. Ἦν οὖν ἰδεῖν τὸν Σωτῆρα ἐν μέσῳ τῶν ληστῶν ζυγὸν δικαιοσύνης· ἦν ἰδεῖν ταλαντευόντα πίστιν καὶ ἀπιστίαν, καὶ δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν. Εἰλκυσε μέσον τῆς δικαιοσύνης κριτήριον, καὶ ὁ μὲν τῇ ἀπιστίᾳ ἐμβαρυνόμενος καθέλκετο, ὁ δὲ τῇ πίστει μετεωριζόμενος ἀνήγετο. Ἡμεῖς δὲ, φησὶν, *ἄξια ὡν ἐποίησαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ τί; Καὶ νῦν βλέπω, φησὶν, ἀδικίαν καὶ ξένην, δικαίον μετὰ ἀδικῶν σταυρούμενον, καὶ τὴν εὐνομίαν μετὰ τῆς παρανομίας κολαζομένην. Ἡμεῖς μὲν ἄξια ὡν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ τί ἐποίησεν*; Ἡμεῖς ἐποίησαμεν φόνους, καὶ ζῶντας ἐνεκρώσαμεν· οὗτος νεκροὺς ἐζωοποίησε, καὶ θανάτου βίαν παρέλυσεν· ἡμεῖς ἀλλότρια ἐσύλησαμεν, οὗτος καὶ τὰ ἴδια διδόναι παρακαλεῖται· ἡμεῖς τοὺς οὐδὲν ἀδικήσαντας ἀπεκτεί-

ναμεν, οὗτος καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν ἐδίδαξεν. Ἄδικος ἢ κρίσις. Εἶτα ἔργα τούτου κολάσεως ἄξια, τὰ ἡμέτερα ἀφέσεως ἄξια; Κρίνατε τὴν ἀλήθειαν. Ἡ κακία φευγέτω, ἡ δικαιοσύνη τιμαίθω. Ἀλλ' ἐγένετο μὲν ταῦτα ποιητῆρα Ἰουδαϊκῆ, ἐπληροῦτο δὲ μυσταγωγία προφητικῆ διαβρύδῳ περὶ τοῦ Σωτῆρος φάσκουσα, *Καὶ μετὰ ἀνόμων ἁλογίσθη ὁ δίκαιος*. Ἀλλ' ὁ μὲν μακάριος ληστής οὗτος ἐφιλοσόφει, οὕτω τοὺς παρόντας ἐπαίδευε, δι' ὧν τὸν ἕτερον δυνειδίζειν. Ὡς δὲ εἶδε νεκρὰν τῶν παρόντων τὴν ἀκοήν, στρέφεται λοιπὸν ἐπὶ τὸν εἰδόμενόν τὰ ἐγκάρδια, καὶ φησὶ πρὸς τὸν Κύριον· *Κύριε, μνήσθητι μου ἐν τῇ βασιλείᾳ σου*. Σταυρούμενον βλέπει, καὶ Κύριον ὁμολογεῖ; καταβίκου σχῆμα ὄρα, καὶ βασιλέως ἄξιον κηρύττει; Καὶ τί θαυμάζομεν, ἀδελφοί, εἰ Παῦλος μετὰ τοσαύτην μυσταγωγίαν, μετὰ τοσαύτην πειραν θαυμάτων λέγει· *Εἰ γὰρ ἐγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν*; Τούτο κηρύττει ὁ Παῦλος, μετὰ τοσαύτην μυσταγωγίαν, μετὰ τὰ θαύματα, μετὰ τὰ σημεῖα, μετὰ μυρίας ἐνεργείας, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, μετὰ τὴν ἀνάληψιν. Ὁ δὲ ληστής, ἀκμαζούσης τῆς φαινομένης ὑβρεως, σταυροῦ πεπηγμένου, Κύριον καλεῖ τὸν ἐσταυρωμένον, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν· *Κύριε, μνήσθητι μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου*. Τί [158] ἐποίησας ἄξιον μνήμης; εἰ δὲ οὐκ ἐποίησας ἄξιον τιμωρίας; οὐκ ἐφένευσας; οὐκ ἔκλεψας; οὐκ ἐλήστευσας; Μυρίους κακοῖς ἐμπεφυρμένους ἀξιοῖς μνησθῆναι σου τῆς ἀδικίας τὴν πηγὴν τῆς δικαιοσύνης; Ναί, Κύριε, δίκαιος εἶ, καὶ εὐθεὶς αἱ κρίσεις σου. Ἀντίδος μοι κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου. Ἐγὼ εἶδόν σου τὴν φαινομένην ὑβριν, καὶ σταυρόν, καὶ τὸ δυνειδὸς τῶν παρανόμων· καὶ οὐ βλέπω τὴν φαινομένην ὑβριν, ἀλλὰ τὴν κρυπτομένην βασιλείαν. Ἐγὼ, ἄ ῥω, παρρω· σὺ οὐ παρορᾷς μου τὰ φαινόμενα πταισμάτα, καὶ ἀποδέχῃ τὴν πίστιν τῆς διανοίας; *Μνήσθητι μου, Κύριε*. Ὡς τῆς δικαίας κρίσεως! Μνήσθητι μου ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Οὐκ ἔστι δίκαιον, Κύριε, τὸν μὲν διάβολον ἕνα τῶν μαθητῶν ποιῆσαι προδότην· ἀπὸ δὲ τῶν μαθητῶν τοῦ διαβόλου σε μὴ μεταβαλεῖν εἰς εὐαγγελιστῆν. Τὸν μαθητὴν τῆς ἀληθείας ἤρπασεν ἡ ἀδικία, τὸν μαθητὴν τῆς ἀδικίας οὐ μεταβαλεῖ ἡ ἀλήθεια; Οὐ σὺ εἶ, Δέσποτα, ὁ μεταβάλλων τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὰ σκολιά εἰς εὐθείαν; Μετάβαλε καὶ τὸν ληστὴν εἰς εὐαγγελιστῆν, νίκησον ἀγαθότητι τὴν πονηρίαν, σβέσον τῇ δικαιοσύνῃ τὴν ἀδικίαν, καὶ δὸς δόξαν τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ· ἢ πρέπει δόξα καὶ ἡ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

### IN MULIERES UNGUENTA FERENTES.

Contra veritatem porro et verisimilitudinem pugnat per totam fere homiliam et cum affirmat Mariam Jacobi esse B. Virginem Deiparam, venisseque primam ad monumentum cum Maria Magdalena, incipiente hora septima noctis, quæ inter Sabbatum et Dominicam intercedit : tenuisseque ambos Christi pedes, illumque adoravisse. Neque tamen, inquit, crediderunt apostoli Mariæ Virgini et Magdalena id narrantibus ; imo, perguit ille, Magdalena apostolos videns dictis non credere, ipsa quoque putavit se non vidisse id quod viderat, et imaginariam fuisse visionem. Cætera non persequor, quæ ille contra omnium opinionem asserere nititur : supponit tamen ille, ut et alii plurimi, Mariam Magdalenam aliam esse a Maria sorore Lazari. Stylus est totus perplexus, spinosus, incultus, et a grammaticæ legibus plerumque aberrat.

[159] *Εἰς τὰς μισροφόρους γυναῖκας· καὶ ὅτι οὐδεμία διαφωνία οὐδὲ ἐναντιώσις ἐν τοῖς εὐαγγελισταῖς εὐρίσκειται περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Φέρε δὲ περὶ τῆς τῶν εὐαγγελιστῶν ἱστορίας εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ βραχέα διαλεχθῶμεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, καὶ δεξιῶμεν ὅτι οὐδεμία διαφωνία, οὐδὲ ἐναντιώσις ἐν τοῖς εὐαγγελισταῖς εὐρίσκειται περὶ αὐτῆς. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ τέσσαρες ἄλλοιως αὐτὴν ἐξέδωκαν, ἔδοξεν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφῆρῶν διαφωνία εἶναι τὰ γεγραμμένα, καὶ ψεύδος λοιπόν. Οἱ δὲ ἅγιοι Πατέρες ἡμῶν βραχέϊ λόγῳ διέλυσαν τὴν ἐκείνων ἄνοιαν, ἕκαστον

τῶν εὐαγγελιστῶν εἰρηχότως ἰδίαν ἀφίξιν γυναικῶν τε καὶ ἀποστόλων ἐπὶ τὸ θεῖον μνημεῖον γεγενημένην ἀνιστορησαι κατὰ διαφόρους καιροὺς, καὶ μηδένα αὐτῶν τῆς ἄλλου ἐξηγήσεως ἐπιμνησθῆναι, οὕτω τὸ παναγίου Πνεύματος τοῦ δι' αὐτῶν λαλοῦντος οικονομήσαντος, ἵνα καὶ τῶν τότε γινομένων μηδὲν παροφθῇ, καὶ τῷ μὴ τῶν αὐτῶν καιρῶν διεληφέναι πάντας, ἐκφυγῶσι τοῦ ἐνδοξαμοῦ τὴν ὑπόνοιαν. Ἀλλ' ἐπεὶ, κὰν διαφόρους εὐμεν

τοὺς καιροὺς καὶ τὰς ἐπὶ τὸ μνήμα τῶν γυναικῶν ἀρ-  
 ζεις, ὡς οἱ Πατέρες εὐρήκασιν, ὅμως ἀναρμοστίαν καὶ  
 ἀσυμβασίαν τῶν γεγραμμένων εἰρησθαι παρὰ τῶν γυ-  
 ναίων κατηγοροῦσι τινες ὑπὸ δαίμονος ἐνηχοῦμενοι·  
 φέρε τῇ ἐπιπολιᾷ τοῦ παναγίου Πνεύματος τὰ περὶ τού-  
 των, καθὰ χωροῦμεν, διασαφῆσωμεν. Οἶδα γὰρ ἐν Θεῷ,  
 ὡς ἄβυσσος ἡμεῶν τῶν διαφόρων καιρῶν, καὶ τῆς τῶν  
 προσώπων ἐπιστασίας, οὐ προσκόψομεν πρὸς τὰ ῥήματα.  
 Τὰ μὲν οὖν τοῦ πάθους τοῦ Δεσποτικοῦ συντόμως διέλω-  
 μεν. Ἐλέγομεν δὲ, ὡς παρεδόθη ὁ Κύριος Πιλάτῳ, εἰτα  
 σταυρωθεὶς ἐτελεύτησε κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἐτάφη τε,  
 καὶ λίθος ἐπετέθη τῷ μνήματι μέγας, καὶ αὐτὸς σφρα-  
 γισθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, καὶ φυλαττόμενος ὑπὸ τῶν  
 στρατιωτῶν. Ἦότε ταῦτα; Τῇ ἑσπέρᾳ τῆς παρασκευῆς·  
 σάββατον γὰρ ἐπέφωσκε. Πολλὰ γὰρ χρῆσται καὶ κάλ-  
 λιστα: γυναῖκες συναναβᾶσαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας,  
 εἶδον τὰ γεγονότα, καὶ τὸ μνημεῖον, καὶ τὴν θέσιν τοῦ  
 σώματος. Καὶ τὸ μὲν σάββατον, ὡς γέγραπται, ἤσυχασαν  
 κατὰ τὴν ἐντολήν· ἠγόρασαν δὲ ἀρώματα καὶ μύρα, ἵνα  
 ἐλθούσαι ἀλείψωσι τὸν Ἰησοῦν. Ἀπεντεύθεν πρόσεχε,  
 ἀγαπητὲ, τὴν ἀρμονίαν τοῦ πράγματος· ἠτοίμασαν τὰ  
 μύρα τῷ σαββάτῳ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Ἰωάννα καὶ  
 Σαλιώμη καὶ αἱ λοιπαὶ γυναῖκες, ἵνα λοιπὸν τῇ μῆτ' αὐτῶν  
 σαββάτων ἐλθούσαι, ἤτις ἐστὶν ἡ Κυριακὴ, ἀλείψωσιν  
 αὐτόν. Ἀλλὰ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου, ἤτις ἦν ἡ Θεοτό-  
 κος (οὕτω γὰρ ἐχρημάτισε τότε, ὡς μητριὰ, φημί,  
 τοῦ Ἰακώβου τοῦ λεγομένου ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου), οὐκ  
 ἐθάσταζεν ἀπὸ τῆς οἰκίας πᾶσαν τὴν μετὰ τὸ σάββατον  
 νύκτα καρτερῆσαι, ἀλλ' εὐθύς ὀφίας σαββάτων ἦλθεν εἰς  
 τὸ μνημεῖον, τουτέστι, βραδύ μετὰ τὸ σάββατον. Ἀμέ-  
 λει τινὲς τὸν εὐαγγελιστῶν, ὄψ' ἐσαββάτων, ἔχουσιν, ὡς  
 εἰώθαμεν λέγειν, ὄψ' τῆς ὥρας, ὄψ' τοῦ καιροῦ κ.  
 Οὐδὲ γὰρ τῇ ἑσπέρᾳ εὐθύς τοῦ σαββάτου, ἀλλ' ὀφίας,  
 ἤτοι ὄψ' σαββάτων. Συμβαίνει δὲ τῷ μεσονύκτιον, ἢ καὶ  
 εἰ βραχύ. Πόθεν δὴλον; Ἐκ τοῦ δεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν  
 ἐπαγγελίαν αὐτοῦ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι, τουτέστι,  
 τῇ ἀγίᾳ Κυριακῇ. Αὕτη γὰρ τρίτῃ ἡμέρᾳ σὺν τῇ παρα-  
 σκευῇ, ἐν ἡ ἑσταυρώθη. Ἡ δὲ Κυριακὴ ἀπὸ ἐβδόμης ὥρας  
 τῆς νυκτὸς ἀρχεται, καὶ λήγει εἰς τὴν ἕκτην ὥραν τῆς  
 ἑξῆς νυκτὸς. Καὶ οὕτω πᾶσαν ἡμέραν ἀριθμῶν, οὐ  
 προακρίβεις τῇ κοσμοποιίᾳ λεγούση· Καὶ ἐγένετο ἑσπέ-  
 ρα, καὶ ἐγένετο πρωὶ, ἡμέρα μία. Ἦνίκα γὰρ τὸ μέ-  
 σον [160] τῆς νυκτὸς παρέλθοι, ὁ ἥλιος παρατρέχων τὴν  
 γῆν εὐθύς φωτίζει λαμπρῶς καὶ πρὸς ἀνατολὰς μέρος,  
 κἂν μὴ τοῦτο β φαίνεται, καὶ ποιεῖ τὸ λεγόμενον πρωὶ  
 κατὰ τοὺς ἐκείσε οἰκούντας. Οὕτω γὰρ καὶ τὰ παρ' ἡμῶν  
 πρωτὰ ἄλλαις καὶ ἄλλαις ὥραις πρὸς τὸν ἐγγισμὸν τοῦ  
 ἡλίου δείκνυται, καὶ οὐ πᾶσιν ὁμοίως κατὰ ταύτην.  
 Μετὰ γοῦν τὸ μεσονύκτιον ἐπιφωσκούσης Κυριακῆς  
 ἠγέρθη ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν, τουτέστι, τρίτῃ ἡμέρᾳ  
 κατὰ τὰς Γραφάς. Ἡ οὖν ἅγια Παρθένος καὶ Θεοτόκος  
 Μαρία ὀδυνημένη μᾶλλον ἀπάντων, σύνδρομον αὐτῆς  
 περὶ τὴν σπουδῆν εὐρούσα Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν  
 (σπουδαιότητα δὲ αὐτῆ ἡ γυνὴ, ὅθεν καὶ παρὰ τοῖς τέσ-  
 σαρτι τῶν εὐαγγελιστῶν μνημονεύεται), ἦλθεν εὐθύς  
 μετὰ τὸ μεσονύκτιον, ἦγον ὀφίας σαββάτων, εἰς τὸ  
 μνημεῖον, οὐ μετὰ τῶν ἀρωμάτων (οὐ γὰρ ἐπεδέχτο ὁ  
 καιρὸς), ἀλλὰ μόνον θεωρησάτω τὸν τάφον. Αὕτη πρώτη  
 ἀφίξις τῶν τιμίων καὶ ἱερῶν γυναικῶν, ἦν ἱστορεῖ Ματ-  
 θαῖος ὁ εὐαγγελιστῆς. Εἶτα ἐσεισθουσὶν αὐτῶν εἰς τὸ  
 μνημεῖον, γίνεται ἄφωσ εἰσιμῶς, ὅτε ὁ ἄγγελος ἀποκυ-  
 λεί τὸν λίθον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ κἀθηται ἐπάνω  
 αὐτοῦ. Ὁ δὲ Κύριος ἦν ἐγερθεὶς. Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ εὐαγ-  
 γελιστῆς, ὅτι ἀποκυλισθέντος τοῦ λίθου τότε ὁ Σωτὴρ  
 ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ τάφου, ἀλλ' ὅτι ἀπεκύλισεν ὁ ἄγγελος  
 πρὸς τὸν λίθον, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ. Ὁ γὰρ Κύριος  
 ἀφάρσ' αἱ λοιπὸν τὸ οἰκεῖον σῶμα, ὡς Θεός, διαλαμπε-  
 ρῶν, καὶ δντος τοῦ λίθου εἰς τὸ μνημεῖον ἐξῆλθεν ἐκεί-  
 θεν· ὡσπερ καὶ τῇ ἑσπέρᾳ τῆς Κυριακῆς αὐτῆς τῷ  
 θυρῶν κεκλεισμένον εἰσῆλθε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.  
 Αἱ δύο γυναῖκες αὗται, ἦγον ἡ ἅγια Παρθένος καὶ Θεο-  
 τόκος, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, πορευόμεναι μετὰ φόβου  
 καὶ χαρᾶς μεγάλης ἀπαγγέλλει τοῖς ἀποστόλοις, ὅτι  
 ἠγέρθη ὁ Κύριος καλῶς εἶπεν αὐταῖς ὁ ἄγγελος, καὶ

ὅπως εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀπέλθωσι, καὶ ἐκεῖ αὐτὴν βύου-  
 ται, αὐτῷ ἀπήνησαν τῷ σσαρκωμένῳ λόγῳ Θεῷ. Καὶ  
 εἰπόντος αὐταῖς, Χαίρετε, πεσοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ  
 τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτόν. Ὁ δὲ Κύριος οὐκ  
 ἐπέστησεν αὐταῖς ἀψαμέναις αὐτοῦ (ἐν πρώτοις γὰρ  
 αὐτὸν ἐθεάσαντο), ἀλλὰ τὸναντιὸν καὶ ἀνεστήσατο  
 εἰπὼν· Μὴ φοβείσθε ὁμοίως, ἀλλ' θυάρετε, εἰκατε  
 τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλι-  
 λαίαν, κακεῖ με βύονται.

β'. Μέχρι τούτου τὰ τοῦ Ματθαίου περὶ τῶν γυναικῶν.  
 Ἀπελθούσαι δὲ ἐκεῖναι πρὸς τοὺς μαθητὰς, ἀπήγγειλαν  
 αὐτοῖς καὶ πᾶσι τοῖς μετ' αὐτῶν τὰ τοῦ ἀγγέλου ῥήματα,  
 καὶ τὰ τοῦ Κυρίου, καὶ ὡς εἶδον αὐτόν· καὶ οὐ μόνον  
 τοῦτο, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας. Οἱ δὲ  
 μαθηταὶ τοῦ Κυρίου ἀπὸ τῆς πολλῆς καὶ ἀφάτου ὀλί-  
 ψως τῆς ἐκ τοῦ σταυροῦ οὐδὲ ἀκούσαι αὐτῶν ἠνέσχοντο.  
 Καὶ περὶ μὲν τῆς Μαγδαληνῆς οὐδὲ λόγον, οἶμαι, ἀφ-  
 ἦξαν, περὶ δὲ τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου, ἐπεσθὴ καὶ ἐτίμων  
 καὶ ἤδουντο αὐτήν, ἔφησαν πρὸς ἑαυτοὺς, ὡς ἡ ὑπερβολὴ  
 τῆς θλίψεως τὸν νοῦν αὐτῆς ἐκταράξασα, καὶ τὴν ὄρασιν  
 καὶ τὴν ἀκοήν καὶ τὴν ἀφῆν αὐτῆς ἐξηπάτησεν. Ἐκείνη  
 δὲ ἡ καθαρὰ καὶ λελαμπτυσμένη ψυχὴ τῆς Παρθένου,  
 πεπεισμένη ἀκριβῶς, οἷς εἶδος καὶ ἐψηλάφησεν, ἔμεινε  
 ἐφ' ἑαυτῇ, μηδὲν πρὸς τοὺς μαθητὰς πλέον φιλονεική-  
 σασα· μηκέτι δὲ ἀπελθούσα πρὸς τὸ μνημεῖον, ἀνε-  
 δοίστως τοῖς ὀραθεῖσιν αὐτῆς πεποιθῆσα. Ἡ δὲ Μαγδα-  
 ληνὴ Μαρία πρῶτον μὲν τοῖς ἀποστόλοις πεισιμένη, ἦν  
 παρ' ἑαυτῇ μικρὰ δὲ πικρὰ, καὶ τῇ μῆτ' ὄρασις μὴ πεσι-  
 στευκυῖσα, ἀλλὰ πεφαντασιώσθαι νομίσασα, λαμβάνει σὺν  
 αὐτῇ Ἰωάνναν τινὰ, καὶ Μαρίαν ἄλλην, καὶ ἑτέρας γυ-  
 ναῖκας μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καὶ ἀπέρχεται πάλιν αὐτῇ  
 τῇ νυκτί. Ὁρθροῦ δὲ δντος βαθέος, τουτέστι, πρὸ πολλοῦ  
 τοῦ διαφωσμάτος, ἔρει ὑπὲρ γῆν τοῦ ὄρθρου, ἦγον  
 τοῦ ἐσφαρόου, μόλις φαίνοντες, εἰσέρχεται σὺν ταῖς  
 μετ' αὐτῆς εἰς τὸ μνημεῖον· ὁ γὰρ λίθος ἦδη ἀποκεκύ-  
 λιστο. Καὶ τὸ μὲν σῶμα τοῦ Κυρίου οὐκ εἶδον· (πῶς  
 γὰρ;) ἐν ὅσῳ δὲ διαποροῦσι πρὸς ἑαυτὰς, ἰδοὺ ἐπέστησαν  
 αὐταῖς ἄνδρες δύο (ἦσαν δὲ ἄρα ἕγχοι ἄγγελοι) ἐν ἐσθῆ-  
 σιν ἀστραπτουσας. Ἐκείνων δὲ φοβηθεῖσιν, οὐ μόνον  
 θεοὶ ἐ τὸν φόβον αὐτῶν ἀνεκτήσαντο οἱ ἄγγελοι, ἀλλὰ καὶ  
 ἐπιπληκτικῶς [161] λέγουσιν αὐταῖς· Τί ζητεῖτε τὸν  
 ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἐπή-  
 γηρεται. Πρόσεχε, ἀγαπητὲ, πῶς δηλοῦται μὴ εἶναι πρῶ-  
 τῃν κάθονον ταύτην τῆς τῶν γυναικῶν ἐπὶ τὸ μνημεῖον  
 ἐλεύσεως· ἄποπον γὰρ ἦν, μηδὲν θεασαμένων τῶν  
 γυναικῶν μηδὲ ἀκουσασῶν περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐγέρ-  
 σεως, ἐπιπληξίαι αὐταῖς τοὺς ἀγγέλους λέγοντας, Τί  
 ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ νεκρῶν; Ἀλλὰ ὅλον, ὡς  
 προσκουσάντων αὐτῶν πάντων παρὰ τὸν αὐτοῦθεῖ θεω-  
 ρησῶν τὸν Κύριον, καὶ ἀκουσασῶν<sup>d</sup> παρ' αὐτοῦ τὴν  
 παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἀμαρτωλῶν, καὶ  
 σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. Καὶ  
 ἐμνήσθησαν, φησί, τῶν ῥημάτων αὐτοῦ. Εἶτα ἀπελ-  
 θόντες πάλιν καὶ οὗτοι ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες σὺν τῇ  
 Μαγδαληνῇ Μαρίᾳ ἀπήγγειλαν τοῖς μαθηταῖς, καὶ τῆς  
 μὲν Μαγδαληνῆς δεύτερον τὸ μνήμα θεωρησάσης, τῶν  
 δὲ ἄλλων ἅπαξ. Ἐφάνησαν δὲ, φησί, τοῖς μαθηταῖς,  
 ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν, καὶ ἠπίστουσαν αὐταῖς. Εἰ  
 δὲ τις ἀπορήσει, τίνας χάριν οὐκ ἐμνήσθη ὁ εὐαγγε-  
 λιστῆς ὀνομαστὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀπελθόντων σὺν ταῖς  
 γυναῖξιν τῇ δευτέρᾳ καθόδῳ, ὑπονοῶ, ὅτι οὐκ ἦσαν τῶν  
 ἐπισήμων, ἀλλ' ἡ δούλοι τῶν γυναικῶν, ἢ τινες τῶν ὑπὸ  
 χεῖρα. Ἀμέλει τοῦ Πέτρου διεγερθέντος ἐν τῷ δεύτερον

<sup>a</sup> Ἀμέλει τινὲς... ὄψ' τοῦ καιροῦ. Hæc verba glossema esse  
 pntal Savilius; verum similia non raro interserit hic quisquis  
 sit orator.

<sup>b</sup> Τοῦτο delendum censet Savil.

<sup>c</sup> Ἴσ. οὐ, inquit Savil.

<sup>d</sup> Ἀκουσάντων conj. Savil.

<sup>e</sup> Καὶ τινες σὺν αὐταῖς Hæc non exprimuntur in Vulgata :  
 et aliqui possent intelligi καὶ τινες γυναῖκες. Ante ἐπέστησαν,  
 delendum ὅτι censet Savil.

rum quia, etsi diversa distinguamus tempora et diversa mulierum ad sepulcrum profectioes, quas Patres invenerunt, quidam tamen, inspirante demone, non consona nec congruentia in Scriptura a mulieribus dici jactitant; age, afflante sancto Spiritu, illa pro viribus explicemus. Novi enim nos, Deo juvante, quod diversa tempora cum (diverso) personarum adventu congruant, circa Scripturæ verba non prolapsuros esse. Jam vero de Dominica passione paucis agamus. Dicebamus traditum fuisse Dominum Pilato: deindeque crucifixum et mortuum fuisse ut hominem. Sepultus quoque fuit, et lapis magnus sepulcro impositus est, qui obsignatus fuit a Judæis, et custoditus a militibus. Hæc quandonam? Vespera Parasceves: nam sabbatum illucescebat (*Luc. 23. 54*). Multæ namque probæ optimæque mulieres, quæ cum illo ascenderant ex Galilæa, viderunt ea quæ facta sunt, et sepulcrum, et corporis situm (*Marc. 15. 47*). Et sabbato quidem, ut scriptum est, quieverunt ut præceptum erat, emeruntque aromata et unguenta, ut venientes ungerent Jesum (*Luc. 23. 56*). Hinc animadvertite, dilecte, rei concentum. Unguenta sabbato paravere Maria Magdalena, Joanna, Salome et reliquæ mulieres, ut postea venientes una sabbatorum, id est, Dominica, ungerent eum. Sed Maria Jacobi, quæ erat Deipara (ita enim tunc vocabatur, ut noverca Jacobi, qui appellabatur frater Domini), præ dolore non potuit per totam noctem sabbatum insequentem differre, sed vespere sabbatorum statim venit, hoc est, tarde post sabbatum. Sane quidam evangelistarum Vespere sabbatorum habent, ut solemus dicere, Tarde post horam, tarde post tempus (*Matth. 28. 1 in Græco*). Neque enim statim in vespere sabbati venit, sed vespere, id est, sero sabbatorum. Significat autem mediam noctem, vel paulo postea. Undenam id liquet? Ex eo quod secundum promissionem suam resurrecturus esset tertia die, sive in sancta Dominica. Ipsa enim tertia dies erat a Parasceve, in qua crucifixus fuerat. Dominica vero a septima noctis hora incipit (a), desinitque in sextam horam sequentis noctis. Et sic totam diem numerans non impinges in mundi creatione, ubi dicitur: *Et factum est vespere, et factum est mane, dies unus* (*Gen. 1. 5*). Postquam enim media nox præterivit, sol terram prætercurrens, partes orientales statim illuminat, etsi illud minime nobis appareat, atque matutinum illis gentibus efficit. Ita enim matutinum nobis aliis aliisque horis secundum solis accessum exhibetur: neque matutinum simile est apud omnes eodem tempore. Post mediam igitur noctem, illucescente Dominica, resurrexit Christus ex mortuis, id est, tertia die secundum Scripturas. Sancta itaque Virgo et Deipara Maria, quæ plus quam omnes doleat, cum sollicitudinis sociam invenisset Mariam Magdalenam (hæc enim diligentissima mulier erat; ideo a quatuor evangelistis [*Matth. 28. 1. Marc. 16. 1. Luc. 24. 10. Joan. 20. 1*] memoratur), venit statim post mediam noctem, nimirum vespere sabbatorum ad sepulcrum: non cum aromatibus (neque enim id ferebat tempus), sed tantum ut videret sepulcrum. Hæc prima profectio fuit venerandarum sanctarumque mulierum, quam narrat Matthæus evangelista (*Matth. 28. 1*). Deinde illis in monumentum ingressis, accidit repente terræ motus; angelus revolvit lapidem ex monumento, et sedit super eum. Dominus autem resurrexerat. Neque enim dixit evangelista, jam revoluti lapide, tunc Dominum exivisse de sepulcro; sed angelum revolvisse lapidem, et sedisse super eum. Nam Dominus, cum utpote Deus corpus summi incorruptione decorasset, etiamsi lapis monumento impositus esset, exivit inde: quemadmodum et vespere ipsius Dominicæ januis clausis ingressus est ad discipulos suos (*Joan. 20. 19*). Hæc autem duæ mulieres, nempe sancta Virgo Deipara et Maria Ma-

(a) Dies incipiebant a media nocte, more Romano, non Judaico.

gdalena, cum timore et gaudio magno regressæ, ut apostolis annuntiarent resurrexisse Dominum, sicut dixerat ipsis angelus, et ut irent in Galilæam, ubi illum visuri erant, ipsi incarnato Verbo Deo obviam ierunt. Et cum dixisset illis, Gaudeat, procumbentes, pedes ejus tenuerunt, et adoraverunt eum. Dominus vero non increpavit illas, quod ipsum tetigissent (in primis enim viderunt illum); imo potius consolatus est illas, dicens: *Nolite timere vos, sed ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam, et ibi me videbunt* (*Matth. 28. 10*).

2. Hactenus Matthæus circa mulieres. Profectæ autem illæ ad discipulos, nuntiarunt ipsis et omnibus qui cum illis erant, verba angeli et verba Domini, et quomodo illum vidissent; neque hoc tantum, sed etiam quod pedes ejus tenuissent. Discipuli vero Domini ex magno et inenarrabili dolore, quem de cruce conceperant, ne audire quidem illas potuerunt (*Marc. 16. 11*). Et de Magdalena quidem nec verbum, puto, fecerunt; de Matre vero Domini, quam honorabant et reverebantur, in senetipsis dixerunt, doloris vim ipsius mentem, visum, auditum, tactum turbasse et decepisse. Illa vero pura et splendida Virginis anima ex iis, quæ viderat et tetigerat, firmiter persuasa, hic subsistit, nec amplius cum discipulis contendit: neque ulterius ad monumentum profecta est, quod iis, quæ viderat, sine ulla dubitatione crederet. Maria vero Magdalene primo apostolis cessit, se quasi vilem et abjectam reputans, neque primæ visioni credidit; sed imaginariam tantum esse putans, secum assumit Joannam quampiam, alteram Mariam, aliasque mulieres cum aromatibus (*Luc. 24. 10*), ac pergit rursus noctu. Valde diluculo, id est, antequam multa lux effulgeret, cum diluculum seu crepusculum vix appareret, ingreditur cum cæteris ad monumentum: jam enim lapis revolutus erat (*Ibid. v. 2*). Corpus autem Domini non invenerunt, (quomodo enim invenissent?) dum autem apud se dubitarent, ecce adstiterunt illis viri duo (erant fortasse sancti angeli) in vestibus fulgidis. Illis vero timentibus, non modo quia metum intenderant angeli, sed quia increpantium speciem habebant, dixerunt illis: *Quid queritis viventem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit* (*Ibid. v. 5. 6*). Animadvertite, dilecte, quo pacto comprobetur hæc non esse primam mulierum ad sepulcrum profectioem: nam, si mulieres nihil vidissent vel audissent circa Domini resurrectionem, absurde increpant illas his verbis: *Quid queritis viventem cum mortuis?* Sed, ut palam est, cum jam audissent omnes a mulieribus, quæ Dominum viderant, et ab ipso audierant ipsius ad discipulos responsionem, neque credidissent; ideo nunc increpant illos angeli: erant enim quidam viri cum predictis mulieribus. Quis hæc ait? Lucas evangelista. *Una, inquit, sabbatorum valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum, ferentes aromata que præparaverant; et quidam erant cum illis* (*Ibid. v. 1*). Deinde non modo increparunt illos angeli, sed etiam exprobrarunt illis dicentes: *Recordamini quomodo loquutus sit vobis, cum adhuc esset in Galilæa, dicens: Oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, et crucifigi, et tertia die resurgere. Et recordatæ sunt, inquit, verborum illius* (*Ibid. v. 6-8*). Deinde rursus abscedentes hi tum viri tum mulieres cum Maria Magdalene, hæc renuntiarunt discipulis, cum Maria Magdalene bis sepulcrum vidisset, alii vero semel. *Visa sunt autem, inquit, discipulis quasi deliramenta verba eorum, nec credebant ipsis* (*Ibid. v. 11*). Si quis autem querat, cur evangelista viros illos non nominavit, qui in secunda profectioe cum mulieribus abierunt; suspicor ego non fuisse de numero insignium, sed vel servos mulierum, vel qui sub earum manu essent. Certe cum Petrus excitatus, quod bis et a pluribus audisset resurrexisse Dominum, solusque statim ad monumentum abiisset, ipsius nomen evangelista

diserte posuit, dicens: *Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, et inclinato capite videt linteamina posita sola, et abiit secum mirans quod factum fuerat* (Luc. 24. 12). Observes velim, carissime, ipsum, cum jam primo solis venisset, ad monumentum intrare non ausum fuisse, sed inclinato tantum capite respexisse, et vidisse linteamina posita; quia locum totum nondum accurate viderat: qua de re jam specialim acturus sum.

3. Hæc Lucas evangelista de secunda mulierum professione narrat. Quid vero deinde? Ardebat animo Maria Magdalena, quod ne nunc quidem discipuli crederent, non sibi, non comitibus suis; sed verba sua quasi deliramenta haberent. Surgensque sola mane, id est, illucescente die, cum jam crepusculum præterisset, sed adhuc tenebræ essent, in monumentum jam tertio venit: *Et vidit lapidem sublatum ab ostio monumenti* (Joan. 20. 1). *Currit ergo, et venit ad Simonem Petrum et Joannem* (Ibid. v. 2). Et vide prudentiam mulieris. Animo torquebatur, quod primo profecta cum Deipara, cum discipulis nuntiasset resurrectionem Christi, non ei creditum fuisset: ac rursus valde dilucno cum aliis mulieribus et viris profecta, quasi deliramenta dixisse visa fuisset. Torquebatur vero, non tantum quod sibi non crederetur, sed quod nullus eorum profectus esset ad monumentum, ut id videret; sed sive præ metu Judæorum, sive præ mœnore ingenti, omnes peno sederent quasi mortui, vixque Petrus solus excitaretur cum id secundo mulieres nuntiarent, ac profectus caput tantum inclinasset ad monumentum, quod non auderet eo ingredi, ut diximus. Ideo Magdalena Spiritu fervens ac divino sensu plena, rursus abiit, ut dictum est; idque mane sola et tertia vice: et cum invenisset lapidem sublatum e monumento, reversa ad discipulos, hæc apud se deliberabat: Si id omnibus dixero, rursus clamorem excitabo, et me insanientem arbitrabuntur. Nam si, cum hæc ego et alii comites nuntiarem, non creditum est, quomodo soli crederet? Insigniores ergo et serventiores alloquar, Petrum et Joannem. Verum hi quoque jam prius audierunt resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, ac præ summa incredulitate ob stupendum rei miraculum ita sunt affecti ac si nihil audissent. Quomodo ergo excitabo illos, ut tandem in monumentum se conferant, et quod factum est videant? Quid sit faciendum jam adveniit. Non dicam eis, Dominum resurrexisse, ne eodem recidam; sed rem probabiliorum et credibiliorum illis nuntiabo. Venit ergo Maria Magdalena, ut dictum est, ad Petram et Joannem, et ait illis: *Tulerunt Dominum meum de monumento, et nescio ubi posuerunt eum* (Joan. 20. 2); ac si diceret: Audite me, servi Dei; an resurrexerit Dominus, necne, nescio quid vobis dicam: unum vobis affirmare possum, corpus ejus non esse in monumento: diligentia ergo vobis opus est, ut sciamus quis abstulit, et ubi posuit eum. Vides sapientiam mulieris. Nisi enim dicamus illam ita deliberavisse, in absurda incidemus. Quomodo enim illa, quæ pedes ejus cum sancta Deipara Maria tetigerat, et quæ denuo ab angelis audierat ipsum resurrexisse, jam quasi de mortuo loqueretur: *Tulerunt Dominum meum de monumento, et nescio ubi posuerunt eum*? Sed palam est eam arte et sapientia quadam hæc loquutam esse. Et statim illis persuasit. Neque enim magnum quidpiam erat corpus de monumento sublatum fuisse. Statim ergo festinaverunt ambo ad monumentum: sequutaque est illos admiranda mulier. Deinde intraverunt duo discipuli in monumentum: *Et viderunt linteamina sola posita, et sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum* (Ibid. v. 5-7): corpus vero non aderat. Tunc ergo, inquit, viderunt et crediderunt sublatum fuisse Dominum de monumento. Nam antea illo abierat solus Petrus; propter metum autem, et quod adhuc tenebræ essent, locum clare non viderat, ut nunc vidit cum matutina esset hora. Tunc ergo ambo vi-

derunt, quod corpus Domini sublatum fuisset, ut dixerat Magdalena. Neque enim adhuc crediderunt illum resurrexisse. Unde id probas? Illud infert evangelista, postquam ingressus est Petrus in monumentum; de semetipso autem dicit: *Et vidit, et credidit. Nondum enim sciebat Scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos* (Joan. 20. 8-10), nihil de resurrectione credentes. Atque illam tantam mulierem Mariam, etsi tam multa viderat et audierat, in dubitationem conjecerunt; ex summa scilicet erga illos reverentia hæc reputantem: Quia hactenus videbar aliquid tuto sentire, cum apostoli nondum monumentum vidissent, nec resurrectionem crederent; postquam vero videntes corpus ibi non esse, in eadem sententia perseverarunt, manifestum est me mulierem hæc imaginari, ac nihil certum vel audire, vel videre: at illi a Deo illuminati, erroris expertes manent, neque facile, ut nos mulieres, decipiuntur. Hæc cogitatione exagitata Maria Magdalena flens mansit ad monumentum. Ac postquam Petrus et Joannes recesserant, iterum caput inclinatum ad monumentum: *Et vidit duos angelos in albis sedentes*; et ab illis interrogata, *Mulier, quid ploras? quem quæris* (Ibid. v. 11-15)? respondit mulier: *Quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum.* Deinde conversa, quia angeli surrexerunt, a-veniente illic Domino, videns illum, non cognovit. Quære? Quia incorruptibili corpore indutus Dominus post resurrectionem, non noscebatur nisi a quibus volebat, et cum volebat. Ab ipso postea interrogata, *Mulier, quid ploras? quem quæris?* similia respondit illis, quæ angelis dixerat. Existimans enim illum esse præfectum horti, in quo erat monumentum, dicit ei: *Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum; et ego eum tollam.* Ille ne responsionem, ut et superiorem quam angelis fecerat, non meditate, non simulate fecit Maria Magdalena, secus quam illam, qua discipulis respondit: his enim responderat ut ignorantibus, quo illos excitaret ad veniendum in monumentum. Ubi autem venerunt videruntque non illic esse corpus, neque tamen resurrectioni crediderunt; denique illa quoque sententiam mutavit, quod ipsos admodum revereretur, et illorum opinionem sua certiorum esse existimaret. Ad angelos denique et ad Dominum conversa, certoque putans corpus a quibusdam sublatum fuisse, ita respondit. Utique Jesus, cum cor ejus, utpote Deus, videret, increpantis more clamavit, *Maria.* Illa autem, ejus cognita voce (nam bis illum viderat), procihit, ut prima vice, ad pedes ejus. Ille vero non placide ipsam admisit, ut antea; sed repulit illam, dicens, *Noli me tangere* (Ibid. v. 16. 17). Atqui antea duæ illæ mulieres pro lubito ejus venerandas et immaculatas pedes osculate sunt, nec quidpiam simile dicentem audierunt. Viden' Servatorem illam ut incredulam repulisse dixisseque, *Noli me tangere*? In priori namque occurso et visione permisit illis Dominus, ut pedes suos pro lubito tangerent et oscularentur, quo non ex visu et auditu tantum, sed etiam ex tactu inducerentur ad credendum eum, qui crucifixus et sepultus fuerat resurrexisse. Ideo enim jam Magdalena ab eo repellitur; utpote quæ post tot credendi argumenta mutata fuisset, audit illa: *Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum.* Illis verbis increpat illam quod non crediderit, illiusque mentem excitat, caelestem Patrem commemorans, et suadens illi, ne putaret se illud tantum esse quod oculis percipiebatur, nempe hominem ex mortuis suscitatum; sed vere Deum, et Filium Dei verum, qui propter nos homo factus erat. Nam, *Dic, inquit, fratribus meis, Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum.* His auditis et visis Magdalena discipulos adit omnes: neque ultra dicit, *Tulerunt Dominum meum de monumento*; sed cum multa fiducia et loquendi libertate venit dicens, se vidisse Dominum. Et hæc illa dixit (Ibid. v. 18).

ἀκούσαι λοιπὸν, καὶ παρὰ πλείονων, ὅτι ἀνέστη ὁ Κύριος, καὶ ἀπελθόντος εὐθύς· μόνου εἰς τὸ μνημεῖον καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ῥητῶς ἐμνήσθη, καὶ τὴν προσηγορίαν ἔθηκεν, οὕτως εἰπὼν· Ὁ δὲ Πέτρος ἀνυστάς ἐδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα, καὶ ἀπῆλθε, πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός. Σημειώσαι, ἀγαπητέ, ὡς ἐν πρώτοις· ἀπελθὼν ἄρτι καὶ μόνος, οὐκ ἐτόλμησεν εἰσελθεῖν εἰς τὸ μνημεῖον, ἀλλὰ παρέκυψε μόνον, καὶ εἶδε τὰ ὀθόνια κείμενα· ἐπεὶ οὐδὲ τὸν πάντα τήπον ἀκριδῶς εἶδε. Μέλ-λω γὰρ περὶ τούτου ἀκριδῶς ὑπομνήσειν σε.

γ'. Ταῦτα Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς, τὴν δευτέραν ἀφείξιν τῶν γυναικῶν ἀναγράφας, λέγει. Εἶτα μετὰ τούτου τί; Τὸ πνεῦμα τῆς Μαγδαληνῆς Μαρίας ἀνεφλέγετο, διότι τοὺς ἐπίστευσαν οὐδὲ νῦν εἰ μαθηταὶ οὕτε αὐτῇ, οὕτε τοὺς σὺν αὐτῇ, ἀλλ' ὥσει λήρον ἔσχον τὰ ῥήματα αὐτῶν· καὶ ἀναστὰς μόνη πρωίας γενομένης, τουτέστιν, αὐγασσῆς τῆς ἡμέρας, καὶ τοῦ ὄρθρου λοιπὸν ἐξαφανισθέντος, σκοτίας δὲ ἔτι οὖσης, εἰς τὸ μνημεῖον ἔρχεται τοῦτο ἦδη τρίτον, *Καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἀπὸ τῆς θύρας τοῦ μνημεῖου. Τρέχει οὖν, καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον καὶ Ἰωάννην.* Καὶ βλέπει σύνεσιν γυναικῶς. Ἐθλίβετο κατὰ ψυχῆν, ὅτι σὺν τῇ Θεοτόκῳ ἀνήγειλε τοῖς μαθηταῖς τῇ πρώτῃ καθόδῳ περὶ τῆς ἐγέρσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐπίστευθη· καὶ πάλιν ὄρθρου βαθείας μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν, καὶ τότε ὥσει λήρος ἐφάνη τὰ ῥήματα αὐτῆς. Ἐθλίβετο δὲ οὐχ ὡς ἀπιστήθεῖσα μόνον, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ διανέσθη τις ἐξ αὐτῶν τοῦ ἀπελθεῖν εἰς τὸ μνημεῖον καὶ θεωρῆσαι· ἀλλ' εἶπε διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, εἶτε διὰ τὴν πολλὴν καὶ ἄρατον θλίψιν ἐκάθητο σχεδὸν πάντες ὥσει νεκροὶ, μόλις μόνου τοῦ Πέτρου διεγερθέντος τῇ δευτέρᾳ τῶν γυναικῶν ἐπαγγελίᾳ, καὶ ἀπελθόντος καὶ παρακυψάντος μόνου εἰς τὸ μνημεῖον, ἐπεὶ οὐδὲ κἄν τολμήσαντος εἰσελθεῖν αὐτόθι, ὡς εἴπομεν. Διὰ τοι τοίνυν ταῦτα ἡ Μαγδαληνὴ τῷ πνεύματι ζέουσα, καὶ πλήρης οὖσα θεοῦ φρονήματος, ἀπῆλθε πάλιν, ὡς εἴρηται, πρῶτῃ τῇ τρίτῃ καθόδῳ μόνη, καὶ εὐρούσα τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνημεῖου, καὶ ὑποστρέψασα πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐβουλεύσατο ἐν ἑαυτῇ ταῦτα, ὅτι Ἐὰν εἴπω τοῖς πᾶσι, πάλιν κραυγὴν ἔγερῶ καὶ μαινομένης ὑπόνοιαν κατ' ἑμαυτῆς. Εἰ γὰρ μετ' ἄλλων ἀπαγγέλλασα οὐκ ἐπίστευθη, πῶς μόνη πιστευθήσομαι; Μᾶλλον [162] τοῖς ἐξέχουσιν αὐτῶν καὶ θερμότεροις λαλήσω, Πέτρῳ καὶ Ἰωάννῃ. Ἀλλὰ καὶ οὗτοι πρὸς τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς πολλῆς ἀπιστίας διὰ τὸ θαῦμα τοῦ πράγματος ὡ; οὐδὲν ἀκηκότες γεγόνασι. Πῶς οὖν διεγείρω αὐτούς, εἰς τὸ πᾶν ὄλω; ἔλθειν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρῆσαι τὸ γεγονός; ἔβρον, ὃ πρᾶξω. Οὐ λέγω αὐτοῖς, ὅτι ἀνέστη ὁ Κύριος, ἐπεὶ πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπεσοίμαι· ἀλλὰ πιθανωτάτην καὶ εὐπιστον ἐπαγγέλλαν ἐρῶ αὐτοῖς. Ἐρχεται οὖν ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, ὡς εἴρηται, πρὸς τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, καὶ λέγει αὐτοῖς· *Ἦσαν τὸν Κύριόν μου ἐκ τοῦ μνημεῖου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν·* ὡς ἂν εἰ ἔλεγον, Ἀκούσατέ μου, δοῦλοι τοῦ Θεοῦ· εἶτε ἡγέρθη ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν, εἶτε καὶ μὴ, οὐκ οἶδά τι ὑμῖν εἰπεῖν· ἐν δὲ λέγω ὑμῖν ἀκριδῶς, ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ μνημεῖῳ· σπουδῆ οὖν ὑμῖν ὀφείλει γενέσθαι, ἵνα γνῶμεν τίς ὁ ἐπάρας αὐτόν, καὶ ποῦ τέθεικεν. Εἶδες σφίαν γυναικῶς. Εἰ μὴ γὰρ οὕτως εἴπομεν αὐτῇ βεβουλεύσθαι, ἀτόποις περιπεσοίμεθα. Πῶς γὰρ ἡ ψυχράφρασα τοὺς πόδας αὐτοῦ μετὰ τῆς ἁγίας Θεοτόκου Μαρίας, καὶ παρὰ τῶν ἀγγέλων δευτέρον ἀκούσασα, ὅτι ἡγέρθη, πάλιν ὡ; περὶ νεκρῶν διηγείται, ὅτι *Ἦσαν τὸν Κύριόν μου ἐκ τοῦ μνημεῖου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν;* Ἀλλὰ δῆλον, ὡς τεχνικῆ ἦν αὐτῇ ἡ ἀπολογία καὶ σοφί. Καὶ ἔπειτα εὐθύς. Οὐδὲ γὰρ ἦν μέγα τὸ κλαπῆναι τὸ σῶμα ἐκ τοῦ μνημεῖου. Ἄρμυσαν οὖν οἱ δύο εὐθύς ἐπὶ τὸ μνημεῖον· συνηκολούθησε δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ θαυμαστὴ ἐκεῖνη γυνὴ. Εἶτα εἰσηλθὼν οἱ δύο μαθηταὶ εἰς τὸ μνημεῖον, *Καὶ εἶδον τὰ τε ὀθόνια κείμενα μόνα, καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, χωρὶς ἐντετυλιγμένον·* τὸ δὲ σῶμα οὐκ ὄρασαν. Τότε οὖν, φησὶν, εἶδον καὶ ἐπίστευσαν, ὅτι ἦσαν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημεῖου. Καὶ γὰρ πρὸς τούτου ἦν ἀπελθὼν ἐκεῖ μόνος ὁ Πέτρος· διὰ δὲ τὸν φόβον, καὶ τὸ

<sup>a</sup> Ἀπό v. l. apud Savil.

licet illum a consuetudine abducere videas. Non es servus, sed liber; non invitus captivus effici potes, sed teipsum sponte peccato vendis. Ne assumas apostolicam vocem: cum redargueris ita ut arcana cordis tangantur, ne dicas: Num ergo fortior sum Paulo dicente. *Non quod volo facio, sed quod odio habeo, hoc facio* (Rom. 7. 15. 19)? Ne consuetudini serviens, divina verba calumnieris: ne tuam implens cupiditatem, apostolicam calumnieris sententiam. Multi enim sæpe obtundunt excusationes in peccatis, et apostolicum nobis dictum opponunt, quod modo legebamus. Dixit, inquit, Paulus, vas electionis, qui a Spiritu sancto semper regebatur, *Non quod volo facio, sed quod odio habeo, hoc facio. Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati* (Ibid. v. 22. 23). Amat quisquis peccato addictus est, fide dignum quæpiam reperire, qui peccato suo patrocinetur: et libenter recurrit ad apostolos, non ut illis convicietur, sed ut sibi defensionem pareat. Dicit, inquit, Paulus: *Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum* (Ibid. v. 18). Si ergo in Paulo bonum non habitat, quomodo in me habitare potest? quomodo possum bonum tenere, et boni radicem in me habere? Si tantum virum invenimus peccati captivum, ut ipse declaravit, quid de me dixeritis misero et in peccati servitutem redacto? Ne igitur duo hinc mala oriantur, ne scilicet apostolicum verbum calumnia impetatur, et nos hinc peccandi licentiam mutuemus, necesse est apostolicam mentem totam explicare. Omnium igitur quæ in Scripturis occurrunt difficultatum solutio, est argumenti ratio. Cum enim quis dicens scopum novit, de quibus nempe sit sermo, quibus dirigatur, facilem nec obscuram profert dictorum interpretationem.

2. Apostolus, ut paucis et clare loquar, imaginem universorum hominum depingit, ejus qui ab initio formatus est, ejus qui in lege fuit institutus, ejus qui in gratia libertatem adeptus est; ipsosque quasi in imagine verbo depingit. Quis ergo Adam erat ante præceptum? et quis post præceptum? quem habuit statum in lege, et quod nomen accepit in gratia? Ac quemadmodum si hodie dixerō, Deus fecit nos ad imaginem et similitudinem suam, sed quia præceptum transgressi sumus, ejecti fuimus ex paradiso, non mihi sermonem refero, sed veterem historiam mihi repeto (neque enim paradisi vidi, neque ex paradiso ejectus sum, sed patris ærumnam et præscam calamitatem depingo, ac dico, Formatus sum, transgressus sum, ejectus sum, castigatus et revocatus sum): sic Paulus de Adamo narrat, quis nempe esset ante legis præceptum (de lege loquor in paradiso data), dicitque ex persona Adami: *Ego autem vivebam sine lege aliquando* (Rom. 7. 9). Num Paulus erat lege antiquior? Paulus post omnes qui in lege educati fuerant floruit, post Christi adventum. Si ergo post legem est, quomodo se lege antiquiorem dicit? Ex iis enim quæ dicit, se lege antiquiorem declarat: *Ego autem vivebam sine lege aliquando: veniente autem præcepto, peccatum revixit*. Num post Paulum venit præceptum? Et ne quis putet legem quidem fuisse ante Paulum, ipsum vero aliquando vixisse sine lege, gentiliū more, postea vero in legem institutum fuisse, historia rei veritatem tradit. Paulus enim nunquam sine lege vixit. Quomodo enim sic vixisset, qui dicit: *Hebræus ex Hebræis, circumcisus octavo die, ex genere Israelitico* (Philipp. 3. 5)? Quandonam igitur sine lege vixit? *Ego autem sine lege vivebam: sed cum venisset mandatum, quodnam? Illud, Ex omni ligno quod est in paradiso comedes. Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit, ego autem mortuus sum* (Gen. 2. 17). Vide quomodo quasi in statera ponat peccatum et justitiam: quia tunc moritur peccatum, cum præceptum servatur; tunc moritur homo, cum

viget peccatum. Nam illud, *Cum venisset mandatum, peccatum revixit*, declarat quod ante transgressionem peccatum mortuum fuerit. Peccatum autem vocat, non peccati actum, sed diabolum. Cur autem diabolus peccatum vocat? Quia illi doctor peccati fuit. Nisi enim quis Scripturæ proprium dicendi modum attendat, a veritatis scopo multum aberrabit. Peccatum solet Scriptura vocare diabolus. Quare? Quia fuit doctor, institutor, et conciliator peccati. Similiterque Servatorem Dominum nostrum Jesum Christum vocat Scriptura Justitiam, non quasi actum justitiæ, sed quasi Doctorem justitiæ. Quamobrem de illo dicit Paulus: *Qui factus est nobis a Deo sapientia et justitia, et sanctificatio et redemptio* (1. Cor. 1. 30). Quemadmodum ergo Christus justitia vocatus est, utpote fons justitiæ; sic et diabolus peccati institutor factus et doctor, peccati nomen accepit. *Peccatum revixit, ego autem mortuus sum: et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem* (Rom. 7. 10.) Dedit enim Deus Adamo mandatum, non ut moreretur, sed ut viveret. Mandatum igitur, inquit, quod datum est mihi ad vitam, inventum est ad mortem: non quod ipsum mutatum sit, sed quod ego per transgressionem vivificam virtutem ejus subverterim. Accurate sunt explorandæ omnes quæ moventur quaestiones. Nam statim Scripturarum inimicus, qui non educatus est in verbo veritatis, non alio spectat, quam ut dicat: Non præcavit Deus, Adamum peccaturum esse? non præcavit, ipsum transgressurum esse mandatum? non præcavit, fore ut a serpente deciperetur? cur ergo mandatum dedit ei, qui ipsum non servaturum erat? Sciendum autem est, Deum omnia quidem præscire, leges vero dare, non quod ad transgressores solum respiciat, sed etiam ad eos, qui probe sunt acturi. Cur vero ut inimicus præscientiam partium tantum exanimas? cur dicis, Annon præciebat Deus quod Adam peccaturus esset? cur vero ea, quæ ex eodem ratiocinio consequuntur, taces? Tu taces improbo animo; ego utpote fidelis id prædicabo: sicut præciebat Deus Adamum esse transgressurum, sic ciebat Abelem justum fore, præciebat Enochum transferendum esse, præciebat justorum chorum fore, præciebat Noe universalem perniciem enatalurum esse, præciebat fore ut Abraham radix fidei floreret, patriarchæ splenderent, prophetæ clarent, apostoli conspicui essent, et ex ipsa massa ejus qui transgressurus erat, illa celeberrima et pulcherrima Servatoris œconomia oriretur. Præciebat apostolorum cursum, martyrum instituta, confessorum certamina, monachorum agmina, flores Ecclesiarum, sacerdotum chorum; præciebat omnes qui in veritate ante altare adfuturi erant. Quid ergo? an oportebat ob præscientiam transgressoris a creatione assistere, an vero ob præscientiam tot honorum officiorum producere? *Nam peccatum occasione accepta, per mandatum seduxit me, et per illud occidit* (Rom. 7. 11). Peccatum, id est, diabolus. *Occasione accepta*. Quia? Quia dixit Deus: *Ex omni ligno quod est in paradiso comedes; de ligno autem scientiæ boni et mali non comedes: in quacumque enim die comederis, morte morieris* (Gen. 2. 17); diabolus, occasione accepta per mandatum, calumniam parat, aitque illi: *Scit enim Deus quod quacumque die comederitis, eritis sicut dii* (Gen. 3. 5), et id vobis prohibuit. Deum calumniatur ob invidiam, et in Deum invenitur ut invidium. Eo quod vobis invideret Deus, ne essetis Deo æquales, vetuit ne comederetis ex ligno, unde æqualitas illa vobis accedet. *Occasione igitur accepta, peccatum per mandatum seduxit*. Recte dixit illud, *Seduxit*. Non enim vera promisit, sed seduxit, et per illud occidit. Nam seductio mortem peperit: non enim officium mortale erat. Multi certe putarunt Deum mortale officium creavisse; sed mortale non erat. Etiam si enim ex terra erat, ad immortale creatum fuerat. Nam si

non Immortale creatum fuisset, sed mortale, cur quod ex natura habebat, per sententiam accepit? Si mortale erat illud opificium, cur Deus ipsi in transgressionis poenam mortem indicit? In quacumque die comederis, morte morieris. Ergo antequam comederet, immortale erat opificium. Quod si antequam comederet, mortale erat, fallax et ridicula fuisset interminatio, non veritas: comminatus enim fuisset, me futurum id quod jam eram. Nemo autem cuiquam interminatur somnum, quem ex natura habet; nemo cibum, quem ex natura capit: sed interminatur Deus mortem. Quod opificium non ex creatione subibat, propter peccatum subiit. Nam si Adam præceptum divinum et legem servare perseverasset, mors locum non habuisset. Id testificatur sapiens illud oraculum: *Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viventium: invidia autem diaboli mors intravit in mundum* (Sap. 1. 13. et 2. 24). Quamobrem, ut vere loquamur, præter naturam nobis accidit quod mortales simus; resurrectio autem quod ex natura inerat, nobis restituit. Ideo resurrectio dicitur, quia corruptum opificium et per peccatum lapsum, per justitiam erigitur. Si perseverasset Adam in mandato, vivus mansisset. Et quis sponsor est, ut ne videatur id ex conjectura dictum esse? Ut ergo, fratres, non conjecturis divina tractemus, sed rerum consequentia usi clarani rerum veritatem assequamur, opificii immortalitatem testificantur ea quæ sequuntur. Si natura mortale erat opificium, si morti addictum est non per peccatum, sed per naturam ipsam, quomodo naturam vicerunt Elias et Enoch? quomodo Elias assumptus est, nec mortem gustavit? quomodo Enoch translatus est, mortem non expertus? Videt pignora priscae creationis. Itaque poterat homo perpetuo vivere, si divinam servasset legem. Idcirco Deus assumptas nostri generis primitias traustulit in immortalitatem. Et vide sapientem oeconomiam. Assumit Enochum ante multas generationes; rapit Eliam post multas generationes, idque utiliter. Quia enim in duabus gentibus pia religio versatura erat, in populo præputium habenti, et in populo circumcisionem profitenti; non solum Eliam assumit, ne Judæus gloriaretur hisce primitiis honoratus; sed priorem assumit Enochum, qui non secundum legem vixerat, sed ecclesiasticum ornatum servarat. Omnia enim, quæ ante legem fuere, figura erant Ecclesie. Interroga justos usque ad Abraham et usque ad legem, quinam ipsi essent. In tribus nominibus omnia versantur: in gentilitate incredula; in iudaismo, qui secundum legem incedebant, et in christianismo, qui secundum evangelicam gratiam ducebatur. Interrogantur adversarii de Adamo, Abele, Enocho, Seth et Noe, et quotquot usque ad Abraham probe vixerunt, quinam essent. An gentiles? Verum id fides non permittit. Gentiles non erant; non enim in incredulitate vixerunt, demonibus non servierunt, sculptilibus non subjecti fuerunt, demonum errori obstiterunt. Non possunt ergo gentiles vocari. Sed quid erant? an Judæi? Sed non acceperunt legem, non custodierunt sabbata, ciborum discrimina non observarunt, circumcisionem non habuere. Si ergo prisci illi nec gentiles, nec Judæi fuere, inventiatur aliud nomen quod possit illis competere. Si neque Judæi, neque gentiles fuere, qui ante legem vixerant, quod detur illis nomen? quodnam relinquatur, nisi Christiani, non quidem nomine, sed virtute. Ideo omnes Ecclesie typi præfulserunt. In circumcisus erat Enoch, ut et Ecclesia: non servivit legi, ut nec Christi populus: non novit ciborum differentias, ut Ecclesia quæ in divina lege versatur. Antiquissima omnium est Ecclesia quæ in typo piæ religionis incedebat: et fides Abrahamæ imago erat, non Judæorum, sed Ecclesie. Ideo Apostolus sermonem de fide explorat, et ut ostendat Abrahamum esse Ecclesie, non Judæorum imaginem, ait: *Frates, scriptum est: Creditit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam. Quando ergo reputatum est, in circumcisione an in præputio* (Rom. 4. 3. 10)? Hæc Paulus,

qui ex Judæis erat, qui legem noverat, et legalia applicabat. *Non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionem, signaculum justitiæ in præputio* (Rom. 4. 11). Vide complicatam sententiarum speculationem; vide quomodo Apostolus segregat ab Abrahamo Israellem, non habentem fidei proprietatem; conjungat autem ipsi gentes, ut habentes characterem piæ religionis. *Et signum accepit circumcisionem, signaculum justitiæ, ut sit Pater omnium credentium per præputium*. Videntur quomodo figura Ecclesie in Abrahamo esset? Servator autem ut ostendat evangelicum statum ad prisecam institutionem reduci, cum dicerent Judæi: Moyses scripsit, Si quis voluerit repudiare uxorem suam, det illi libellum repudii (Matth. 19. 7); Servator contra missis legalibus, non quæsi solvat illa, sed ut veram doctrinam declaret, dicit: *Moses ad duritiam cordis vestri loquutus est: ab initio autem non fuit sic* (Ibid. 8. 8). Vide quomodo ad prisca nos reducat.

3. Dictum repeto; sed rogo, per silentium mihi favetis, ne tumultus oppositus sententiam dissolvat. Volens Servator ostendere, evangelicam doctrinam ad prisecam reducere statum, cum dicerent discipuli, imo potius Pharisæi: *Cur Moyses præcipit, Si quis dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii* (Deut. 24. 1)? Servator non legem reprehendit, sed illam defendit: *Moses hæc dixit ob duritiam cordis vestri: ab initio autem non fuit sic* (vide quomodo ad prisca nos remittat); sed *Qui fecit hominem, masculum et feminam fecit eos. Quæ ergo Deus conjunxit, homo non separet* (Matth. 19. 4. 6). Atque in multis deprehendo Servatorem ad prisicum et bonum statum Ecclesiam reducere. Figura igitur Ecclesie viguit ante circumcisionem. Attendite diligenter. Quia ab initio figura Ecclesie viguit, ac postmodum rursus ipsa Ecclesie regula statuta est, lex vero media interposita fuit; ut ostendat Apostolus ecclesiasticum bonum statum in serie temporum sequi et currere, legem vero interpositam esse, ait: *Lex autem subintravit* (Rom. 5. 20). Non dixit, *Lex intravit, sed, Subintravit*. Alia enim lex est quæ intrat, alia quæ subintrat. Intravit ab initio lex evangelica, non dies observans, non ciborum differentiam agnoscentes, non circumcisionem accipiens. Hæc lex ab initio a priscis illis servabatur, et ad postremos pervenit; intermedia vero lex intravit, imo potius subintravit: apostolus quæ audire est clare dicentem, ut nos diximus, *Lex subintravit*. Vis discere quo subintravit? Historiam audi. Ut Jacob propter Rachelem Labano servivit, at tempore nuptiarum illa non intravit: scopus tamen patriarchæ erat Rachelem ducere, sed fraus soceri aliam pro alia induxit, et inducta deprehensa fuit illa, quæ non quærebatur: ita Dei scopus erat semper ut Ecclesiam stateret; subinduxit vero synagogam, non per vim et fraudem illam assumens, sed ad figuram veteris historie res coaptans. Ac quemadmodum Jacob, accepta Lia, in scopo semper Rachelem habuit, sed vim fraude illam tulit: sic et Deus quo tempore synagogam habuit, hanc oderat, illam diligebat. Et quis nobis hoc testificatur? quis historie sic consideratæ sponsor est? Sæpe Deus cum synagoga legem servante versans, dicebat: *Festa vestra et neomenias vestras odit anima mea* (Isai. 1. 13. 14). Ac quemadmodum Jacob Rachelem faciem amabat, et lippitudinem oculorum Liae aversabatur (Erat enim, inquit, *Lia infirma oculis* [Gen. 29. 17]); sic Deus aversabatur synagogam, non corpore corruptam, sed anima cecam. Ideo dicebat propheta: *Et quis cæcus, nisi filii mei? et quis surdus, nisi qui dominantur eis* (Isai. 42. 19)? *Et cæci facti sunt servi Dei*. Ac sicut illic ob oculorum infirmitatem, ita hic ob cæcitatem animæ synagogam oderat. Idcirco cæcitatem illorum Servator subindicans, dicebat: *Dimittite illos, duces sunt cæcorum: cæcus autem si cæcum ducat, ambo in foveam cadent* (Matth. 15. 14). Quod vero toto tempore, quo synagoga secundum legem vixit, Deus voluerit populum illum ob ingratum animum repudiare, testificatur propheta dicens;



κατὰ φύσιν ἔγει· οὐδεὶς ἀπειλεῖ βρῶσιν, ἢν κατὰ φύσιν ἐπιδέχεται· ἀλλ' ἀπειλεῖ θάνατον ὁ Θεός. Ὁ μὴ εἶχε τὸ πλάσμα κατὰ τὴν δημιουργίαν, ἐδέξατο κατὰ τὴν ἁμαρτίαν. Εἰ γὰρ παρέμεινεν ὁ Ἀδὰμ τὴν ἐντολὴν φυλάττων, τὸν θεῖον νόμον, οὐκ ἔσχε χῶραν ὁ θάνατος. Καὶ μαρτυρεῖ τὸ σοφὸν ἐκείνο λόγιον, ὅτι Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέραται ἐκ ἀπωλεία ζώντων· φθόνον δὲ διαδόλου θάνατος εἰσηλθεν εἰς τὸν κόσμον. Ἰθὺν, εἰ δεῖ κατὰ ἀληθείαν εἰπεῖν, τὸ μὲν θνητὸν παρὰ φύσιν ἡμῖν ἐπεισῆλθεν· ἡ δὲ ἀνάστασις τὴ κατὰ φύσιν ἡμῖν ἀποδίδουσι. Διὰ τοῦτο καὶ ἀνάστασις, ἐπειδὴ τὸ φθαρὲν πλάσμα καὶ πεσὸν διὰ τῆς ἁμαρτίας, ὀρθοῦται διὰ δικαιοσύνης. Εἰ παρέμεινεν ὁ Ἀδὰμ τῇ ἐντολῇ, ἔμεινεν ἂν ζῶν. Καὶ τίς ἐγγυᾶται τὸ ρῆμα, ἵνα μὴ νομισθῇ στοχασμὸς εἶναι καὶ πιθανότης; Ἴνα τοίνυν, ἀδελφοί, μὴ στοχασμοί ἐπιβάλλωμεν πρὸς τὰ θεῖα, ἀλλὰ τῇ ἀκολουθίᾳ χρῆσάμενοι καταλάβωμεν τὴν ἐναργίᾳ τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν, μαρτυρεῖ τὴν ἀθανασίαν τοῦ πλάσματος τὰ μετὰ ταῦτα. Εἰ θνητὸν ἦν κατὰ φύσιν τὸ πλάσμα, εἰ μὴ ἦν δι' ἁμαρτίαν τὸν θάνατον δεξάμενον, ἀλλὰ διὰ τὴν φύσιν αὐτὴν, πῶς τὴν φύσιν ἐνίκησαν Ἠλίας καὶ Ἐνώχ; πῶς Ἠλίας ἀνελήφθη, θανάτου μὴ γευσάμενος; πῶς Ἐνώχ μετέτεθη, θανάτου πείραν μὴ λαθῶν; Βλέπε τὰ ἐνέχυρα τῆς ἀρχαίας δημιουργίας· ὡστε ἐνεχώρησε ζῆν τὸν ἄνθρωπον διηλεκτός, εἰ τῷ θεῷ συνεπολιτεύετο νόμῳ. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς ἀπαρχὰς λαβῶν τοῦ ἡμετέρου γένους, εἰς ἀθανασίαν μετήνεγκε. Καὶ ὅρα τὴν σοφὴν οἰκονομίαν, Ἀναλαμβάνει τὸν Ἐνώχ πρὸ παλῶν γενεῶν, ἀρπάζει τὸν Ἠλίαν μετὰ [192] πολλὰς γενεάς, καὶ τοῦτο χρῆσιμῶς. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν δύο ἔθνεσιν ἐμελλεν ἡ εὐσέβεια πολιτευέσθαι, ἐν τῷ λαῷ τῷ τῆν ἀκροβυστιαν ἔχοντι, καὶ ἐν τῷ λαῷ τῷ τῆν περιτομῆν ἐπαγγελομένῳ, οὐ λαμβάνει τὸν Ἠλίαν μόνον, ἵνα μὴ ὁ Ἰουδαῖος καυχῆσθαι τῇ ἀπαρχῇ σεμνυόμενος· ἀλλὰ πρῶτον λαμβάνει τὸν Ἐνώχ, οὐ κατὰ τὸν νόμον πολιτευσάμενον, ἀλλ' ἐκκλησιαστικὴν εὐκοσμίαν φυλάξαντα. Πάντα γὰρ τὰ πρὸ νόμου τύπος ἦν τῆς Ἐκκλησίας. Ἐρώτησον τοὺς μέχρι Ἀβραὰμ καὶ τοῦ νόμου δικαίους, τίνας ἦσαν. Ἐν τρισὶν ὀνόμασι στρέφεται τὰ πάντα, ἐν Ἑλληνισμῷ τῷ τῆς ἀπιστίας μέρει, ἐν Ἰουδαϊσμῷ τῷ κατὰ νόμον πολιτευσαμένῳ, ἐν Χριστιανισμῷ τῷ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν χάριν ὀδηγουμένῳ. Ἐρωτάσθωσαν οἱ δι' ἐναντίας περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ Ἀβελ καὶ Ἐνώχ καὶ Σὴθ καὶ Νῶε, καὶ ὅσοι ἐξ ἐκείνου διέπρεψαν μέχρις Ἀβραὰμ, τίνας ἦσαν; Ἑλλήνες; Ἄλλ' οὐ συγχωρεῖ ἡ πίστις. Ἑλλήνες οὐκ ἦσαν. Οὐ γὰρ ἀπίστις συνέζησαν, δαίμοσιν οὐκ ἐδούλευσαν, εἰσὸς οὐκ ὑπετάγησαν, τῇ πλάνῃ τῶν δαιμόνων ἀντέστησαν. Οὐ δύναται τοίνυν Ἑλλήνες ὀνομάζεσθαι. Ἀλλὰ τί ἦσαν; Ἰουδαῖοι; Ἄλλ' οὐκ ἐδέξαντο τὸν νόμον, οὐκ ἐφύλαξαν σάββατα, οὐκ παρετήρησαν βρωμάτων διαφορὰς, οὐκ εἶχον περιτομὴν. Εἰ τοίνυν οἱ ἀρχαῖοι μήτε Ἑλλήνες, μήτε Ἰουδαῖοι ἦσαν, εὐρέθῃ ἔτερον ὄνομα τὸ δυνάμενον αὐτοὺς ἀρμόσαι. Εἰ γε μήτε Ἰουδαῖοι, μήτε Ἑλλήνες οἱ πρὸ νόμου πολιτευσάμενοι, τίνα διδάσκον αὐτοὺς προσηγορίαν; εἰ τὸ ὑπολειπόμενον; Ἴδ' ὅθλον ἔτι Χριστιανοί, οὐ τῇ προσηγορίᾳ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει. Διὰ τοῦτο πάντες οἱ τύποι τῆς Ἐκκλησίας προέλαμπον. Ἀπερίτμητος ὁ Ἐνώχ, ὡστερ καὶ ἡ Ἐκκλησία οὐ δουλεύει νόμῳ, ὡστερ καὶ ὁ λαὸς τοῦ Χριστοῦ· οὐκ οἶδα διαφορὰς βρωμάτων, ὡστερ ἡ Ἐκκλησία ἡ τῷ θεῷ συμπολιτευομένη λόγῳ. Ἀρχαιότεροι πάντων ἡ Ἐκκλησία ἡ τῷ τύπῳ τῆς εὐσεβείας στοιχοῦμένη, καὶ ἡ πίστις τοῦ Ἀβραὰμ εἰκὼν ἦν οὐκ Ἰουδαίων, ἀλλὰ τῆς Ἐκκλησίας. Διὰ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος βασανίζει τὸν λόγον τὸν περὶ τῆς πίστεως, καὶ βουλόμενος δεῖξαι τὸν Ἀβραὰμ εἰκὼν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ οὐχὶ τῶν Ἰουδαίων, λέγει· Ἀδελφοί, γέγραπται, ὅτι Ἀβραὰμ ἐπίσταισε τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Πότε οὖν αὐτῷ ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὅντι ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; Ταῦτα Παῦλος, ὁ ἐξ Ἰουδαίου, ἐτὸν νόμον εἶδος, καὶ τὰ κατὰ νόμον διασφύρον. Οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ· καὶ σημεῖον ἔλαβε τὴν περιτομῆν, σφραγίδα δικαιοσύνης τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ. Βλέπε πολυπλόκων νοημάτων θεωρίαν· βλέπε πῶς Ἀπόστολος ἐξοικίζει μὲν τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Ἀβραὰμ, μὴ ἔχοντα τῆς πίστεως τὴν οἰκειότητα, εἰσοικίζει δὲ τὰ ἔθνη, ὡς ἔχοντα τὸν χαρακτήρα τῆς εὐσεβείας. Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆν, σφραγίδα δικαιοσύνης, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας. Ὁρᾷς, πῶς ὁ τύπος τῆς Ἐκκλησίας ἐν τῷ Ἀβραὰμ ἐπολιτεύετο; Καὶ ὁ

Σωτὴρ δὲ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι ἡ εὐαγγελικὴ κατὰστασις πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἄγεται κατὰστασις, λεγόντων Ἰουδαίων, Μωϋσῆς ἔγραψεν, Ἐάν τις θέλῃ ἀπολύσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου, ὁ Σωτὴρ πάλιν, τὰ ἐν τῷ νόμῳ παρεντιθέμενος, οὐκ ὡς ἐκλύων, ἀλλὰ τὴν ἀληθῆ διδασκαλίαν ἐμφαίνων λέγει· Μωϋσῆς διὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν εἶπεν· ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐχ οὕτως ἐγένετο. Βλέπε, πῶς εἰς τὸ ἀρχαῖον ἡμεᾶς ἀποκαθίστησιν.

γ'. Ἐπαναλαμβάνω τὸ ρῆμα· ἀλλὰ παρακαλῶ συναγωγισάσθαι ἡμῖν διὰ τῆς σιωπῆς, ἵνα μὴ θόρυβος ἡμῖν ἀντιπνεύσας διαλύσῃ τὸ νόημα. Ὁ Σωτὴρ μου βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι ἡ εὐαγγελικὴ διδασκαλία πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἄγει κατὰστασις, λεγόντων τῶν μαθητῶν, μάλλον δὲ τῶν Φαρισαίων, Τί δεῖ Μωϋσῆς προσέταξεν, Ἐάν τις ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου; ὁ Σωτὴρ οὐ κατηγορεῖ τοῦ νόμου, ἀλλ' ἀπολογεῖται ὑπὲρ τοῦ νόμου· Μωϋσῆς ταῦτα εἶπε διὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐχ οὕτως ἐγένετο (βλέπε πῶς εἰς τὸ ἀρχαῖον ἡμεᾶς ἀποκαθίστησιν)· ἀλλ' Ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον, ἄρρεν καὶ θήλυ ἐποίησεν αὐτούς, Ἄ οὐκ ὁ Θεὸς ἔκλυεν, ἄνθρωπος μὴ χωρίζετω. Καὶ διὰ πολλῶν εὐρίσκω [193] τὸν Σωτὴρα πρὸς τὴν ἀρχαίαν κατὰστασις τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐκοσμίαν ἀνάγοντα. Ἐπολιτεύετο τοίνυν ὁ τύπος τῆς Ἐκκλησίας πρὸ τῆς περιτομῆς. Καὶ πρόσθε ἀκριδῶς. Ἐπειδὴ ἀπ' ἀρχῆς ὁ τύπος τῆς Ἐκκλησίας ἐπολιτεύετο, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ὁ κανὼν τῆς Ἐκκλησίας, μέσος δὲ ὁ νόμος παρεισήλθεν, ὁ Ἀπόστολος βουλόμενος δεῖξαι τὴν ἀκολουθίαν τρέχουσαν διὰ τοῦ χρόνου τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐκοσμίαν, Νόμος διέκυψε, λέγει· Νόμος δὲ παρεισήλθεν. Οὐκ εἶπε, Νόμος εἰσηλθεν, ἀλλὰ, Παρεισήλθεν. Ἄλλος γὰρ ὁ εἰσελθὼν νόμος, καὶ ἄλλος ὁ παρεισελθὼν. Εἰσηλθεν ἀπ' ἀρχῆς νόμος ὁ εὐαγγελικός, οὐχ ἡμέρας παρατηρούμενος, οὐδὲ βρωμάτων διαφορὰς ἐπιστάμενος, οὐ περιτομὴν δεχόμενος. Οὗτος ἀπ' ἀρχῆς ἀπὸ τῶν ἀρχαίων ἐπολιτεύετο ὁ νόμος, καὶ εἰς τοὺς τελευταίους κατήνησε· μέσος δὲ ὁ νόμος εἰσηλθε, μάλλον δὲ παρεισήλθε· καὶ τοῦ Ἀποστόλου ἐστὶν ἀκούσαι λέγοντος σαφῶς, ὡστερ εἰρήκαμεν, Νόμος δὲ παρεισήλθε. Καὶ θέλεις μαθεῖν πού παρεισήλθεν; Ἰστορίας ἀκουε. Ὅστερ Ἰακώβ ἐδούλευσε τῷ Λάβαν διὰ τὴν Ῥαχὴλ, καὶ περὶ αὐτὸν τὸν γάμον ἢ μὲν οὐκ εἰσηλθε· καὶ ὁ μὲν σκοπὸς ἦν τῷ πατριάρχῃ τὴν Ῥαχὴλ λαβεῖν, ἡ δὲ ἀπάτη τοῦ πενθεροῦ ἄλλην ἀντ' ἄλλης ἐστήγαγε, καὶ εὐρέθῃ παρεισαγομένη ἡ μὴ ζητουμένη· οὕτω σκοπὸς ἦν τῷ Θεῷ εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν στήσασιν· παρειστήγαγε δὲ τὴν συναγωγὴν, οὐ κατὰ βίαν καὶ ἀπάτην αὐτὴν δεχόμενος, ἀλλὰ τῷ τύπῳ τῆς παλαιᾶς Ἰστορίας τὰ πρόγματα συναρμόζων. Καὶ ὡστερ ὁ Ἰακώβ σὺν τῇ Λείζ τὸν σκοπὸν εἶχε πρὸς τὴν Ῥαχὴλ, ἔφερε δὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἀπάτης βίαν· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς καθ' ὃν χρόνον εἶχε τὴν συναγωγὴν, τὴν μὲν ἐμῖσει, τὴν δὲ ἐπόθει. Καὶ τίς ἡμῖν ὁ μαρτυρῶν λόγος; τίς ἐγγυᾶται τῆς Ἰστορίας τὴν θεωρίαν; Πολλάκις τῇ συναγωγῇ συζῶν ὁ Θεὸς τῇ κατὰ νόμον, ἔλεγε· Τὰς ὁρτάς ὑμῶν καὶ τὰς ρεομητίας ὑμῶν ἐμίσθησεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν. Καὶ ὡστερ ὁ Ἰακώβ τὸ πρόσωπον τῆς Ῥαχὴλ ἠγάπα, τὸ δὲ ἀσθενὲς τῶν ὀφθαλμῶν τῆς Λείας ἀπεστρέφετο (Ἦν γὰρ, φησὶν, ἡ Λεία ἀσθερῆς τοῖς ὀφθαλμοῖς)· οὕτως ὁ Θεὸς ἀπεστρέφετο τὴν συναγωγὴν, οὐ τῷ σώματι ὡςαν σαδραν, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ τυφλωθείσαν. Διὰ τοῦτο ἔλεγε τὸ προφήτης, Καὶ τίς τυφλός, ἀλλ' ἡ οἱ παῖδες μου; καὶ τίς κωπός, ἀλλ' ἡ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; Καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δούλοι τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὡστερ ἐκεῖ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ὀφθαλμῶν, οὕτως ἐνταῦθα διὰ τὴν τυφλωσιν τῆς ψυχῆς ἀπεστρέφετο τὴν συναγωγὴν. Διὰ τοῦτο τὴν τυφλωσιν αὐτῶν ὁ Σωτὴρ αἰνιττόμενος ἔλεγε· Ἀφετε αὐτούς, ὁδοί τοἱ εἰσι τυφλοῖν· τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐστὶν ὁδογητῆ, ἀμφοτέροι εἰς βόθυνον ἐμπεσοῦσιν. Ὅτι δὲ πάντα τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἡ συναγωγὴ συνεπολιτεύετο τῷ νόμῳ, ὁ Θεὸς ἐδούλευε ἐκείνον τὸν λαὸν διὰ τὴν ἄγνωμοσύνην ἐκβαλεῖν, μαρτυρεῖ πού προφήτης λέγων· Ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀνήγαγον πατέρας ὑμῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἔως τῆς σήμερον, πρὸ ὀφθαλμῶν μου ἦν ἐκβαλεῖν τὴν πλῆν ταυτην. Ὅτι δὲ πάλιν ἐν ὅσῳ χρόνῳ ἡ συναγωγὴ συνῆν τῷ νόμῳ, ὁ Θεὸς τὴν σκοπὸν ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν εἶχε, λέγει τῷ Μωϋσῇ· Βασὸν με,

καὶ ἐξάλειψω αὐτοὺς, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ πολὺ μᾶλλον. Εἰ τοῦτο ἔχεις ἐν αὐτῷ, τὴν Ἐκκλησίαν εἰκόνα τῆς παλαιᾶς ἱστορίας, πῶς παρεισθλθεν ὁ νόμος; ἢ ἡ Λεία τῆ Ῥαχὴλ. Ὅτι δὲ, ἀδελφοί, οὐ θεωρία οὐδὲ ἀλληγορία βεβιασμένη, ἀλλ' ἀληθῶς εἰκὼν ἦν αὐτῆ τοῦ Ἰακώβ, καὶ ὅτι ὁ Ἰακώβ τοῦ τύπον ἐπλήρου, τοῦ ποτὲ μὲν τὴν συναγωγὴν, νῦν δὲ τὴν Ἐκκλησίαν ἔχοντος, αὐτὸς βῶθ διὰ τοῦ προφήτου Ἐγὼ ὀρέσθεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χειρὶ προφήτου ὁμοιώθη. Καὶ ἐδοῦλευσεν Ἰακώβ ἐν γυναικί, καὶ ἐν γυναικί ἐφυλάξατό με. Διὰ τί οὐν ἐφύλαξεν; ἢ πῶς ἐφύλαξεν; Εὐρήσεις, ἀδελφοί, κατὰ ἄλλην πάλιν θεωρίαν τὸν Ἰακώβ ἐτέρως λαμβάνοντα τὴν γυναῖκα, ἐτέρως δὲ τὸν Ἰσαὰκ τὸν πατέρα τοῦ Ἰακώβ. Ἰσαὰκ λαμβάνων τὴν γυναῖκα, οὐκ αὐτὸς ἦλθεν εἰς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, καὶ ἔλαθεν, ἀλλὰ ἀπέστειλε τὸν δούλον αὐτοῦ, καὶ ἐμνηστεύσατο ὁ δὲ Ἰακώβ οὐ διὰ δούλου μνηστεύεται, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ. Ἦν γὰρ καὶ τοῦτο τύπος τῆς Παλαιᾶς καὶ τῆς Νέας. Τὴν γὰρ παλαιὰν συναγωγὴν μνηστευσάμενος ὁ Θεός, διὰ τοῦ οἰκέτου [194] Μωϋσέως λαμβάνει. Ἰσαὰκ λαμβάνων γυναῖκα δι' οἰκέτου μνηστεύεται, καὶ δι' οἰκέτου μνηστευσάμενος λαμβάνει. Ὁ δὲ Ἰακώβ οὐκ ἀποστέλλει οἰκέτην, καίτοι ἔχων οἰκέτας, ἀλλ' αὐτὸς ἦλθεν εἰς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν. Ἦλθεν αὐτὸς μόνος ὁ πολλοῦς οἰκέτας ἔχων μόνος ἦλθεν εἰς Βεθὴλ, καὶ ἐκοιμήθη. Ὁ γὰρ Θεὸς εὐλόγησε τὸν οἶκον τοῦ Δεσπότου Ἀβραὰμ ἐν κτήνεσι καὶ ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ καὶ δούλοις καὶ ἵπποις καὶ τοῖς ἄλλοις. Καὶ τοσαῦτα κτήματα ἔχων ἔρχεται τὴν βάρδον ἔχων μόνον, καὶ λέγει ὁ Ἰακώβ· Τῆ βάρδῳ μου διηλθον τὸν Ἰορδάνην τοῦτον, ἀντὶ τοῦ, Ῥάβδον μόνον ἔχων ἐξῆλθον μόνος, ὁ πολλῶν δεσπότης. Ἐξῆλθεν Ἰακώβ μόνος, ἦλθεν εἰς Βεθὴλ, καὶ ἐκοιμήθη τὴν ἐσπέραν, καὶ ὑπέθηκε λίθον τῆ κεφαλῆ· οὐκ οἶκον εὔρειν, οὐ κατόλυμα. Εἰκὼν γὰρ ἦν τοῦ λέγοντος, Ὁ δὲ Ἰδοὺ τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει πού τιν ἐν κεραιῇ κλίην. Εἶτα, ἀδελφοί, καθεῦδον βλέπει τὸν οὐρανὸν ἀνεψυγμένον. Ὅσπερ γὰρ τῷ Χριστῷ οὐκ ἦν κλίνας τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τοῦ γῆς, οὐρανὸς δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ἐπουράνιον ἀνεψυγμένο οὕτω καθεῦδεν Ἰακώβ, οἶκον οὐκ ἔχων, καὶ τὸν οὐρανὸν βλέπων ἀνεψυγμένον, καὶ κλίμακα ἀπὸ γῆς ἕως οὐρανοῦ ἐστηριγμένην. Ἦν δὲ καὶ ἄλλω λόγῳ τύπος τῶν δικαιομένων. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν Ἠσαῦ φεύγων ἦλθεν εἰς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, βουλόμενος δεῖξαι ὁ Θεός, ὅτι παντὶ τῷ ἐπὶ γῆς δικαιομένῳ οὐρανὸς ἀνεψυγεται, βλέπει τὸν οὐρανὸν ἀνεψυγμένον, καὶ κλίμακα ἐστηριγμένην ἀπὸ γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας διὰ τῆς κλίμακος. Καὶ ὁ Κύριος, φησὶν, ἐπιστήριχτο. Οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, Ἐκάθητο, ἀλλ', Ἐπεστήριχτο τῆ κλίμακῃ. Τίς δὲ ἡ κλίμαξ; Εἰκὼν τοῦ σταυροῦ. Δι' αὐτοῦ γὰρ ἔστιν ἀνελεθεῖν εἰς τὸν οὐρανόν. Καὶ οἱ μὲν δι' αὐτοῦ ἀνήλθον εἰς τὸν οὐρανόν, οἱ δὲ δι' αὐτοῦ κατέβησαν. Ἰουδαῖοι ἐξέψενον τὸν οὐρανὸν διὰ σταυροῦ, καὶ ἔβη εἰς οὐρανὸν ἀνάγονται διὰ τοῦ σταυροῦ.

8. Ἄλλ' ἐπειδὴ δεῖ πανταχοῦ φεύγειν τὴν βίαν τῆς ἀλληγορίας, καὶ μαρτυριαὶς ἐγγράφοις σφραγίζειν τὰ λεγόμενα, ἴνα δεῖξῃ ὁ Σωτὴρ διὰ τῶν Εὐαγγελίων, ὅτι οἱ ἄγγελοι ἐκείνοι οἱ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας εἰκόνα τῆς εὐαγγελικῆς ἐπλήρου χάριτος, λέγει τῷ Ναθαναήλ· Ἐπειδὴ ἐπὶ οὐκ, εἰδὸς σε ὑπὸ τὴν συκῆν, ἐπιστευσας· μείζονα τοῦτων ὄψεαι. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεψυγμένον, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν Ἰδοὺ τοῦ ἀνθρώπου. Ἦλθεν ἐπὶ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, καὶ ὡς εἶδε τὸ δράμα, λέγει· Οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἡ οἰκος Θεοῦ. Καὶ μὴν οὐκ εἶδες οἶκον οἰκοδομητὸν, ἀλλὰ κλίμακα· ἀλλ' ἐπειδὴ ἴδεις, ὅτι ἡ κλίμαξ τύπος ἐστὶ τῆς Ἐκκλησίας, λέγει, Ἰούτο οἰκος Θεοῦ, τοῦτο Ἐκκλησία ἐστὶ. Καὶ πόθεν τοῦτο, ὅτι οἰκος Θεοῦ Ἐκκλησία ἐστὶ; Λέγει Παῦλος Τιμοθέω, ταῦτα γράφων· Ἐκείνου ἐλθεῖν πρὸς σὲ τάχιστα. Ἐὰν δὲ βραδύνω, ἴνα εἰδῆς, πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφασθαι, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζώντος. Εἶτα πληρῶν δὲ πάντων τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἀκτῆμονα, τὴν μισόπλουτον, τὴν μὴδὲν δεχομένην φάντασμα κοσμικόν, λέγει· Ἐὰν ἡ Κύριος ὁ Θεός μετ' ἐμοῦ, καὶ δώσῃ μοι ἄρτον φαγεῖν· καὶ ἰμάτιον περιβαλέ-

σθαι. Βλέπε, πῶς ἡ φιλόσοφος ψυχή τὴν αὐτάρκειαν οὐκ ἐκβαίνει. Ἐὰν ἡ Κύριος ὁ Θεός μετ' ἐμοῦ, καὶ δόξηται με ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ δώῃ μοι ἄρτον φαγεῖν καὶ ἰμάτιον περιβαλέσθαι. Πρὸ τῶν εὐαγγελικῶν τὰ ἀποστολικά φθέγγεται, Καὶ ἐὰν δῶ μοι ἄρτον φαγεῖν καὶ ἰμάτιον περιβαλέσθαι. Παῦλος διὰ τοῦ Ἰακώβ φθέγγεται· Ἐρχομαι γὰρ διατροφῆς καὶ σκεπάσματα, τοῦτοις ἀρκεσθῆσόμεθα. Ἔσται μοι ὁ τόπος οὔτος, οἰκος Θεοῦ. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐρμηνεύεται τὸ Βεθὴλ. Βεθὴ γὰρ ἐστὶν οἰκος· τὸ δὲ Ἡλ, Θεοῦ. Ἀπῆλθεν εἰς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, καὶ πρῶτον αὐτῷ συναντᾷ φρέαρ. Ἦλθεν ἐπὶ τὸ φρέαρ, καὶ τοῦτο ἐσκέπαστο, καὶ εὔρειν ἐκεῖ ποιμένας. Εἰκὼν κατὰ πάντα Χριστοῦ. Πρώτη παρουσία Χριστοῦ ἐπὶ τὸ βάπτισμα. Ἐπὶ τὸ φρέαρ, φρέαρ τὸ ἀλλομένον εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ἐρίσκει τὸ φρέαρ ἐσκεπασμένον, ἐπειδὴ καὶ ἡ χάρις πρὸ τῆς παρουσίας ἐκεκάλυπτο. Λέγει Ἰακώβ τοῖς ποιμέσι, Τί ἐστήκατε ἔτι; Πολλὴ ὥρα ἐστὶ· ποτίσαντες τὰ [195] πρόβατα ἀπαγάγετε. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν, Ἐὰν μὴ πάντες ἔλθωσιν οἱ ποιμένες, οὐ δύναμεθα ἀποκυλίσει τὸν λίθον. Καὶ τί εὐθὺς ὁ Ἰακώβ; Ὁ διὰ πολλῶν καὶ διὰ πάντων ἐχρῆν γενέσθαι τῶν ποιμένων, μόνος ποιεῖ. Λαθὼν γὰρ ἀποκυλίσει τὸν λίθον. Πῶς οὖν ἠδύνατο τοῦτο μόνος ποιῆσαι, ὁ πολλοὶ μόλις ἐποιοῦν; Ἄλλ' ἐπειδὴ εἰκὼν ἦν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ Γραφὴ τὴν δύναμιν ἐδείξε τοῦ Δεσπότου, ἔτι ὁ μὴ ἠδυνήθησαν πολλοὶ κατορθώσαι, ἡ εὐαγγελικὴ χάρις κατορθώσεν. Ἐκεῖ εὔρισκε τὴν Ῥαχὴλ ἐρχομένην· πανταχοῦ γὰρ οἱ δίκαιοι οἱ ἀρχαῖοι τῷ πλεῖστῳ μέρει ἀπὸ φρέατος ἐδέξαντο τὰς μνηστεύσεις αὐτοῦ. Μωϋσῆς ἀπὸ φρέατος ἔσχε τὴν γυναῖκα τὴν θυγατέρα τοῦ Ἰσθῶρ, Ἰακώβ ἀπὸ φρέατος, ὁ δούλος τοῦ Ἀβραὰμ ἀπὸ φρέατος ἐδέξατο τὴν Ῥεβέκκαν. Πανταχοῦ τὰ μνηστῆρα τῶν ἀρχαίων ἀπὸ φρέατος, ἐπειδὴ καὶ ὁ Χριστὸς οὐκ ἐτέρως μνηστεύεται τὴν Ἐκκλησίαν, ἢ ἀπὸ τῶν ὑδάτων. Καὶ ἴνα συντέμω, εἰσῆλθεν, ἦλθε τὴν Ῥαχὴλ, παρεισθλθεν ἡ Λεία. Τοῦ προκειμένου ὁ ἐχεσθαι, καὶ εἰς τὸ προκειμένον ἐπανελθεῖν ἀναγκαῖον. Νόμος οὐκ παρεισθλθεν, οὐκ εἰσῆλθεν· ἐπειδὴ οὐδὲ ἡ Λεία εἰσῆλθεν, ἀλλὰ πρὸς εἰσῆλθεν. Εἰσελθεῖν γὰρ ἐστὶ τὸ γυμνῆ τῆ παρῆρσιζ χρησασθαι· παρεισελθεῖν δὲ τὸ μετ' ἄλλου πλαγιάσαντα συνεισελθεῖν. Παρεισθλθεν οὖν καὶ ἡ ἀμαρτία, παρεισῆλθεν διὰ τοῦ νόμου διάβολος. Ἢ γὰρ ἀμαρτία ἀφορμὴν λυβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν. ἴνα μὴ οὖν τις νομίσῃ τὴν ἐντολήν εἶναι τὴν θανατοποῖον, λέγει· Ὅστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος καὶ ἡ ἐντολὴ ἀγαθὴ καὶ δίκαια καὶ ἀγαθὴ. Τὸ οὖν ἀγαθὸν ἐν ἐμοὶ γέγονε θάνατος; Μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἴνα ἡ ἀμαρτία φανῇ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μου κατεργαζομένη θάνατον. Πανταχοῦ ἀμαρτωλῶν λέγει τὴν ἀμαρτίαν, τούτῃστι, τὸν διάβολον. ἴνα, φησὶ, φανῇ καθ' ὑπερβολὴν ἀμαρτωλὸς ὁ διάβολος, διὰ τῆς ἐντολῆς ἐργαζόμενος θάνατον. Οἰδαμεν δὲ ὁ νόμος πνευματικὸς ἐστίν, ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι. Σὺ, Παῦλε, σαρκικός, ὁ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κυβερνώμενος, ὁ λαλῶντα ἔχων ἐν αὐτῷ τὸν Χριστόν; Εἰ σὺ σαρκικός, διὰ τί τοὺς μαθητὰς τοὺς σοὺς ἠπάτησας λέγων· Ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί, ἀλλ' ἐν πνεύματι; Οἱ μαθηταὶ σου οὐκ εἶσαν ἐν σαρκί, καὶ σὺ σαρκικός εἶ; Ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι. Ἐγὼ. Τίς; Ὁ πρὸ τοῦ νόμου καὶ ἐν τῷ νόμῳ πολιτευσάμενος, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἀμαρτίαν. Οὐκ εἶπε, πραθεὶς ὑπὸ τῆς ἀμαρτίας, ἀλλὰ, πεπραμένος τῆ ἀμαρτίας. Οὐ γὰρ ἔτερός τις τῶν ἀνθρώπων πέπρακεν, ἀλλ' αὐτὸν ἐπίωλησεν. Ὅσπερ γὰρ ἐν ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις εἰσὶ τινες ὁ κατὰ ἀνάγκην πιπρασόμενοι, εἰσὶ δὲ ἄλλοι ἐλευθερίας μετέχοντες, δι' ἐπιγαμίαν δὲ παιδισκίον ἢ ἐτέρας τινας ἀνάγκης εἰς δουλείαν αὐτοὺς ἐκδιδάσιν· οὕτω καὶ ὁ ἀνθρώπος, ἐλευθερὸς ὢν τὴν φύσιν, καὶ ἐλευθερὰ φύσει λαθὼν, ἐλθὼν αὐτὸν ἐπίωλησεν. Θέλεις ἰδεῖν αὐτὸν πωλούντα ἀνθρώπον; Βλέπε τί φησὶν ὁ Ἠλίας πρὸς τὸν Ἀγαθάβ, ὡς ἀπέστειλεν αὐτὸν ὁ Θεός· ἐλέγξει αὐτὸν διὰ τὸν ἀμπελώνα, ὃν ἀπέλειτο τοῦ Ναβουθῆ. Λέγει αὐτῷ Ἀγαθάβ· Εὐρηκά με, ὁ εὐθρόος μου; Λέγει αὐτῷ Ἠλίας· Εὐρηκά σε, διότι ἐπράξης ποιῆσαι τὸ ποτηρὸν ἐνώπιον Κυρίου. Ἢ γὰρ πραθεὶς ἦμῶν διὰ τῶν ἐργῶν τῆς πονηρίας. Ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἀμαρτίαν. Ὁ γὰρ τῆ κακῆ συνήθειᾳ προειλημένος, οὐδὲ, ἂν θέλῃ, αὐτὸν εὐκόλως ἐκβάλλει τῆς δουλείας. Δευτέρα γὰρ φύσις ἡ συνήθεια· καὶ ἡ φύσις κατὰ τῶν ἀνθρώπων. Διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· Οὐ γὰρ ὁ βούλομαι, τοῦτο ποιῶ, ὡς ἄπαξ πεπραμένος,

\* Locus suspectus

*Ex qua die reduxi patres vestros de terra Ægypti, et usque hodie, præ oculis habebam ut ejiciam civitatem hanc. Quod vero rursum toto tempore, quo synagoga in lege versabatur, Deus Ecclesiam in scopo habuerit, ideo dicit Moysi: Sine me, et delebo illos, et faciam te in gentem magnam (Exod. 32. 10), et multo majorem. Si in te fixum habes, Ecclesiam esse imaginem veteris historię, quomodo subintravit lex? Ut Lia in locum Rachelis. Quod vero, fratres, hæc non mera speculatio sit, nec allegoria violenter inducta, sed vera Jacobi imago; et quod Jacob Dei figuram impleverit, qui aliquando synagogam, nunc Ecclesiam habuerit, ipse Deus per prophetam clamat: Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetę assimilatus sum. Et servavit Jacob in muliere, et in muliere servavit me (Osee 12. 10. 12). Cur servavit, et quomodo servavit? Invenies, frater, secundum aliam speculationem, alio modo Jacobum uxorem duxisse, alio Isaacum patrem Jacobi. Isaac cum uxorem duxit, non ipse venit in Mesopotamiam ut acciperet, sed misit servum suum, et desponsavit; Jacob vero non per servum contrahit, sed per seipsum. Erat enim hæc etiam figura veteris et novę legis. Nam cum veterem synagogam desponsat Deus, per servum Moysen id agit. Isaac uxorem ducens per servum desponsat, et ejus ministerio nuptias contrahit. Jacob vero non mittit servum, etsi servos haberet, sed ipse venit in Mesopotamiam. Solus venit, qui multos servos habuit; solus venit qui multa subjugalia habebat. Nam Deus benedixit domum domini Abraham, in pecoribus, argento, auro, servis, equis, aliisque. Qui tot opes habebat Jacob, cum sola virga venit, aitque: Cum virga mea transivi Jordanem hunc (Gen. 32. 10); ac si diceret, Cum sola virga solus egressus sum, qui multorum dominus eram. Egressus est Jacob solus, venit in Bethel, et recubuit vespere, lapidemque capiti supposuit: non domum, non diversorium reperit. Imago quippe erat dicentis, Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet (Matth. 8. 20). Deinde, fratres, dormiens vidit cælum apertum. Quemadmodum enim Christus non habebat ubi caput reclinaret in terra, sed cælum ipsi et celestia aperta erant: sic dormit Jacob, domum non habens, et cælum videns apertum, scalamque a terra usque in cælum firmatam. Alia vero ratione figura erat eorum, qui persecutionem patiuntur. Quia enim ab Esau lugens venit in Mesopotamiam; ut ostenderet Deus omni persecutionem patienti cælum apertum esse, videt cælum apertum, et scalam firmatam a terra usque ad cælum, et angelos Dei ascendentes et descendentes per scalam. Et Dominus, inquit, firmabatur in illa (Gen. 28. 13). Non dixit simpliciter, Sedebat; sed, Firmabatur in scala. Quæ scala? Imago crucis: per illam enim in cælum ascenditur. Et alii per illam in cælum ascendebant, alii per illam descendebant. Judæi per crucem de cælo delapsi sunt, et gentes per crucem in cælum adducuntur.*

4. Verum quia ubique vitanda est allegoria violenter inducta, et quæ dicuntur Scripturarum testimoniis sunt obsignanda; ut ostenderet Servator in Evangeliiis, angelos illos qui ascendebant et descendebant, evangelicę gratiæ figuram implevisse, dicit Nathanael: Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credidisti; majora his videbis. Amen dico vobis, jam videbitis cælum apertum, et angelos Dei ascendentes et descendentes supra Filium hominis (Joan. 1. 50. 51). Venit in Mesopotamiam, et ut visionem habuit, dixit: Non est hoc aliud, nisi domus Dei (Gen. 28. 17). Atqui non vidisti donorum structuram, sed scalam; verum quia sciebat scalam esse figuram Ecclesię, dicit: Hæc est domus Dei, hæc est Ecclesia. Et undenam domus Dei Ecclesia est? Id dicit Paulus, hæc Timotheo scribens: Spero me ad te venire cito. Si autem tardavero, ut scias quomodo oportuit in domo Dei conversari, quæ est ecclesia Dei vivi (1. Tim. 3. 14. 15). Deinde implens in omnibus imaginem Christi inopis, divitiarum osoris, mundanum omnem fastum

abjicientis, dicit: Si fuerit Dominus Deus mecum, et dederit mihi panem ad manducandum, et vestimentum quo operiar (Gen. 28. 20). Vide, quomodo philosophi animam ea, quæ satis sint, non excedat. Si fuerit Dominus meus mecum, et duxerit me in via, et dederit mihi panem ad manducandum, et vestimentum quo operiar. Ante evangelium apostolica loquetur: Si dederit mihi panem ad manducandum, et vestimentum quo operiar. Paulus per Jacobum loquitur: Habentis autem alimentã, et quibus tegamur, his contenti erimus (1. Tim. 6. 8). Erit mihi locus hic, domus Dei (Gen. 28. 22). Sic enim interpretantur Bethel. Nam Bethel est domus, Hel vero Dei. Abiit in Mesopotamiam: ac primo illi puteus occurrit. Venit ad puteum qui tectus erat, et invenit ibi pastorem. In omnibus imago Christi. Primus adventus Christi est ad baptismum, ad puteum, puteum aquę salientis in vitam æternam (Joan. 4. 14). Invenit puteum tectum: nam gratia ante adventum ejus abscondita erat. Dicit Jacob pastoribus: Quid statis adhuc? Multum dicit superest, potum date pecoribus, et abducite illa. Responderit illi, Nisi venerint omnes pastores, non possumus revolvere lapidem. Ecquid tum Jacob? Quod a multis et ab omnibus faciendum erat, solus fecit: nam arreptum lapidem revolvit. Quomodo potuit solus facere quod multi vix faciebant? Sed quia imago Christi erat, virtutem quoque Domini Scriptura declaravit, nempe quod multi facere non potuerant, evangelica gratia perfecti. Illic occurrit venienti Racheli: nam plerique prisci justi a puteis sponsalia accipiebant. Moyses a puteo accepit uxorem siliam Jothoris, Jacob a puteo; servus Abrahami a puteo accepit Rebeccam. Ubique sponsalia veterum a puteo: quoniam Christus non aliunde desponsat Ecclesiam, quam ab aquis. Et ut paucis dicam, intravit, petivit Rachelem, subintravit Lia. Institutum vero hærere, et ad institutum reverti, operę pretium fuerit. Lex ergo subintravit, non intravit, quandoquidem neque Lia intravit, sed subintravit. Intrare namque est palam et fidenter ingredi; subintrare, cum aliofurtim se immittere. Subintravit ergo etiam peccatum, subintravit per legem diabolus. Nam peccatum, occasione accepta, per mandatum seduxit me, et per illud occidit (Rom. 7. 11). Ne quis ergo putet mandatum inferre mortem, addit: Itaque lex quidem sancta, et mandatum justum et bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit; sed ut peccatum appareat, per bonum operatum est mihi mortem (Ibid. v. 12. 13). Ubique peccatorem vocat peccatum, id est, diabolum. Ut, inquit, diabolus supra modum peccator appareat, dum per mandatum operatur mortem. Scimus quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum (Ibid. v. 14). Tu, Paulus, carnalis, qui a Spiritu sancto gubernaris, qui loquentem in te habes Christum? Si tu carnalis, cur discipulos tuos decepisti, dicens: Vos non estis in carne, sed in spiritu (Ibid. 8. 9)? Discipuli tui non sunt in carne, et tu carnalis es? Ego autem carnalis sum. Ego. Quis? Qui ante legem et in lege conversatus sum, Venditus sub peccato. Non dixit, Venditus a peccato; sed, Venditus peccato. Non enim alius homo vendidit, sed se ipse vendidit. Quemadmodum enim apud nos homines sunt aliqui, qui per vinum venduntur, alii autem liberi, qui vel ut ancillas ducant uxores, vel ob aliam quandam necessitatem servituti se dedunt: sic et homo natura liber, et liberam naturam nactus, sponte seipsum vendidit. Vis videre hominem seipsum vendentem? Perpende quid dicat Achabo Elias, cum misit illum Deus, ut ipsum redargueret circa vineam, quam abstulerat Nabulthe. Dicit ei Achab: Invenisti me, inimicus meus? Dixit illi Elias: Inveni te, quia venditus es ut faceres malum coram Domino (3. Reg. 21. 20). Venditio enim nostra sit per opera nequitia. Ego autem carnalis sum, venditus sub peccato. Qui enim mala consuetudine captus est, neque si voluerit, sese facile ex servitute expedit. Nam consuetudo est secunda natura: ipsaque natura contra homines pugnat. Ideo intulit: Non

enim quod volo facio (Rom. 7. 15). ut semel venditus, neque quod volo operor. Hæc verba servum decent. Sicut enim ille non quæ vult facit, sed quæ jubetur: sic homo non habebat potestatem faciendi ea quæ vellat, sed a peccato jubebatur. Jam enim regnabat peccatum: Regi vero contradici non poterat. Venditus ergo erat homo, non Paulus, sed imago hominis, figmentum libertatis. Ut paucis absolvam, cum servitutis per vim inductæ multa indicia dedisset, subiunxit: *Miser ego homo, quis me liberabit a corpore mortis hujus (Ibid. v. 24)?* Viden' quomodo induxit hominem, quasi acerba servitute et tyrannide exagitatam, qui servitutem excutere optaret, libertatem quæreret, et beneficium postularet? *Miser ego homo, quis me liberabit? Quis veniet? Gratias ago Deo per Dominum nostrum Jesum Christum (Ibid. v. 25).* Ut ostendat tibi, quod venditum peccato dicat eum, qui aliquando sub lege erat? liberos autem a venditione eos, qui per evangelicam gratiam redempti fuerant, dicit: *Miser ego homo, quis me liberabit? Gratias ago Deo per Dominum nostrum Jesum Christum.* Liberavit me a lege peccati. *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me (Ibid. 3. 1).* Viden' quomodo hominem et liberatum et servientem induxit? Neque de se tantum loquitur, sed de omni humana natura simul. *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis.* Et quomodo liberatus es? *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem (Ibid. v. 3).* Quia lex præcipiebat bonum, caro autem non obediens, utpote peccato vendita; quæ non potuit lex efficere propter infirmitatem carnis, effectus per virtutem carnis Christi. *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur, propter infirmitatem carnis (non enim per seipsam lex infirmabatur, sed per carnem); Deus mittens Filium suum in similitudinem carnis peccati, condemnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, non secundum carnem ambulantes, sed secundum spiritum (Ibid. v. 4).* Dei igitur gratiæ tribuitur quæstionum solutio; quia Paulus hæc non de se loquitur, neque suam calumniatur libertatem, non seipsum sub peccatum ponit, neque se spirituale et carnale inducit; sed verbo exhibuit eum in imagine hominem ut ante legem erat, ut in lege, ut post gratiam. Deinde in notitiam induxit, quis esset homo ante legem, quis in lege, quis post libertatem in Christo acquisitam? *Deus Filium suum misit in similitudinem carnis peccati.*

5. Hic solvitur alia quæstio. Dicunt enim non Apollinaristæ tantum, sed etiam Ariani et Eunomiani, Servatorem carnem tantum assumpsisse, non animam (a). Et alii quidem argutius dixerunt, assumpsisse animam sine mente, alii carnem tantum. Demonstratum autem a nobis fuit in priori concione solere Scripturam hominem ita commemorare, ut hominem vocet illius partem. Aliquando enim ex carne totum hominem vocat: *Ad te omnis caro veniet (Psal. 64. 3)*; id est, omnis homo; aliquando ex anima, ut cum dicit: *In septuaginta quinque animabus descendit Jacob in Ægyptum (Act. 7. 14. 15)*; aliquando a spiritu: sic, *Omnis spiritus laudet Dominum (Psal. 150. 6)*. Ostende igitur, ubinam carnem vocet Scriptura eam, quæ inanimata est: nam cum obiit homo, non jam caro dicitur, sed corpus mortuum. Nemo unquam mortuum carnem vocavit, sed corpus mortuum. Quamdiu enim vivificam vim habet et vivit, caro vocatur; mortua autem, caro non appellatur, sed corpus dicitur. Corpus autem est, inanimatum omne: lapis corpus est, itemque lignum; et spiritus anima carens, corpus dicitur. Dic vero mihi, cur non acceperit animam? Venit, inquis, ipse per

semetipsum ut salutem pariat, neque anima nostra opus habuit. Cur ergo carnem assumpsit? Quia non poterat ut Deus apparere, carnem assumpsit, ut nobiscum versaretur. Ergo caro non habebat animam? Quomodo igitur esurivit et sitivit? quomodo fatigata est? Nam si abstracta anima Deum inducis, et famem et sitim illi tribuis. Alioquin, fratres, nisi esset et Deus Verbum et animatus homo vas humanitatis ipsi unitum, sed sola esset divinitas in carne, de qua anima Servator dixisset: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum (Luc. 23. 46)*? Si sola deitas erat, non autem anima, quis commendans, quid commendatum fuit? *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, id est, animam. Si solam inducis deitatem in carnem, et animam alijcis, quis commendans, quid commendatum erit? Verum manifestus est hæreticorum scopus. Ideo namque dicunt, Dominum non assumpsisse animam, ut omnia humilia verba in deitatem pertrahant, ut cum legerint, *Ego a me ipso non loquor, quia Pater meus mandatum mihi dedit, quid dicam, aut quid loquar (Joan. 12. 49)*? non humanitati, sed deitati hæc adscribant. Viden', in quantum impietatis profundum veniant? Quinam sit spiritus qui dicit, *In manus tuas commendo*, quantumcumque quærant, non inveniunt. Ex aliis enim locis res solvitur et probatur, Scripturam spiritum animam vocavisse. Audi Stephanum dicentem, cum martyrium obiret: *Domine Jesu, accipe spiritum meum (Act. 7. 59)*. Quod spiritus sit anima, Stephanus testificatur. Quis ergo est, qui commendat spiritum, et cui commendatur spiritus? de qua loquitur substantia? De illa, ad quam apostoli prophetiam pertrahunt: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Non derelinques animam meam in inferno (Psal. 15. 10)*. Num de Deo sermo erat? Deus non derelinquitur in inferno. Num infernus Deum detinuit? num vivificam virtutem corruptio detinuit? non audisti Paulum dicentem, non potuisse vitam a corruptione detineri? Vitam dicit corpus. Si corpus est vita, detenta est a morte vita. *Non derelinques animam meam in inferno (Rom. 7. 6)*. Totam collapsam humanitatem suscitavit, totum collapsum hominem renovavit. Sed si dixeris, inquit, quod ipse perfectum hominem renovaverit, quam differentiam ponis inter illum et apostolos? Nam in ipsis quoque fuit Deus. Verum aliud est inhabitare, aliud assumere et uniri. De nobis dictum est, *Inhabitabo in illis, et inambulabo (2. Cor. 6. 16. Levit. 26. 12)*. Animæ simplicitatem dicit: animæ virtutem supponit, in qua requiescit Deus et inambulat. Quia vero ipsum Christi corpus ex utero unitum templum ejus effectum est, non per profectum in virtute Deum accepit inhabitantem; sed simul templum paratum est, simul Deus in illo habitavit. Templum ergo Christi unitum erat corpus. Ideo ait: *Solve templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud (Joan. 2. 19)*. O absurditatem eorum, qui omnia sine metu audent! Verum hæc ad hæreticos, qui animam et corpus et spiritum memorant, et vim inferunt apostolico verbo dicenti: Deus custodiet corpus vestrum, et animam, et spiritum (1. Thess. 5. 23). Illud porro necesse est dicere, spiritum putant esse mentem. Si ergo spiritus meus est, cur apostolus dicit: *Psallam spiritu meo, psallam et mente (1. Cor. 14. 15)*? Si spiritus meus est, cur distinguit Paulus dicens, *Psallam spiritu, psallam et mente*? Si spiritus est meus, cur spiritum alium dicit a mente? Sed quia, inquit, hoc non admittis, explica quid sentias. Quid est illud quod dicit Paulus: Deus custodiet animam vestram et spiritum. Spiritum solet vocare Scriptura gratiam sancti Spiritus. Rogo, mecum certate et laborate. Non enim modica res est, hæreticam spinam excindere. Mos est Scripturæ spiritum vocare gratiam Spiritus; exempli causa, si quis accipiat spiritum sapientiæ et spiritum scientiæ; ipsum Spiritus donum vocatur spiritum. Dicit Paulus: *Quoniam gemulatores estis spirituum*

(a) Apollinaristæ quidem dicebant Verbum assumpsisse carnem tantum humanam, non autem animam. Quod vero Ariani et Eunomiani idipsum dixerint, non memini me legere, sed fortassis inter multos Arianos et Eunomianos, quidam erant qui illam etiam hæresim amplecterentur, quos carpit hic Anonymus.

οὐδὲ ὁ θέλω, τοῦτο πράσω. Ταῦτα πρόποντα οἰκέτη τῶν ῥήματα. Ὅσπερ γὰρ τις οὐχ ἂ θέλει, πράττει, ἀλλ' ἂ καλεῖται· οὕτως ὁ ἄνθρωπος οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν ποιεῖν, ἂ ἐβούλετο, ἀλλ' ἂ ἐκέλευτο ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας. Λοιπὸν γὰρ ἐδασίλευσεν ἡ ἁμαρτία· βασιλεὶ δὲ ἀντιλέγειν οὐκ ἦν. Πέπρατο τοίνυν ὁ ἄνθρωπος, οὐχ ὁ Παῦλος, ἀλλ' εἰκὼν τοῦ ἀνθρώπου, τὸ πλάσμα τῆς ἐλευθερίας. Καὶ ἵνα συντέμω, ὅτε εἶπε, πολλὰ τῆς ἠναγκασμένης δουλείας τεκμήρια ἐπήγαγε· *Ταλαιπῶρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ρύσεται τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Βλέπει, πῶς εἰσήγαγε τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἐν δουλείᾳ πικρᾷ καὶ τυραννίδι ἐξεταζόμενον, καὶ ἀποδύσασθαι ἐπιποθούντα τὴν δουλείαν, καὶ ἐπιζητούντα τὴν ἐλευθερίαν, καὶ [196] ἐπικαλούμενον τὴν εὐεργεσίαν; Ταλαιπῶρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ρύσεται; τίς ἐρχεται; Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ἴνα δέξῃ σοι, ὅτι πράσιν τῆς ἁμαρτίας· λέγει τὸν ποτε ὑπὸ τὸν νόμον, ἐλευθερίαν δὲ τῶν πεπραμένων τοὺς διὰ τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἐξαγορασθέντας, λέγει, *Ταλαιπῶρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ρύσεται; Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*· ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας. Ὁ γὰρ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τὸν θανάτου. Καὶ πῶς ἠλευθέρωσέν; *Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἡσθένει διὰ τῆς σαρκός*· ἐπειδὴ ὁ μὲν νόμος ἐκέλευε τὸ ἀγαθόν, ἡ δὲ σὰρξ οὐκ ὑπέκουεν, ὡς πεπραμένη τῇ ἁμαρτίᾳ, ἂ μὴ ἠδυνήθη ὁ νόμος κατορθῶσαι διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκός, κατώρθωσε διὰ τῆς δυνάμεως τῆς σαρκός τοῦ Χριστοῦ. *Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἡσθένει διὰ τῆς σαρκός* (οὐ γὰρ δι' ἑαυτοῦ ἡσθένει ὁ νόμος, ἀλλὰ διὰ τῆς σαρκός), ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιωματι σαρκὸς ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Ἀποδέδοται τοίνυν Θεοῦ χάριτι τῶν ζητουμένων ἡ λύσις, ὅτι οὐ περι ἑαυτοῦ ταῦτα Παῦλος φλέγγεται, οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ συκοφαντεῖ ἐλευθερίαν, οὐχ ἑαυτὸν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν τίθησιν, οὐδὲ πνευματικὴν καὶ σαρκικὴν ἑαυτὸν εἰσχεῖται· ἀλλ' ἐστῆσεν, ὡσπερ ἐν εἰκόνι, τῷ λόγῳ τὸν πρὸ τοῦ νόμου ἄνθρωπον, τὸν ἐν τῷ νόμῳ, τὸν μετὰ τὴν χάριν· εἶτα ἐποίησεν εἰσελθεῖν εἰς ἐπίγνωσιν, τίς ἦν ὁ ἄνθρωπος ὁ πρὸ τοῦ νόμου; τίς ἐν τῷ νόμῳ; τίς μετὰ τὴν ἐν Χριστῷ ἐλευθερίαν; Ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιωματι σαρκὸς ἁμαρτίας.

3. Audivi , Thoma , non praesens ut homo , sed praesens ut Deus , quae fratribus tuis dixeris : deitate vobis aderam , a vobis separatus humanitate . Vis in memoriam revocem tibi verba quae neper protulisti ? Annon dixisti , *Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum , et mittam manum meam in latus ejus , non credam ?* Annon haec verba pepererunt cogitationes tuae ? annon haec verba manarunt ex labiis tuis ? Propter haec rursus veni , quia dubitas : secundo accessi , quia id desiderabas . Ne te pudeat ea discere , quae desideras ; ne reveraris ea , quae cupis curiose inquirere , ne recuses digitum tuum inferre in manus meas . Digitum curiosum feram , ut clavos toleravi : amantis curiositatem sustinebo , ut sustinui odientium me injuriam crucifixus . Non indignatus sum , cum inimici in me debaccharentur , et amanter a te rogatus non feram ? Infer digitum tuum huc , et vide manus meas vulneratas pro vobis , ut animarum vestrarum livores curentur : vide manus meas , et tecum reputa , num ille ipse sim , qui volens crucifixus sum , an alius : vide manus meas , quas permisi Judaici furoris symbola ferre : ut quando Judaei pro more suo impudenter se gerent in die judicii ac dicent mihi : Nos non cruci affiximus te , Domine ; inimicis manus ostendam hac forma , et in pudorem conjiciam synagogam illam Pei inimicam , ut videant Judaei *In quem transfixerunt* (Joan. 19. 37) , et gementes adorent . Ut tetigit ergo Thomas Domini manus et divinum latus , timore simul et gaudio affectus , ex rei quam desiderabat spectaculo , ad Dominum celebrandum statim linguam movet clamans , *Dominus meus , et Deus meus.* Tu es Dominus et Deus , ut homo et hominum amans : tu es novus et stupendus naturae medicus : in morbis non ferro uteris ad secandum , non ignem vulneribus ad moves , non herbis uteris ad medicinam , non ligamentibus sub aspectum cadentibus infirma membra alligas . Ligamina misericordiae habes invisibilia , quae ea quae dissoluta sunt constringis ; medendi rationem habes ferro acutiorum , verbum habes igne efficacius , nutum habes pharmaco efficaciorum . Ut Creator sine labore opificium tuum sanctificas , ut figulus sine ulla defatigatione figmenta tua transformas . *Dominus meus , et Deus meus.* Tu lepram pro voluntate tua curasti , tu claudos currentes exhibuisti , tu paralyticos lectos portare suos effecisti , tu caecos ab ortu caliginem deponere jussisti , tu daemones ab opificiis tuis expulisti , tu ab inimicis tuis volens captus es , tu a Judaeis sponte omnia propter me passus es . *Dominus meus , et Deus meus.* Tu es Deus et Dominus meus , tu et ante saecula et recens es , tu caelestis et terrenus , tu visibilis et invisibilis , tu sine specie et mea specie praeditus , tu sine forma et in hac forma , tu vere Deus et vere homo ; tu in utero Virginis , et in sinu Patris ; tu in caelo cur. Patre , et in cruce propter nos ; tu in regio throno ante saecula , tu ligno et clavis affixus secundum carnem ; tu secundum spiritum impassibilis , et secundum carnem passibilis ; tu immortalis ut consubstantialis Patri , et mortalis ut consubstantialis nobis ; tu in sepulchro et simul supra Cherubinos ; tu in morte ut fons vitae , et simul cum mortuis mortuorum liberator ; tu mortuus triduanus , et Genitori tuo coaeternus : tu corporis tui templum resuscitasti ; tu per propriam virtutem resurrexisti ut ipse Deus ; tu nobiscum in carne , qui ante omnia saecula cum Patre fuisti : tu in

caelis sursum , et in terra deorsum , ipse omnem creaturam conspiciens Deus : tu ubique es , tu omnia imple : tu a me teneris , qui omnia pugillo tenes . Te corporeis oculis video : te fidei oculis conspicio : in te cognosco id , quod mei simile est : in te novi ineffabilem Patris divinitatem : unum te Dominum et Deum confiteor : te aliud et aliud esse didici , non autem alium et alium . Non divido te indivisibilem , non separo te inseparabilem , non seco te qui secari non potes . Quod video , quod teneo , quod intelligo , per unam vocem exprimo : *Dominus meus , et Deus meus.* Tu enim ex indulgentia tua animam eduxisti meam ex profundo incredulitatis , tu captivos homines liberasti , tu peccatum in carne tua impeccabili damnasti , tu diabolum cum voluisti conculcasti , ignita ejus confregisti tela omnia ; tu mortem in morte tua occidisti , tu per incorruptionem tuam corruptionem eliminasti , tu per resurrectionem tuam resurrectionem nobis renovasti , tu triduanum tuum sepulchrum resurrectionis a mortuis sponsorem in terra reliquisti , tu homines caelestes effecisti , tu terram caelo jucundiorum reddidisti , tu tandem omnia meliora fecisti , tu Deus cum esses , homo factus es , ut hominem faceres Deum , *Dominus meus , et Deus meus.* Dicit illi Dominus , *Quia vidisti me , credidisti* (Joan. 20. 43) . Cave ne me rursus in carne eo ascendente , unde sine carne descenderam , incredulitatis verbis utaris , et dicas : *Nisi rursus videro in manibus ejus fixuram clavorum , non credam.* Semel credere recusasti , semel tetigisti , semel credidisti ; praedica demum quod accepisti . Beati enim qui me viderunt , et crediderunt ; ter beati qui non me viderunt , et crediderunt . Haec beatitudo , fratres , in nos transit , qui non vidiimus cum , et credidimus in ipsum . Beati namque sunt , qui fide vident invisibilem : beati vos , qui in celebratibus singulis videtis eum , qui oculis offertis , ore complectimini , dentibus editis , nec consumitis . O stupenda mysteria ! o tremenda mysteria ! Qui sedet ad dexteram Patris , in peccatorum dextera inventitur ; et qui ab angelis celebratur , a sordidis manibus tenetur , et id tolerat ; patitur ut indigni servi se ferant . Non fugit noxium peccatorum manus , non fugit damnatos digitos , figulos non conterit Opifex , sed ipse hortatur et dicit : *Accipite , comedite : accipite , bibite* (Matth. 26. 26) . Inferte manus vestras , et mittite in latus meum , et membris omnes meis frui mini . Quodcumque membrum acceperitis , in eo sum totus , qui a Thoma tactus fui . Accedamus igitur omnes pure ad purum : et cum Dominum nostrum acceperimus , ne subito contemptim illum adeamus , sed seorsim recedentes , soli solum Redemptorem sic alloquamur : Domine , non sumus digni , ut intres sub tectum animarum nostrarum (Matth. 8. 8) . Sed quia tu vis a nobis teneri , et utpote benignus in nobis habitare , cum fiducia accedimus dicentes : Si quid jusseris , Domine , oris nostri januas aperiemus , quas tu creasti . Intras enim cum benignitate , uti soles ; intras et solvis iniquitatum vincula ; intras et illuminas tenebrosas cogitationes nostras . Credimus , Domine , te id facturum esse . Neque enim meretricem cum lacrymis accedentem aversatus es , nec publicanum poenitentem repulisti , nec latroem regnum tuum agnoscentem abiecasti , nec persecutorum poenitentem in pristino statu reliquisti ; sed hos omnes per poenitentiam te convenientes , in amicorum tuorum choro constituisti . Cum tali precatione et puro animo caelestia sumamus mysteria , et nos temperata vita muniamus , neque prodeat sermo turpis per viam qua intrat Christus . Dominus et Deus noster . Hoc vitae institutum et vos imitatis , qui recens illuminati estis : reveremini dolorem expertes piscinae partus , neque violetis divinos ejus fetus , ne contra vos haec proferat : *Filios genui et exaltavi ; ipsi autem spreverunt me* (Isa. 1. 2) . Nomina vestra scripta sunt in caelis ; ne iterum vos in voluntatum caelo volutetis , ne apostolus Domini Paulus vobis exprobrat clamans : *Currebatis bene ; quis vos impedit non obedire veritati* (Gal. 5. 7) ? Exuistis can-

didas stolae, sed ne simul exuatis candorem animarum vestrarum. Hanc stolam si non exueritis, nemo iam vos exuere poterit. Manete igitur semper recens illuminati, ut beatam illam vocem audire mereamini: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis*

*regnum a constitutione mundi (Matth. 25. 34): quod nos omnes assequi contingat, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, imperium, honor et adoratio, cum sancto Spiritu, in saecula saeculorum. Amen.*

### AD SEQUEMTEM HOMILIAM

Hanc homiliam veteris esse scriptoris et ad Chrysostomi ævum accedentis suadere videntur tum alia quædam quæ hinc et inde occurrunt, tum illa quæ dicuntur de Psathyrianis hæreticis, quorum mentio est apud Socratem, Sozomenum, aliosque scriptores, ut infra videbitur. Hujus orationis loca quædam afferuntur a Photio, quæ vide sis in editione Rothomagensi anno 1653, p. 1542 et sequentibus, quæ loca nos contulimus, ut videas in decursu. Sed ille pro lubito alia affert, alia prætermittit, ut videre est et istic et aliis in locis.

#### IN INCARNATIONEM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, ET QUOD SINGULIS CLIMATIBUS ANGELI PRÆSENT.

1. Vere apparuit nobis gratia Christi, et una illuxit nobis pax religionis virtus: vere ortus est nobis Sol justitiæ, idque testificantur orbis fines illuminati. Apparuit enim caelorum Dominus, et totam terram, ut voluit, in caelum transtulit, sicut prædictum fuit: caelestis ille, qui apud vos est, vos caelestes efficit, et caelestia caelestibus elargitur: a fidei fidelibus fidelia, a sancto sanctis sancta, a viventibus viventia prodeunt. Hæc enim vobis in saceris et regis apostolorum aulis tradidimus, cum propheticas sententias attigimus, cum caelum et terra propheticas voces inter se dividebant; terra quidem vocem Joannis habens dicentis, *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus (Matth. 3. 3)*; caelum vero Patris vocem habens ipsis rebus firmatam, *Vox Domini super aquas (Psal. 28. 3)*. Hæc vobis tradidimus: hæc studiosis sufficiens ad admonitionem, et fidelibus ad confirmationem. Sciendum autem est bonorum repetitionem firmiores animas reddere. Quemadmodum enim terram tunc optime cultam videmus, cum iisdem sulcatur aratris, et cum primus conspectus fecundis curis exornatur: sic et culta divino verbo anima, si jam dictorum repetitione renovetur, fecundior ad virtutis fructum emittendum efficitur. Tempus autem est ut ad debitum solvendum accedamus: ad debitum, quod et nos solvere promisimus, et vos in mente versatis. Omnes porro Christi amantes rogo, ut et aures et mentem præbeant; ut et aures assidue dicta excipiant, et mens accurate sententias exploret: de Christo enim agitur; quidquid autem de Christo dicitur, non est simplex prædicatio, sed pietatis mysterium. Omnis Christi œconomia mysterium dicitur; mysterium vero non in scripto apparet, sed in ipsa prædicatur. Ideo Scriptura totam Christi œconomiam mysterium vocat, ut cum dicit Paulus: *Mysterium hoc magnum est; ego autem dico in Christo, et in Ecclesia (Ephes. 5. 32)*; et rursus, *Manifeste magnum est pietatis mysterium, quod manifestatum est in carne (1. Tim. 3. 16)*; et iterum, *Secundum revelationem notum mihi factum est mysterium, sicut potestis legentes comprehendere intelligentiam meam in mysterio Christi (Ephes. 3. 3. 4)*; et alibi, *Mihi omnium minimo sanctorum data est gratia hæc, evangelizare vobis inestigabiles divitias Christi, et illuminare omnia (Ibid. v. 8. 9)*: quæ est *Dispensatio mysterii,*

*quod absconditum fuit a sæculis et a generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus, quibus voluit Deus notum facere quæ sint divitiarum gloriæ mysterii ejus in gentibus, quod est Christus, spes gloriæ (Col. 1. 25 - 27)*. Ergo falluntur hæretici, qui mysterium Dei humanis ratiociniis subjiciunt; dicit enim: *Mysterium meum mihi et meis (Isai. 24. 16)*. Quinam vero Christi sunt, nisi fideles? Cum volueris quidpiam de Christo discere vel audire, ne consultes ratiocinium, ne explores sapientem quemvis; sed interroga prophetam, interroga Apostolum, examina angelum: si hæreant illi, ad patrem confugito. Si interroges prophetas et dicas: *Quis est hic Christus?* respondet tibi propheticus chorus: *Hic Deus noster: non reputabitur alius præter eum. Invenit omnem viam scientiæ, et dedit eam Jacob filio suo, et Israel dilecta suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est (Baruch 5. 36 - 38)*. Si autem interrogaveris, *Quis est hic Christus, et quomodo natus est, divinosque naturales curiose scrutatus fueris, audaciam tuam refrenabunt prophete, et dicent: Tunc capis ea, quæ cogitatio nostra capere nequit? Si velis discere, illum Deum esse discere: si quomodo genitus sit curiose inquiras, discere a nobis, Generationem ejus quis enarrabit (Isai. 55. 8)?* Si interrogaveris Apostolum, sive apostolicum chorum, dicent tibi, *Christus est Deus, in principio Deus, Deus apud Deum, et semper Deus: dicent tibi, Splendor gloriæ et figura substantiæ, imago Dei invisibilis, portans omnia verbo virtutis suæ (Hebr. 1. 3)*. Si interroges, quomodo is qui erat, natus sit, dicent tibi: *Audivimus illud, Erat, et quod esset didicimus; quomodo autem is qui est, ab Existente sit, fide percepimus, non comprehensione. Rursus si illos interroges: Si ergo nescitis, quomodo genitus sit, quomodo scitis illum esse Dei Filium? dicent tibi: Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis (Joan. 1. 14)*. Rursum si relictis apostolis et prophetis, curras ad angelos, dicasque illis: *Quis est hic Christus qui prædicatur?* dicent tibi illi, qui pastoribus bona annuntiarunt: *Nos gloriam celebrare didicimus, non curiose inquirere: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus beneplacitum (Luc. 2. 14)*. Nos illum ita prædicamus: *Annuntiamus vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Sator, qui*

μεν, Κύριε, ὡς τοῦτο ποιήσεις. Οὐτε γάρ πόρνην μετὰ δακρυῶν προσελθοῦσάν σοι ἀπέφυγες, οὐδέ τελώνην μετανοήσαντὰ ἀπεβάλου, οὐδέ ληστὴν ἐπιγνόντα τὴν σὴν βασιλείαν ἐδίωξας, οὐδέ διώκτην μετανοήσαντα κατέλιπες εἶναι ὁ ἦν, ἀλλὰ τοῦτους πάντας ὑπὸ τῆς μετανοίας σοι προσαχθέντας, ἐν τῷ χορῷ τῶν σῶν φίλων κατέταξας. Μετὰ τοιαύτης εὐχῆς καὶ ψυχῆς καθαρᾶς τῶν οὐρανίων μυστηρίων μεταλάβωμεν, καὶ βίῳ σώφρονι περιφράξωμεν ἑαυτοὺς, καὶ μὴ ἐξεργέσθω λόγος αἰσχρῶς, ὅθεν εἰσέρχεται ὁ Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν. Τοιαύτην πολιτείαν καὶ ὑμεῖς μετέρχεσθε οἱ νεοφώτιστοι· αἰδέσθητε τὰς ἀνωδύνους ἰδίνας τῆς κολυμβήθρας, καὶ μὴ ἀθετήσητε τὴν θείαν [213] αὐτῆς λογιάν, ἵνα μὴ εἴπη καὶ καθ' ὑμῶν· Υἱοὺς ἐγέννησά καὶ ὕψωσα, πῦλτο δέ μοι ἠθέτησαν. Ἐν οὐρανοῖς ὑμῶν ἀναγέγραπται

τὰ δνόματα· μὴ πάλιν τῷ βορβόρῳ τῶν ἠδονῶν ἐαυτοὺς ἐγκυλίσητε, ἵνα μὴ ὁ Ἀπόστολος τοῦ Κυρίου Παύλος ὑμῖν ὀνειδίῃ βῶων· Ἐτρέχετε καλῶς· τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; Ἀπεύσασθε τὰς λευκὰς στολὰς, ἀλλὰ μὴ συναποδύσηθε τὴν λευκότητα τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Ταύτην γὰρ τὴν στολὴν ἐάν μὴ ὑμεῖς ἀποδύσηθε, οὐδεὶς ὑμᾶς ἄλλοι ἀποδύσαι δυνήσεται. Μείναιτε οὖν διαπαντὸς νεοφώτιστοι, ἵνα καταβιβῆτε ἀκοῦσαι τῆς μακαρίας ἐκείνης φωνῆς. Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρὸς μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν ἀγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἄμην

MONITUM.

Esse vero Chrysostomi opus nemo sanus dixerit; nam stylus, dictio, inventio, ordo caeteraque omnia, mirum quantum abhorrent a Chrysostomi dicendi genere. Est prorsus inelegans scriptor, qui si qua bona afferat, ea ipsa nimia loquacitate labefaciat. Tum implicatas proponit quaestiones, ab altero ad alterum argumentum subito transit, et quasi farraginem quaedam consarcinat, longissimamque omnium homiliam sic emittit. Loca quaedam obscurissima sunt, quae certis in locis quasi divinando interpretati sumus.

Εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅτι ἐκδόματι κλίματι ἐφεστῆκασι ἀγγελιοί.

α'. Ὅντως ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ, καὶ συνεξέλαμψεν ἡμῖν τῆς εὐσεβείας ἡ δύναμις· ὅντως ἀνέτειλεν ἡμῖν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, καὶ μαρτυρεῖ φωτισθέντα τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα. Ἐπεφάνη γὰρ ὁ πῶν οὐρανῶν Δεσπότης, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὡς ἠθέλησεν, εἰς οὐρανὸν μετεποίησε, καθὼς προεῖρηται· ἐν ὑμῖν ἐπουράνιος ὢν ἐπουρανίους ἀπεργάζεται, καὶ ἐπουράνια τοῖς ἐπουρανίοις χαρίζεται· παρὰ τοῦ πιστοῦ τοῖς πιστοῖς τὰ πιστὰ, παρὰ τοῦ ἀγίου τοῖς ἁγίοις τὰ ἅγια, παρὰ τοῦ ζῶντος τοῖς ζῶσι τὰ ζῶντα. Ταῦτα γὰρ ὑμῖν ἐν ταῖς ἱεραῖς καὶ βασιλικαῖς τῶν ἀποστόλων αὐλαῖς εισηγούμεθα, ὅτε τῶν προφητικῶν ὑψάμεθα νοημάτων, ὅτε οὐρανὸς καὶ γῆ ἐμερίζοντο τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν· γῆ μὲν ἔχουσα τὸν Ἰωάννην λέγοντα, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἐτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ [214]· οὐρανὸς δὲ ἔχων τοῦ Πατρὸς τὴν φωνὴν ἐπὶ τοῖς ἔργοις· βεβαίουμένην, ὅτι Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Ταῦτα ὑμῖν ὑπεθέμεθα· ἀρκεῖ δὲ ταῦτα καὶ τοῖς σπουδαίοις εἰς ὑπόμνησιν, καὶ τοῖς πιστοῖς εἰς βεβαίωσιν. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐπανάληψις βεβαιωθεὶς ὑμῶν τὰς ψυχὰς ἀπεργάζεται. Ὅσπερ γὰρ τὴν γῆν ὀρωμεν τότε μάλιστα καλῶς γεωργουμένην, ὅταν τοῖς αὐτοῖς ἀρότροις διευδύνηται, καὶ τὴν πρώτην ἐπιφάνειαν ἡ δευτέρα καταλαβούσα κοσμήσῃ, οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν ἀροτρομένην τῷ θεῷ λόγῳ, ἐάν ὑπόμνησις τῶν προεῖρημένων εἰσελθούσα ἀνανέωσῃ τὴν διάνοιαν, καὶ γονιμοτέραν τὴν ψυχὴν ἀπεργάζεται εἰς τὴν τῆς ἀρετῆς καρποφορίαν. Καίριος δὲ ἡμῖν ἐπὶ τὴν ὀφειλὴν ὑπαντήσεται, ὀφειλὴν, ἣν καὶ αὐτοὶ ὑπεσχόμεθα, καὶ ὑμεῖς ἐν διανοίᾳ φέρετε. Ἀξίῳ δὲ πάντας τοὺς φιλοχρίστους ὑποσχεῖν καὶ τὰς ἀκούα· καὶ τὴν διάνοιαν, ἵνα ἡ μὲν ἀκοή ἀπαρλείπτως δέχηται τὰ λεγόμενα, ἡ δὲ διάνοια ἀκριβῶς ἐξετάξῃ τὰ νοήματα· περὶ Χριστοῦ γὰρ ὁ λόγος ἐστὶ· πᾶν δὲ περὶ Χριστοῦ λεγόμενον, οὐκ ἐστὶν ἀπλοῦν κήρυγμα, ἀλλ' εὐσεβείας μυστήριον. Πᾶσα ἡ τοῦ Χριστοῦ ἰκονομία μυστήριον ὀνομάζεται· τὸ δὲ μυστήριον οὐκ ἐν τῷ γράμματι φαίνεται, ἀλλ' ἐν τῷ πράγματι κηρύσσεται. Διὰ τοῦτο ἡ Γραφὴ πᾶσαν τοῦ Χριστοῦ τὴν οἰκονομίαν μυστήριον καλεῖ, ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος, Τὸ μυστήριον τοῦτο μέχρι ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν· καὶ πάλιν, Ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ὃ ἐφανερῶθαι ἐν σαρκί· καὶ πάλιν, Κατὰ ἀποκάλυψιν ἐφανερῶθη μοι τὸ μυστήριον, καθὼς δύνασθε ἀναγιγνωσκότες νοῆσαι τὴν σύνθεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἄλλα, Ἐμοὶ δὲ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πᾶντων τῶν ἀγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη εὐαγγελιστοσύνη ὑμῶν τὸν ἀνεῖργίσαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ καὶ φωτιστοὺς πάντα· τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου

τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, νῦν δὲ ἐφανερῶθαι τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, ὅς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γνωρίσαι, τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου αὐτοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὃ ἐστὶ Χριστὸς, ἡ ἐλπίς τῆς δόξης. Τοῖνον σπᾶλλοντα· αἰρετικῶν παῖδες, μυστήριον Θεοῦ λογισμοῖς ὑποβάλλοντες ἀνθρωπίνους· λέγει γάρ· Τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς. Τίνες δὲ οἱ τοῦ Θεοῦ; Ἡ δὴλον ὅτι οἱ πιστοί. Ὅταν θέλῃς τι περὶ Χριστοῦ μαθεῖν ἢ ἀκοῦσαι, μὴ ἐπερωτήσῃς λογισμῶν, μὴ ἐξετάσῃς σοφῶν, ἀλλ' ἐρώτησον προφήτην, ἐρώτησον ἀπόστολον, ἐξέτασον ἄγγελον· ἐάν ἀπορήσῃσιν οὗτοι, ἐπὶ τὸν Πατέρα δράμε. Ἐάν ἐρωτήσῃς προφήτας, καὶ εἴπῃς, Τίς ἐστὶν οὗτος ὁ Χριστός; ἀποκρίνεται σοι ὁ προφητικὸς χορὸς λέγων· Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτὸν· ἐξέυρε πάσαις ὁδὸν ἐπιστήτης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακώβ τῷ παιδί αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναεστράφη. Ἐάν δὲ ἐρωτήσῃς, Τίς ἐστὶν οὗτος ὁ Χριστός, καὶ πῶς ἐγεννήθη, πολυπραγμονεῖν τὴ θεῶν γέννημα, ἐπιστομιζοῦσαι σοὺ τὴν περὶ ἡσῆσαν οἱ προφήται, καὶ ἀρχονταὶ λέγουν· Ἄ μὴ ἐχώρησεν ὁ ἡμέτερος λογισμὸς, σὺ χωρεῖς; Ἐάν θέλῃς μαθεῖν, μάθε, ὅτι Θεός. Εἰ δὲ ὅπως ἐγεννήθη, πολυπραγμονεῖς, μάθε παρ' ἡμῶν, τὴν γενεάν αὐτοῦ τίς διηγῆσεται; Ἐάν ἐρωτήσῃς ἀπόστολον, λέγω δὴ τὸν ἀποστολικὸν χορὸν, ἐροῦσί σοι, ὅτι ὁ Χριστὸς Θεός, ἐν ἀρχῇ Θεός, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν Θεός, καὶ ἀεὶ Θεός· ἐροῦσί σοι, Ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, φέρων τὰ σύμπαντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Ἐάν ἐρωτήσῃς, πῶς ὁ ὢν ἐγεννήθη, ἐροῦσί σοι, Τὸ Ἦρ ἠκούσαμεν, καὶ ὅτι ἦν ἐμάθομεν· τὸ δὲ πῶς ἐστὶν ἐκ τοῦ ὄντος ὁ ὢν, πιστεῖται παρελήφραμεν, οὐ καταλήψεται. Πάλιν, ἐάν αὐτοὺς ἐρωτήσῃς, Εἰ τοῖνον μὴ οἶδατε, πῶς ἐγεννήθη, πῶς οἶδατε, ὅτι Υἱὸς Θεοῦ ἐστίν; ἐροῦσί σοι· Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεωρέμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατέρας, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Πάλιν, ἐάν τοὺς ἀποστόλους καταλιπῶν καὶ τοὺς προφήτας, δράμῃς ἐπὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ εἴπῃς αὐτοῖς, Τίς ἐστὶν οὗτος ὁ Χριστός ὁ κηρυσσόμενος; ἐροῦσί σοι οἱ εὐαγγελιστάμενοι τοὺς ποιμένας, Ἡμεῖς δοξάζειν ἐμάθομεν, οὐ πολυπραγμονεῖν· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Ἡμεῖς ὅπως αὐτὸν κηρύττομεν, εὐαγγελιζόμεθα ὑμᾶς χάριν μεγάλην [215], ἣτις ἐστὶ παρὰ τῷ λαῷ, ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὃς ἐστὶ Χριστὸς Κύριος, ἐν πολεὶ Δαυὶδ. Καὶ ὅτι Χριστός, καὶ ὅτι Σωτὴρ καὶ Κύριός ἐστιν, ἐπιστάμεθα. Ἐάν δὲ εἴπῃς αὐτοῖς, Εἶπατε ἡμῖν τίς ἡ φύσις

αὐτοῦ ἢ πῶς ἐγεννήθη, ἢ πῶς ἐστὶ μετὰ τοῦ Πατρὸς ἡ ἀδιάρητος δύναμις· ἐρῶσί σοι, οὐκ ἤκουσας τοῦ προφητοῦ λέγοντος, *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις, αἰνεῖτε αὐτὸν παντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· αἰνεῖτε αὐτὸν, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιῶντες τὸ θέλημα αὐτοῦ· Ἡμεῖς θέλημα ποιεῖν ἐκελεύσθημεν, οὐ φύσιν πολυπραγμονεῖν.* Ἄλλὰ ἄρα μὴ ἄγγελοι μὲν σωπίσονται, καὶ προφήται οὐκ ἀπαγγέλλουσι, καὶ ἀπόστολοι ταμειύονται, ὁ δὲ Πατὴρ ὁ γεννήσας κηρύττει τὴν γλῶσσαν πῶς ἐγέννησεν; Οὐδὲ αὐτός; οὐ τῷ μὴ εἰδέναι, ἀλλὰ τῷ μὴ ἐκφῆναι. Ὅτι ἐγέννησεν, λέγει· *Ἐκ γαστρὸς καὶ οὐ κωσφόρου ἐγέννησά σε.* Λέγει, ὅτι ἐγέννησεν, καὶ οὐ κωσφόρου τὸ ἀθάνατον ἐκεῖνον γέννημα τὸ ἐκ τῆς ἀϊδίου ἕξεως ἀνήτην, ὡς μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ λέγων ὁ Πατὴρ· *Οὐτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ἠδόξασα.* Ἀὐτῷ λέγει, *Ἐκ γαστρὸς πρὸ κωσφόρου ἐγέννησά σε·* τῷ κόσμῳ λέγει, *Ἐγέννησα,* καὶ φύσιν μὲν ἐπαγγέλλει, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἐρμηνεύει. Ἐπεὶ τοίνυν πρόκειται ἡμῖν περὶ Χριστοῦ ἀναγκαῖα ζητήσις, μὴ ἐκδύεται τῶν ἀποστολικῶν καὶ προφητικῶν πηγῶν, ἀλλ' ἐξ ἐκείνων τῶν ἀενάων βείθρων καὶ τῶν ἀθανάτων ποταμῶν ἀρυσώμεθα τὰ θεῖα νάματα τῆς ἐνθέου διδασκαλίας. Ὅταν γὰρ τις τὰ τοῦ Θεοῦ φθέγγηται, ἀπὸ τῶν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀπὸ ζώσης πηγῆς, ζῶντα ἀρύεται νάματα κατὰ τὸ εἰρημένον<sup>α</sup>, *Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πληρῆν ὕδατος ζῶτος·* καὶ πάλιν, *Πνεῦμα ὕδατα ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου.* Ἐν μέντοι καταλιπόντες τὰς Γραφάς· ἐπιθυμίας δουλεύσωμεν ἀνθρωπίνων λογισμῶν, ἐκείνα νοοῦντες, ἃ λογισμοὶ υποβάλλει, εὐρίσκειται ἡμῶν τὰ ὕδατα τῆς διδασκαλίας, ἐρήμου ὕδατα, οὐ ζῶντος ποταμοῦ, ἀλλ' ἐρήμου, καθὼς ἔλεγεν ὁ μακάριος Ἱερεμίας πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ· *Ἐπλάτυνε τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἐπὶ ὕδατα ἐρήμου.* Καὶ ἵνα ἐρμηνεύσῃ δὲ λέγει, ἐπάγει, *Ἐν ἐπιθυμίαις ψυχῆς αὐτῆς ἐπνευματοφορεῖτο·* τουτέστιν, Ἐκεῖνα ἐλάλει ἃ ἐπεθύμει ἡ ψυχὴ αὐτῆς, οὐχ ἃ ἤθελεν ὁ Θεός. Οὕτω καὶ νῦν ὁ τὰς ἐπιθυμίας τῶν οικείων λογισμῶν πληρῶν, καὶ μὴ τὰ τοῦ Θεοῦ ζητῶν, ἐπὶ ὕδατα ἐρήμου πλανᾷται. Οὐδὲν οὕτως· Ἐκκλησίας ἀφανίζει κἀλλος, ὡς τὸ ἐπιθυμίας ἀνθρωπίνων λογισμῶν βεβαίου. Διὰ τοῦτο Παῦλος περὶ τῶν αἰρετικῶν ἔλεγε· *Κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν ἐπιθυμίας ἐπισωρεύουσιν ἑαυτοῖς διδασκάλους.* Ἐλθωμεν τοίνυν ἐπὶ τὴν ὀφειλήν. Ταῦτα δὲ ἀναγκαῖως προσημασμένα ἡμῶν τὴν ἀγάπην, ἵνα πάντων τῶν λεγομένων τὴν ἀκριθεῖς ἐξέτασιν ζητήσῃ μὴ παρ' ἡμῶν καὶ τῶν ἡμετέρων λογισμῶν, ἀλλὰ παρὰ τῶν θεῶν Γραφῶν. Προέκειτο ἡμῖν δεῖξαι πῶς ὁ Χριστὸς ἀνακαινίζει τὸν κόσμον, πῶς τὸν ἄνθρωπον παλαιωθέντα ἐν τῷ παραδείσῳ διὰ τὴν ἀμαρτίαν ἀνακαινίζει Χριστὸς διὰ τῆς ἑαυτοῦ οἰκονομίας.

β. Ταύτην δὲ τὴν ὑπόθεσιν ἐποησάμεθα ἐν ταῖς ἱεραῖς τῶν ἀποστόλων αὐλαῖς, ταμειυτάμενοι τὴν ἀπόδοσιν, διὰ τὸ μὴ πάντας παρῆναι. Λάβωμεν δὲ ἀρχὴν ὁμοιολογουμένην καὶ πρόπευσαν τῷ λόγῳ, τὴν δημιουργίαν. *Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Ἀρχὴ γὰρ πρόπευστα τῶν μελλόντων λέγεσθαι, ἡ πρώτη κρηπίς τοῦ κόσμου, ὁ πρῶτος θεμέλιος τῆς δημιουργίας. *Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς.* Ἴνα συντέμω, καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα λόγῳ παρήγαγεν, ἀφίαστον ἔχων τὸ νεῦμα, καὶ οὕτως κόπον ὑπομένων, οὕτε ἰδῶντα ὑφιστάμενος, ἀλλὰ τῷ λέγειν ἀκολουθοῦσαν ἔχων τὴν φύσιν τῶν λεγομένων<sup>γ</sup>. Ἐποίησε τὴν δημιουργίαν ἄπασαν, καὶ ἐπὶ τέλει τὴ τῆς δημιουργίας κἀλλος τὸν ἄνθρωπον. Ἰσπερ γὰρ ὅλον τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον ἐκτός τοῦ προσώπου νεκρὸν φαίνεται, οὕτω πᾶσα ἡ δημιουργία ἡ φαινομένη ἐκτός τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς νεκρὰ ἐστὶ· καὶ ὅπως ἄκινε. Λαμπρὸς ὁ ἥλιος, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐρμηνεύσαι οὐ δύναται· [216] λαμπρὰ ἡ σελήνη, ἀλλὰ τὰς ἑαυτῆς τροπὰς οὐκ αὐτὴ ἐπαίδευσεν, ἀλλὰ λόγος παρέδωκε· λαμπρὰ τῶν ἄστρων ἡ τάξις, ἀλλὰ τοὺς τοῦτων ῥυθμοὺς διδασκάλια παρέδωκε· μεγάλη ἡ θάλασσα, ἀλλὰ τοὺς ἐν αὐτῇ κόλπους ἀνθρωπίνην γλῶσσαν παρέδωκε. Καὶ οὐδὲν ἐστὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γενομένων, ὃ μὴ δεῖται ἐρμηνεύσεως τῆς ἀνθρωπίνης φωνῆς. Τοῦτο ποιεῖ καὶ τὸ φαινόμενον ἄπονον δειχθῆναι δυτικῶς καλόν, καὶ τὸ καλὸν δειχθῆναι δυτικῶς καλόν. Πολλὰ

<sup>α</sup> Alius προεξηρημένον. <sup>β</sup> Alius προεξήραθωσάμεθα. <sup>γ</sup> Alius γινόμενον.

γὰρ ἀπατάται ἡ βίσις, καὶ πλανᾷ τὴν διάνοιαν· λόγος δὲ εἰσελθὼν δείκνυστι τὴν φύσιν, υποβάλλει τὴν δύναμιν, ἐρμηνεύει τὴν διδασκαλίαν. Πρόσεχε τοίνυν. Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὴν δημιουργίαν ἄπασαν, καὶ ἐπὶ τέλει τῆς δημιουργίας τὸν ἄνθρωπον εἰργάσατο κατ' εἰκόνα αὐτοῦ καὶ ὁμοίωσιν, εἰκόνα αὐτῷ χαρισάμενος, οὐ τὸν χαρκτηῖρα τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸ ἀρχικὸν ἀξίωμα, τὴν διακριτικὴν δύναμιν, τὸ ταῖς ἀρεταῖς ἀφομοιοῦσθαι τῷ ποιήσαντι. Ἐγένετο τοίνυν ἐν εἰκόνι καὶ ὁμοιωματι Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος· ἐξέτεινε δὲ τὴν ὁμοίωσιν εἰς ἀμετρίαν. Καὶ μὴ νομίσης ξένα εἶναι ταῦτα παρὰ τὴν προκειμένην ἡμῖν πρόβλημα. Ῥίζα γὰρ τῶν μελλόντων λέγεσθαι τὰ νῦν γυμναζόμενα. Ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἐν εἰκόνι ἰδίᾳ καὶ ὁμοιωσάσθαι. Ἠβουλήθη αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα δραμεῖν τῆς δεσποτικῆς ἀξίας, μέτρῳ μέντοι καὶ ἀκολουθίᾳ καὶ τάξει. Οὐδὲν τι λέγω (δεῖ γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν κινῶν υποδειγματῶν στήται τὸ ζητούμενον)· Ἐάν τις τῶν κατ' ἡμᾶς δεσπότης ἔχη δοῦλον καὶ ἰδῇ τὸν δοῦλον μιμούμενον αὐτοῦ τὴν σωφροσύνην, ἀγαπᾷ αὐτὸν καὶ τιμᾷ· ἐάν δὲ μιμησθῆται δοῦλος δεσπότην φιλανθρωπίαν, ἀγαπᾷ ὁ δεσπότης τὸ κτήμα· ἐάν ἰδῇ τὸν δοῦλον ἑαυτοῦ σχολάζοντα ἐν ἐκκλησίᾳ, εὐσεβοῦντα, νηστεύοντα, ἐλεημοσύνας ἐργαζόμενον, ἀγαπᾷ ὁ δεσπότης τὴν καλὴν τοῦ δούλου μίμησιν. Ἐάν μέντοι ὁ δοῦλος ἐκβάλῃ τὴν μίμησιν εἰς ἀμετρίαν, καὶ ἀρξῆται μιμεῖσθαι τοῦ δεσπότην τὴν αὐθεντίαν, ἐπιτάττων τοῖς συνδούλοις ὡς δεσπότης, διασκορπίζων τὰ πράγματα τῶν δεσπότης, οὐκέτι ἡ μίμησις ἐπαυνητὴ, ἀλλὰ ψεκτὴ. Δεῖ γὰρ τὸν δοῦλον μιμεῖσθαι δεσπότην ἐπιεικῆσαν, σωφροσύνην, εὐσεβείαν, δικαιοσύνην, οὐκ αὐθεντίαν, οὐ δεσποτείαν. Λαθὼν τοίνυν ὁ ἄνθρωπος τὸ μιμεῖσθαι τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα, ἐξέτεινε τὸ μέτρον τῆς μιμήσεως εἰς ἀμετρίαν, καὶ ἐπεθύμησε λοιπὸν τοῦ Θεοῦ ζηλωτῆς γενέσθαι, οὐ κατὰ ἀρετήν, ἀλλὰ κατὰ αὐθεντίαν. Τοῦτω γὰρ ἠπάτησεν αὐτὸν ὁ βίσις λέγων, *Ἡ ἡμεῖς φάγητε, ἐσσεσθε ὡς θεοί, γινώσκοντες καλὸν καὶ ποικρὸν.* Ἐπαίνει δὲ ὁ Θεὸς τὴν μίμησιν, ὅταν μέτρον ἔχη· ἐάν δὲ τὸ μέτρον ἐξέλθῃ, ὑπὸ ψόγον ὁ μιμησάμενος. Καὶ πόθεν τοῦτο; Λέγει, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέρων καὶ ὁμοίωσιν.* Ὀμοιωθήσαν τῷ Θεῷ οἱ ἀπόστολοι, καὶ οὐκ ἐμέμνηθησαν· ὁμοιωθήσαν τῷ Θεῷ οἱ προφῆται, καὶ οὐκ ἐψέγησαν. Μιμηταὶ ἐγένοντο φιλανθρωπίας, ἐλεημοσύνης, δικαιοσύνης, εὐσεβείας. Ὀμοιωθῆναι τὴν τῷ Θεῷ κατὰ αὐθεντίαν θεϊκὴν, καὶ εὐθέως ἐτιμωρήθη. Λέγει Ἡσαίας πρὸς τινὰ τύραννον ἐν Βαβυλῶνι μανέντα ἰσοθεῖαν, *Σὺ εἶπας ἐν τῇ διανοίᾳ σου, Εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναθήσομαι, καὶ καθισθῶμαι ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ ὑψηλὰ τὰ πρὸς βορρᾶν, ἐπάνω τῶν νεφελῶν ἀναθήσομαι, καὶ ἐπάνω τῶν ἄστρων θήσω τὸν θρόνον μου, καὶ ἔσομαι ὁμοιος τῷ Ὑψίστῳ· νῦν δὲ εἰς ἄδου καταβήσῃ, εἰς τὴν θεμέλια τῆς γῆς.* Ὅρα, πῶς τὸν ἐπαρθέντα τῇ ὑπερηφανίᾳ κολάζει; Ποῖος γὰρ ἦν φθόνος τὸ γενέσθαι ὄμιον τοῦ δημιουργοῦ, εἰ καὶ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ κτίσαντος ἐγένετο; Ἄλλ' οὐκ εἶχε μέτρον τῆς ὁμοιωσεως ἡ ἀμετρος αὐτοῦ τόλμα. Κατέλιπε γὰρ τῆς ἀρετῆς τὴν ὁμοίωσιν, καὶ ἔδραμεν ἐπὶ δεσποτικῆς αὐθεντίας ὁμοίωσιν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Δαυτὶδ λέγει, *Ἐύρον Δαυτὶδ τὸν τοῦ Ἰεσοῦ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου.* Ἰδοὺ ὁμοίωσις κατ' εἰκόνα. Ἐπειδὴ ἦν ὁ λογισμὸς τοῦ Δαυτὶδ πρὸς Θεὸν βλέπων, ἐπαικτικῆς μεστός, ταπεινοφροσύνης γέμων, δικαιοσύνης φροντίζων, καὶ φιλανθρωπίας ἀντιεχόμενος, *Ἐύρον Δαυτὶδ τὸν τοῦ Ἰεσοῦ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου.* Καὶ τὴν μὲν καλῶς μιμησάμενον καρδίαν Θεοῦ ἐπήγεσεν, ἄλλον δὲ τύραννον μιμησάμενον Θεοῦ καρδίαν οὐ κατὰ ἀρετήν, ἀλλὰ κατὰ δεσποτείαν, ἐψέγει, μέλλον δὲ καὶ ἐκόλασε. [217] Καὶ λέγει ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Ἰεζεκιήλ· *Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, εἰπὸν τῷ ἀρχοντὶ Τύρου· Ἄνθ' ὧν ὑψώθη ἡ καρδία σου, καὶ οὐκ ἔπας. Θεὸς εἰμι ἐγώ, σὺ δὲ ἄνθρωπος εἶ, καὶ οὐ Θεός, καὶ ἔδωκας τὴν καρδίαν σου ὡς καρδίαν Θεοῦ· ἀντὶ τούτου ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάξω ἐπὶ σὲ ἀλλοτρίους λοιμοὺς ἀπὸ ἐθνῶν, καὶ ἐκκενώσουσι τὰς μαγαλάς αὐτῶν ἐπὶ σὲ, καὶ ἐπὶ τὸ κἀλλος τῆς ἐπιστήμης σου· καὶ, ἵνα συντέμω, ἐπάγει, *Καὶ ἀποθῶν ἡ θανάτῳ τραυματίων ἐν καρδίᾳ θαλάσσης.* Μὴ λέγων ἐρεῖς, Θεός εἰμι ἐγώ, ἐνώπιον ἀναρῶντων σε; Ὅρα, πῶς; τὸ ἀμετρον τῆς μιμήσεως ὑπὸ κόλασιν ἔρχεται; Ἐτραπέλι; τοίνυν ὁ ἄνθρωπος καὶ ἐξολοθίσθης εἰς ὁμοιότητα ἀμετρον, τῆρεθῆ καὶ ὧν εἶχε γυμνούμενος. Πᾶσα γὰρ ὄνητὴ φύσις τῶν ὑπὲρ δυνάμεων*

est *Christus Dominus, in civitate David* (Luc. 2. v. 10. 11). Quod sit Christus et Salvator et Dominus, hoc scimus. Si autem dixeris illis: Dicite nobis quæ sit ejus natura vel quomodo natus sit, ac quomodo sit ipsi cum Patre indivisibilis potestas, dicent tibi: Non audisti prophetam dicentem: *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis; laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus* (Psal. 148. 1. 2), ministri ejus facientes voluntatem illius? Nos voluntatem ejus facere jussi sumus, non naturam explorare. At num angeli silent, propheta non annuntiant, apostoli arcanum retinent, Pater vero qui genuit quomodo genuerit prædicat? Neque ipse annuntiat, non quod ignoret, sed quod non proferat. Quod genuerit dicit, *Ex utero ante luciferum genui te* (Psal. 109. 5). Quod genuerit dicit, ne occultat immortalitatem illam genituram, quæ ex æterna radice prodiit, ut testificetur de Filio Pater: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* (Matth. 3. 17). Ipsi dicit: *Ex utero ante luciferum genui te*; mundo dicit, Genui, et naturam quidem annuntiat, sed modum non explicat. Quia igitur proposita nobis est de Christo necessaria quæstio, ab apostolicis et propheticiis fontibus ne excedamus; sed ex æternis illis fluentis et immortalibus fluminibus hauriamus divinos divinæ doctrinæ rivus. Cum enim ea quæ Dei sunt quispiam loquitur, ex Deo, quasi ex fonte vivente, viva haurit fluentia, secundum illud: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ* (Jer. 2. 13); et rursum, *Bibe aquas ex fontibus salutaris illius* (Isai. 12. 3). Si ergo, Scripturis relictis, humanorum ratiociniorum concupiscentiis serviamus, illa cogitantes quæ succurrunt menti, aquæ doctrinæ nostræ, aquæ deserti esse inveniuntur, non viventis fluminis, sed deserti, ut Jerosolymæ dicebat beatus Jeremias: *Dilutavit vias suas ad aquas deserti*; et ut dictum suum interpretetur, adjicit: *In concupiscentiis animæ suæ spiritu ferebatur* (Jer. 2. 24); id est, Ea loquebatur quæ anima sua concupiscebat, non quæ volebat Deus. Ita et nunc qui concupiscentiam ratiociniorum suorum implet, nec querit ea quæ Dei sunt, per aquas deserti errat. Nihil ita Ecclesiæ decorem auferat, ut si qui concupiscentiam humanorum ratiociniorum confirmant. Ideo Paulus de hæreticis dicebat: *Secundum desideria sua concupiant sibi magistros* (2. Tim. 4. 3). Veniamus ergo ad debitum. Hæc vestrae caritati necessario in mentem præmissimus, ut dicta omnia accurate exploremus, non ex nobis vel ex ratiociniis nostris, sed ex divinis Scripturis. Propositum nobis erat ostendere quomodo Christus mundum renovet, quomodo per incarnationem suam renovet hominem inveteratum in paradiso propter peccatum suum.

2. Hoc polliciti sumus in sacris apostolorum aulis, remque distulimus, eo quod non omnes adessent. Exordium vero dicamus orationi accommodatum, nempe creationem. *Fecit Deus cælum et terram* (Gen. 1. 1). Principium dicendorum idoneum est, prima basis mundi, primum creationis fundamentum. *Fecit Deus cælum et terram et mare, et omnia quæ in eis sunt* (Psal. 145. 6). Ut paucis dicam, alia quidem omnia verbo præduxit, quod ejus nutui nihil obsistat, nec ea in re laboravit vel sudavit, quod dictum ipsius rerum natura sequeretur. Fecit res ortus creatas, et in finem hominem officii decorem. Sicut enim totum corpus nostrum præter vultum, mortuum videtur: sic omnis creatura visibilis sine homine mortua est: quomodo autem, audi. Splendidus est sol, sed seipsum describere nequit: splendidus est luna, sed conversiones suas non ipsa docuit, sed verbum illas explicavit: splendidus stellarum ordo, sed concinnam illarum rationem doctrina tradidit: magnam est mare, sed illius sinus humana lingua enarravit. Nihilque est in rerum natura quod humana voce non egeat interprete. Hoc facit, ut quod absolum est, vere malum ostendatur, et quod bonum est, vere bonum probetur. Nam aspectus sæpe fallit, mentemque in errorem deducit; sed verbum accedens naturam

exhibet, virtutem subjicit, doctrinam interpretatur. Animum ergo adhibe. Fecit Deus totum officium, et in fine creationis hominem, secundum imaginem et similitudinem suam; imaginemque ipsi dedit, non corporis figuram, sed præcipuam dignitatem, discernendi vim, et per virtutes similitudinem cum Opifice. Factus est igitur homo ad imaginem et similitudinem Dei, similitudinemque sine modo extendit. Ne putes autem, hæc esse ab argumento nostro aliena. Nam ea, quæ nunc disserimus, radix sunt eorum, quæ dicturi sumus. Fecit hominem ad imaginem et similitudinem suam. Voluit cum cursu tendere ad Domini sui dignitatem; sed cum quadam mensura, serie et ordine. Exempli causa (nam a vulgaribus exemplis hæc statuenda sunt): si quis apud nos herus servum habeat, videritque cum imitari prudentiam suam, ipsum amat et honorat; si imitari clementiam suam advertat, perinde famulum, dicit; si viderit ecclesiam frequentare, pie agere, jejunare, eleemosynas erogare, hæc probam sui imitationem herus approbat. Verum si servus ille imitationem illam ultra modum extendat, si auctoritatem heri sui imitetur, conservis imperans ut herus, facultates ut herus dissipans, non ultra laudabilis imitatio est, sed vituperabilis. Oportet enim servum imitari heri sui aequitatem, temperantiam, pietatem, justitiam, non auctoritatem, et dominationem. Justus ergo homo Dei bonitatem imitari, imitationem ultra modum extendit; voluitque denique Dei æmulator esse, non secundum virtutem, sed secundum auctoritatem. Nam hæc in re illum serpens decepit, dicens: *In quacumque die comederitis, eritis sicut dii, scientes bonum et malum* (Gen. 3. 5). Laudat autem Deus imitationem, quando modum servat; sin modum excedat, imitator reprehenditur. Unde hoc? Dicit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Ibid. 1. 26). Dei similes facti sunt apostoli, nec objurgati sunt; Dei similes facti sunt prophetae, nec reprehensi sunt. Imitati sunt ejus clementiam, misericordiam, justitiam, pietatem. Similem se Deo quispiam exhibuit secundum divinam auctoritatem, et statim plexus est. Dicit Isaias cuidam tyranno in Babylone, se parem Deo furetiis more exhibenti: *Tu dixisti in mente tua: In cælum ascendam, et sedebo in montibus excelsis, qui sunt ad aquilonem, supra nubes conscendam, et supra stellas ponam thronum meum, et ero similis Altissimo: nunc autem ad infernum descendes, et ad fundamenta terræ* (Isai. 14. 13-15). Videntur quomodo eum, qui superbia efflatur, puniat? Quæquam invidia fuisset officium simile esse Creatori, si secundum imaginem et similitudinem ejus factum esset? Verum immoderata ejus audacia modum non servavit. Nam virtutis similitudinem reliquit, et ad eam festinavit similitudinem quæ secundum auctoritatem erat. Ita de Davide dicitur: *Inveni David filium Jessæ, virum secundum cor meum* (Act. 13. 22). Ecce similitudinem secundum imaginem. Quia Davidis cogitatio ad Deum respiciebat, quod esset plenus modestia, humilitate, justitiæ cultor et humanitatis: *Inveni David filium Jessæ, virum secundum cor meum*. Eum quidem, qui cor Dei recte imitatus erat, laudavit; illum vero tyrannum, qui cor Dei imitatus erat, non secundum virtutem, sed secundum dominationem, vituperavit, imo punivit. Dicitque Deus per Ezechielem: *Et tu, fili hominis, dic principi Tyri: Quia exaltatum est cor tuum, et dixisti, Deus sum ego; tu vero homo es, et non deus: et dedisti cor tuum, ut cor dei: ideo ecce ego inducam super te alienam famem a gentibus, et evaginabunt gladios suos contra te, et contra pulchritudinem scientiæ tuæ* (Ezech. 28. 2. 7); utque compendio dicam, adjicit: *Et morieris morte ex vulneribus in corde maris. Numquid dices, Deus sum ego, coram interficientibus te* (Ibid. v. 8. 9)? Videntur, quomodo illa ultra modum imitatio puniatur? Homo itaque perversus, in illam ultra modum imitationem delapsus, ab iis quæ habebat nudatus inventus est. Omnis quippe

mortalis natura, quæ vires suas excedunt concupiscens præter Dei voluntatem, non modo nihil accipit, sed quæ habebat amittit. Ac sicut oculus moderato colis radio fruens, gaudet et illuminatur; sin voluerit ipsius orbem respicere, non modo non lucem accipit, sed quam habet amittit: sic mortalis natura quæ vires exsuperant cupiens præter Dei voluntatem, mente obscuratur. Lapsus est itaque homo, et lapsus multa sequuta sunt vulnera, idololatria, fornicatio, adulterium, avaritia, et iis similia. Lapsus ergo est homo lapsu magno, et divinæ faciei characterem per incuriam perdidit: *Comparatus est enim jumentis insipientibus, et similis factus est illis (Psal. 48. 13)*. Creatura quoque divisa fuit; pars frenum excussit; pars in servitute mansit, ut in præcedenti doctrina dixi. Leones imagini insidiati sunt, serpentes mordebant, omnis brutorum natura contra dominum summi furebat. Quia videbat creatura ipsam legem Dei violasse, volebat et ipsa ejus imperium excutere. Vultu sol non oriri transgressori, voluit luna radios suos obscurare, volvere stellæ opificio non lucere, volvere fontes rivulos suos negare, fluvii alveos, prata flores, paradisi voluptatem: omnia volebant hominem negare, quia ille suum negaverat Dominum. Scio, profundum et adumbratum esse sermonem, sed propter fideles et commensales Ecclesiæ divinæ Scripturæ sensa sunt exploranda. (a) Servivit creatura homini, non quasi digno, sed Deo id jubente, ut non vituperetur imago, etiamsi transgressa sit. Omni itaque creatura rebellante, jussit Deus ne frenum solveret, sed sol radios suos emitteret, terra fructus, mare pisces et merces, stellæ splendorem. Hanc ergo sententiam Apostolus explicans dicit: *Nam expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat. Vanitatis enim creatura subjecta est, non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe; quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei (Rom. 8. 19-21)*. Id est: Ut vidit Deus hominem lapsum, et creaturam abnuentem servire ingrato illi, ipsam vel invitam refrenavit, jussitque solem oriri, terram ferre fructus suos, nec abnegare transgressorem licet ingratum, sed ostendere communis Domini immensum beneficium, pollicitus creaturæ, se cum homine corrupto renovatum iri: ac si diceret Deus creaturæ: Quia cecidit imago, et per transgressionem lapsa est, ac per inobedientiam corruptum, corrupti corruptioni servire patere; ut cum renovabo imaginem meam, hominem corruptum, cum ipso et te creaturam renovem, et ejus te gloriæ participem efficiam. In ejus miseriam detracta es, cum ejus gloria resurge. Quid est autem, frater, creaturam hominis dominum effigere? Dicit enim: *Vanitatis creatura subjecta est (Psal. 58. 6)*. Cui vanitati? Ex quo homo aversus est a Deo, id vanitas dicitur, ut ait David: *Veruntamen universa vanitas, omnis homo vivens. Omnis homo vanus ille est, qui, Deo relicto, vana persequitur.*

3. (b) Erant itaque angeli in tota orbe, qui præfecti gentibus erant, ut testificatur Moyes dicens: *Quando dividebat Altissimus gentes, ut dispergit filios Adam, constituit terminos populorum juxta numerum angelorum Dei (Deut. 32. 8)*: id est, distribuit Deus climata orbis singulis angelis; verbi gratia, hanc commisit præfecturam uni angelo, aliam alteri; ut inanimatam naturam solis, lunæ, stellarum, terræ, mariem refrenare ad commodum mortalis hominis. Angeli porro affligebantur, quod hominibus indignis ministrarent, dolebant videntes Domini dignitatem prodi, et idola adorari: dissecabantur angeli cogitantes alium esse subministratorem, et alios quibus gratiæ agerentur. Verebat terra vinum, et aræ sibiamina accipiebant: ferebat terra fructuum ubertatem, et hæc idolis offe-

rebantur. Hæc non ferebant angeli, videntes ea quæ non exsistebant, loco illius, qui vere est, coli. Hic solvitur alia quæstio, quæ in propheta movetur. Venit ad illum, inquit, angelus Gabriel, *Et dicit illi: Daniel, serve Dei, ex qua die proposuisti affligere animam tuam coram Domino, exaudita est deprecatio tua, et missus sum annuntiare tibi verba hæc; sed princeps regni Persarum restitit mihi, sed Michael princeps gentis vestræ venit in auxilium (Dan. 10. 12)*. Quis est ergo angelus, qui restitit Gabrieli, et cur ipsi restitit? Dictum vobis nuper est, fratres, Deum angelis singula climata distribuisse ad custodiam totius orbis. Sancto igitur Gabrieli misso de cælo, resistit angelus, qui præfectus fuerat regno Persarum, id est, Persidi. Quæritur autem, si ille a Deo missus est, et si Gabriel quoque a Deo missus est, cur hic illi resistit? Nam si alter missus angelus alterius domini esset, jure illi resistebat: sin idem Deus qui ipsum in gentem illam constituerat, hunc ad prophetam misit, cur illi resistit? Diligenter attende. Erat mundus totus idololatria plenus: angeli vero qui gentibus præfecti fuerant, indignabantur et dolebant, videntes Deum despici, et idola adorari. Cum porro descendit populus captivus in Babylonem, visus est Daniel Deum prædicans, visi sunt tres pueri Deum celebrantes, quando flamma calcabatur, et impietas solvebatur: quando leones frenabantur, et infideles reprimebantur. Angelus ergo princeps regni Persarum gaudebat et exultabat, quod in suis partibus Deus prædicaretur. Videbat angelus Chaldæos, qui aliquando ignem adorabant, et idola colebant, Deum ob patrata miracula celebrare: et gaudebat videns regionem suam, olim impietate insignem, jam ad pietatem conversam. Videbat angelus Nabuchodonosorem regem dicentem: *Sedrach, Misach, Abdenago, servi Dei altissimi (Dan. 3. 93)*, et exultabat. Quoniam igitur beatus Daniel Deum precabatur, ut jam impletis illis determinatis septuaginta annis, populus a captivitate revocaretur; Gabrielque missus erat declaraturus ipsi, jam populum reduendum esse a captivitate, et in terram suam, sive in Jerusalem reversurum esse: resistit Gabrieli Persici imperii angelus, dolens, quod sibi commissa terra, pietate relicta, ad impietatem reversura esset: dolebat, quod terra sua priscam idololatriam repetitura esset; et resistebat ipsi, non pugnando, sed rationem contra afferendo. Quid tantum curatis, inquietabat, populum revocare? quid enim damni passus est in captivitate? Quando in regione sua erant, idola adorabant; et postquam huc venerunt, Deum glorificent, et inde ipsi utilitatem acceperunt, et his utiles fuerunt. Quid impedit quominus in medio illorum consistant? in quo læsus est populus, ut studeatis illum a captivitate reducere? Vides Deum adoratum, gentes illuminatas, et tantum beneficium tollere contendis? Cur missus es? Missus sum, inquit, ut reducam populum in patriam suam. Quam, inquit, patriam, quam illi profanarunt cædibus, cum essent Jerosolyma? Nonne sic illos accensabat Jeremias dicens, *Secundum numerum urbium tuarum erunt dii tui, Juda, et per vicus Jerusalem immolabas Baali (Jer. 2. 28. et 11. 13)*. Sexcentis tunc a Deo afflicebantur bonis, et a nequitia non recedebant; nunc sexcentis afficiuntur malis, et a Deo non recedunt. Erat ergo disceptatio, non mali cujuscumque adversus bonum; non enim dicit, Pugnabat, sed, Resistebat. Nam sæpe disceptatio est inter justum et probum. Resistit aliquando humanitas legi, et lex humanitati: lex peccantem punit, humanitas regis sæpe parcit peccanti. Hic pugna est, non adversarii in adversarium, sed affinis in affinem. Neque enim justitia extra benignitatem est, neque benignitas extra justitiam. Sed hæc carptim dicta sint; jam ad institutum adversus transgressorem; cum angeli moleste ferrent ingratum post beneficia populum; cum totus orbis esset de tanta iniquitate afflictus (quod enim patitur arbor vel alia materia, loc patitur terra, secundum id quod dictum est: *Et*

(a) quod sequitur affert Photius, p. 1342.

(b) Quæ sequuntur apud Photium habes, p. 1342, sed pauca mutata.



ἐπιθυμοῦσα παρὰ γνώμην Θεοῦ, οὐ μόνον οὐ προσλαμβάνει τι, ἀλλὰ καὶ ἃ ἔχει ἀπόλλυσι. Καὶ ὡσπερ ὁ ὀφθαλμὸς τῆς μετρίως ἀκτίως ἀπολαύων τοῦ ἡλίου ἐφραίνεται καὶ φωτίζεται, ἐὰν δὲ θέλῃ εἰς αὐτὸν ἀνετίσαι τὸν κύκλον, οὐ μόνον οὐ προσλαμβάνει φῶς, ἀλλὰ καὶ ὁ ἔχει προσζημιούται· οὕτω καὶ ἡ θνητὴ φύσις τῶν ὑπὲρ δύναμιν ἐπιθυμοῦσα παρὰ γνώμην Θεοῦ ἀμαυροῦται τὴν διάνοιαν. Ἐξώλισθησε τοίνυν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀπὸ τῆς ὀλισθήσεως πολλὰ τῷ πτώματι ἠκολούθησαν ἑσώματα, εἰδωλοατρεία, πορνεία, μοιχεία, πλεονεξία, καὶ ὅσα τοῦτοις ἀδελφὰ καὶ συγγενή. Κατέπεσε τοίνυν ὁ ἄνθρωπος πτώμα μέγιστον, καὶ τὸν μὲν χαρακτῆρα τῆς θεϊκῆς ὕφους ἀπέλεσε διὰ ἀπορροῆσαν· Πηραυνοεβλήθη γὰρ τοῖς ἀπὸ τῆς ἀνοήτου, καὶ ὁμοιωθῆ αὐτοῖς· ἡ δὲ κτίσις ἐμερίσθη, καὶ ἡ μὲν ἀφηνίασεν, ἡ δὲ ἔμεινε δουλεύουσα, ὡς προείπον ἐν τῇ προλαβούσῃ διδασκαλίᾳ. Οἱ λέοντες ἐπεδούλευον τῇ εἰκόνι, οἱ ὄρειαι ἔδοκνον, πᾶσα ἡ τῶν ἀλόγων φύσις κατὰ τὸ δεσπότην ἐμάχθη. Ἐπειδὴ εἶδεν αὐτὸν παραχαράξαντα τοῦ Θεοῦ τὸν νόμον, ἠθέλησε καὶ ἡ ἄλλη κτίσις φυγεῖν τὴν δεσποτείαν· ἠθέλησεν ὁ ἥλιος μὴ ἀνατέλλειν τῷ παραβάτῃ<sup>a</sup>, ἠθέλησεν ἡ σελήνη σκεῖσαι τὰς ἑαυτῆς αὐγάς, ἠθέλησαν οἱ ἀστέρες μὴ φᾶναι τῷ πλάσματι, ἠθέλησαν αἱ πηγαὶ ἀρῆσασθαι τὰ νάματα, οἱ ποταμοὶ τὰ βῆματα, οἱ λιμῶνες τὰ ἄνθη, οἱ παράδεισοι τὴν τρυφήν· πάντα ἠθέλησαν ἀρῆσασθαι τὸν ἄνθρωπον, ἐπειδὴ ἠρώησατο τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην. Οἶδα δὲ βαθεὺς ὁ λόγος καὶ συνεσκιασμένος, ἀλλὰ διὰ τοὺς πιστοὺς καὶ συντρόφους τῆς Ἐκκλησίας ἔρευνᾶν δεῖ τῆς θέας Γραφῆς τὰ νοήματα. Ἐδούλευσε ἡ κτίσις<sup>b</sup> τῷ ἀνθρώπῳ, οὐχ ὡς ἀξίῳ, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τοῦτο προστάξαντος, ὥστε μὴ ὑβρισθῆναι δι' ὄλου τὴν εἰκόνα, εἰ καὶ παρέβη. Πᾶσης τοίνυν τῆς κτίσεως στασιαζούσης, ὁ Θεὸς ἐκέλευσε τῇ κτίσει<sup>c</sup> μὴ ἀφηνίαν· ἀλλὰ παρέχει τὸν ἥλιον τὴν ἑαυτοῦ ἀκτίνα, τὴν γῆν τοὺς ἑαυτῆς καρποὺς, τὴν θάλασσαν ἰχθύς· καὶ τὰς ἐμπορίας, τοὺς ἀστέρας τὴν ἑαυτῶν φαίδριότητα. Ταύτην γοῦν τὴν ἔνοιαν ὁ Ἀπόστολος ἀποφωμύων, λέγει· Ἡ γὰρ ἀποκαταδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκαλύψιν τῶν νῶτον τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται. Τῇ γὰρ ματαιώτῃ ἡ κτίσις ὑπετάθη, οὐχ ἔκουσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲν τι λέγω· Ὡς εἶδεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἐκπεσόντα, καὶ τὴν κτίσιν ἀνανεύουσαν πρὸς ὑπερσίαν τὸν ἀναισθητόν, ἐχάλινωσεν αὐτὴν καὶ μὴ θέλουσαν, καὶ ἐκέλευσε τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν, τὴν γῆν φέρειν τοὺς καρποὺς, καὶ μὴ ἀρνεῖσθαι τὸν παραβάτην διὰ τὴν ἀγνωμοσύνην, ἀλλὰ ἐπιδεικνύναι τοῦ κοινού δεσπότη<sup>d</sup> τὴν ἀφθονον εὐεργεσίαν, ἐπαγγελάμενος τῇ δημιουργίᾳ τὸ μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ φθαρέντος ἀνακαινισθῆναι· ὡς εἰ ἔλεγεν ὁ Θεὸς τῇ κτίσει· Ἐπειδὴ ἔπεσον ἡ εἰκὼν καὶ ὀλισθήσεν διὰ τὴν παραβάσιν, καὶ φθαρῆται διὰ τὴν παρακοήν· ἀνάσχω δουλεύσαι τῇ φθορᾷ τοῦ φθαρέντος, ἐν ὅταν αὐτὸν ἀνακαινίσω, τὴν ἐμὴν εἰκόνα, τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον τὸν φθαρέντα, οὐν αὐτῷ καὶ σὲ τὴν κτίσιν ἀνακαινίσω καὶ σύνθρονον αὐτοῦ ποιῶω τῆς δόξης. Συγκατεσπασθῆς αὐτοῦ τῇ ταλαιπωρίᾳ, συνανάστηθι αὐτοῦ τῇ δόξῃ. Τί ἔστιν, ἀδελφε, τὸ τὴν κτίσιν ἀποφρυσγεῖν τὴν τοῦ ἰνθρώπου δεσποτείαν; Λέγει γὰρ, [218] Τῇ ματαιώτῃ ἡ κτίσις ὑπετάθη. Ποία ματαιώτῃ; Ἀφ' οὗ ἂν ἔκτραπῃ ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, ματαιότης καλεῖται, ὡς λέγει ὁ Δαυὶδ· Πῆλιν τὰ συμπατα ματαιότης, πῆλιν ἄνθρωπος ζῶν. Πᾶς ἄνθρωπος· μάταιός ἐστιν, ὁ τὸν Θεὸν καταλιπαρῶν, καὶ τὰ μάταια μεταδιώκων.

γ. Ἦσαν οὖν οἱ ἄγγελοι ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐπιτεταγμένοι τὰ ἔθνη, καθὼς μαρτυρεῖ Μωϋσῆς λέγων· Ὅτε διμερίσθη ὁ Ἰψίσιος ἔθνη, ὡς διέσπειρον υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὄρια ἔθνων κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Οὐδὲν τι λέγω· Διῶρισεν ὁ Θεὸς τὰ κλίματα τῆς οἰκουμένης ἐκάστῳ ἀγγέλῳ· φέρει εἰπεῖν, ἀπένευμε τήνδε τὴν ἐπαρχίαν, ἡ τὸδε τὸ κλίμα ἐπὶ ἀγγέλω, τὸ ἕτερον ἄλλῳ, ἕνα ταύτην τὴν ἀίχρον φύσιν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων καὶ γῆς καὶ θαλάσσης χάλινώσωσι πρὸς τὴν τοῦ θνητοῦ ἀνθρώπου ἀπόλαυσιν. Πάλιν οἱ ἄγγελοι ἐπρόχοντο ὑπηρετούμενοι τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἀναξίοις, καὶ ἐθλίβοντο ὀρώντες τὴν δεσποτικὴν ἀξίαν προδιδομένην, καὶ

λίζεται ὑμῖν ὁ προφήτης Ζαχαρίας. *Φησὶ γάρ· Χαίρει σοὶ δίκαιος καὶ ἐπιθετηκῶς ἐπὶ πῶλον θρονῶν*. Διὰ τί τὴν γὰρ ἀποσείσασθε; διὰ τί ἡλιου λάμποντος, τὸ σκῆτος ἀγαπάτε; διὰ τί πρὸς τὴν ἀπολέμειτον εἰρήνην μετέτατε πόλεμον; Εἰ τόνων υἱὸν Σιών ἐστε, συγχορευσατε τοῖς τέκνοις ὑμῶν· χαρὰς ἀφορμὴ ἔστω ὑμῖν ἡ τῶν τέκνων θεοσέβεια. Μάθετε παρ' αὐτῶν, τίς ὁ διδάξας, τίς ὁ συναθροίσας, πόθεν τὰ διδάγματα, τίς ἡ κοινὴ θεολογία, καὶ παλαιὰ προφητεία. Εἰ δὲ ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς οὐδὲν τούτων εἰδόμενος, αὐτόματον δὲ τὸν αἶνον ἀναμέλπουσι, γνῶτε Θεοῦ εἶναι τὸ ἔργον, ὡς ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· *Ἐκ στόματος νηπιῶν καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον*. Διπλασιάσατε οὖν τὴν χαρὰν, ὅτι τοιοῦτων γεγονότα πατέρες, οἵτινες καὶ τὰ τοῖς πρεσβυτέρους ἀγνωσθέντα θεοδιδάκτως ἀνευφημήσαν. Ἐπιστρέψατε οὖν τὰς καρδίας ὑμῶν ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν, καὶ μὴ μύσητε τοὺς ὀφθαλμούς ὑμῶν πρὸς τὴν ἀλφθειαν. Εἰ δὲ αὐτοὶ ἐστε, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούετε, καὶ βλέποντες οὐ βλέπετε, καὶ μάτην διαφέρεσθε πρὸς τὰ νήπια, αὐτοὶ ὑμῶν κριταὶ ἔσονται κατὰ τὸν τοῦ Σωτήρος λόγον. Καλῶς γοῦν καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων προαναφώνησε περὶ ὑμῶν ὁ προφήτης Ἥσατας λέγων· *Οὐκ ἔστιν ἀλογισθήσεται Ἰακώβ, οὐδὲ γινῶν τὸ πρόσωπον μεταβλεῖ· ἀλλ' ὅταν ἰδῶσι τὰ τέκνα αὐτῶν τὰ ἔργα μου, δι' ἐμὲ ἀγαπῶσιν τὸν ἄγιον τοῦ Ἰακώβ, καὶ τὴν Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ φοβηθήσονται· καὶ γνώσονται οἱ τῷ πνεύματι πλατῶμενοι σύνευν, οἱ δὲ γογγύζοντες μαθηθήσονται ὑπακούειν, καὶ αἱ γλώσσοι αἱ ψελλίζουσι μαθηθήσονται λαλεῖν εἰρήνην*. Ὅρα, ὡς ἀνόητε Ἰουδαίε, πῶς ἐκ προσημίων τοῦ λόγου αἰσχύνῃ ὑμῖν προκαταγγέλλει ὁ προφήτης διὰ τὴν ἀπειθειαν ὑμῶν; Μάθετε κἄν παρ' αὐτοῦ, πῶς θεοδίδακτον κηρῶσαι τὴν τῶν τέκνων ὑμῶν ὑμνωδίαν, ὡς καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ προαναφώνησε λέγων· *Ἐκ στόματος νηπιῶν καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον*. Ἡ τοῖνων τῶν δσιότητα τῶν παίδων οἰκειώσασθε, ὡς χρεῶν, ἢ μετὰ τῆς εὐσεβείας; καὶ τοὺς παῖδας ἡμῖν χαρίσασθε. Ἡμεῖς τούτους συγχορευόμεν καὶ συνοερατάμεν, καὶ τῇ καινῇ γλώσσῃ τὸ θεοδίδακτον ἄμμα συμφάλλωμεν. Ποτὲ μὲν γὰρ Συμεὼν ὁ πρεσβύτερος ὑπήντησε τῷ Σωτήρι, καὶ ταῖς ἀγκάλαις ὑπεδέξατο τὸν τῶν αἰώνων Δεσπότην ὡς βρέφος, καὶ Κύριον καὶ Θεὸν ἐκήρυξε· νῦν δὲ ἀντὶ πρεσβυτέρων ἀγνωμόνων οἱ παῖδες τῶν Σωτήρι ὑπήντησαν ὡς Συμεῶν, καὶ τὰ κλάδη ἀντὶ ἀγκάλων ὑπέστρωσαν, καὶ Κύριον καὶ Θεὸν ὑψολόγησαν τὸν ἐπὶ πῶλον ὡς ἐπὶ Χερουδίμ καθεζόμενον, *ὡσάντη τῷ νῆφ Δαυὶδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου*. Μεθ' ὧν βοήσωμεν καὶ ἡμεῖς, *Εὐλογημένος ὁ ἐκ Θεοῦ Θεός, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, ὁ πτωχεύσας ἐν τοῖς ἰδοῖς αὐτοῦ ἀπτωχεύτας δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς πλουτίσῃ τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι· εὐλογημένος ὁ ἐλάων ἐν ταπεινώσει, καὶ πάλιν ἐρχόμενος, ἐν δόξῃ· πρῶτον, ἐπὶ πῶλον πραῖς καὶ ὑπὸ νηπίων [234] ἀνευφημούμενος, ὅπως πληρωθῆ τὸ γεγραμμένον, Ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαι σου, ὁ Θεός, αἱ πορεῖαι τοῦ Θεοῦ μοι τοῦ βασιλέως σου ἐν τῷ ἀγῶνι*· δεύτερον, φοβερός ἐπὶ τῶν νεφελῶν, καὶ ὑπὸ ἀγγέλων καὶ δυνάμεων δоруφоруόμενος. Ὡς τῆς μελιβρύτου τῶν παίδων γλώττης! ὡς τῆς ἀκατηλεύτου διδασκαλίας τῶν θεαρέστων! Δαυὶδ προφητεύσας ὑπὸ τὸ γράμμα ἐκάλυψε τὸ νόημα· οἱ παῖδες τῶν θησαυρῶν ἀνοήτῆρες, ἐπὶ γλώττης τὸν πλοῦτον ἤνεγκαν, καὶ λόγῳ κεχαριτωμένῳ πάντας διαπρωσίως ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν συνεκάλεσαν. Ἀντιλήσωμεν τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς σὺν αὐτοῖς τὸν ἀναγαίρετον πλοῦτον, ἀπλήστοις κόλποις καὶ ταμείοις ἐναποθέμενοι τὰ χαρίσματα· βοήσωμεν ἀπέραντα, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, Θεός ἀληθινός, παντοκράτωρ ἐκ παντοκράτορος*. Ὡς ἐν ὀνόματι Πατρὸς, βασιλεὺς ἀληθινός, ἐξ ἀληθινῶν βασιλέων, συναδίων καὶ προσιώνων τὴν βασιλείαν ἔχων, ὡς ὁ γεννηθεὶς αὐτῶν. Κοινὴ γὰρ ἡ βασιλεία, καὶ οὐκ ἐξώθεν τὴν αὐτῆς τιμὴν τῷ Ἰῶ ὁ Λόγος προσκλήρη, οὔτε ἀρξάμενη ἢ προσγνομένη ἢ μειουμένη, ἀπαγε, ἀλλὰ φυσικῆ καὶ ἰούκτητον ἀληθῶς. Μία γὰρ ἡ βασιλεία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, ὡσπερ καὶ μία οὐσία καὶ μία κυριότης. Ὅθεν καὶ μὴ προσκυνήσει λατρουόμεν μίαν τρισυπόστατον θεότητα, ἀναρχον, ἀκτιστον, ἀτέραντον, καὶ ἀδιόδογον. Οὕτε γὰρ ὁ Πατὴρ παυθήσεται ποτε τοῦ εἶναι Πατὴρ, οὔτε ὁ Υἱὸς τοῦ εἶναι Υἱὸς καὶ

chrum et gratiosum certamen et canticum? quis vos doctor instituit? quis vos congregavit? ubi sunt tabule? qui pædagogus? Nos et convivii et modulationis consortes efficit; et ea discitis, quæ Moyses et reliqui prophætæ concupiscebant. Quia igitur invitati sumus, et infantes nobiscum dextera junxerunt; huc accedite, carissimi, et nos cum studio hanc divinam choream adeamus, et cum apostolis illum comitemur in via, qui ascendit super cælum cæli ad Orientem, et qui, ut ipse voluit, subjugali vehitur in terra. Cum infantibus ramos tollamus, et ramis plaudamus, ut et nos Spiritus sanctus inspiret, et cum debito ordine divinum illud emittamus canticum: *Benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna in excelsis*. Hodie patriarcha Jacob in spiritu festum celebrat, videns prophetiam suam ad opus deductam, et eum, qui ligat ad vitem pullum suum, pullo vectum (*Gen. 49. 11*): ac cum fidelibus in spiritu adorat. Hodie pullus præparatur, id est, irrationabiles gentiles olim exemplar irrationabile; ut ostendatur obedientia novi populi ex gentibus conversi; infantesque significant horum in Dei cognitione infantiam. Hodie Rex gloriæ in terra prophetice glorificatur, et cælestis convivii consortes terrigenas exhibet, ut ostendat se esse utriusque, et cæli et terræ Dominum, utpote qui in utroque cum Patre et Spiritu sancto concordissime celebratur. Ideo superius illi salutem in terra partiam significantes psallebant: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth: plena est omnis terra gloria ejus (Isai. 6. 3)*; qui vero in terra erant cum cælesti lætitia simul festum agentes, clamant, *Hosanna in excelsis, hosanna filio David (Matth. 21. 9)*. Et alii glorificabant, *Benedicta gloria Domini de loco suo (Ezech. 5. 12)*; alii vero theologice dicebant, *Benedictus qui venit in nomine Domini*.

2. Dum hæc ita fierent, et discipuli choreas agerent circa omnes quas viderant virtutes, et dicerent, *Benedictus qui venit in nomine Domini; in excelsis gloria, et in terra pax (Luc. 2. 14)*; civitas commovebatur dicens: *Quis est hic (Matth. 21. 10)*? ut ex cæcitate invidiam contra Domini gloriam concitaret. Civitatem cum audis, veterem illam synagogæ inconditam turbam intellige. Ingrati illi interrogant, *Quis est hic?* ac si nondum vidissent Benefactorem divinis miraculis celebrem. Non enim comprehendebant tenebræ lucem in adyto fulgentem. Quamobrem directe ad illos jam olim exclamaverat Isaias, dicens: *Audite surdi, et ceci visum recipite. Et quis cæcus, nisi filii mei? et qui surdi, nisi qui dominantur eorum? et occaecati sunt servi Dei. Vidistis sæpe, et non observastis? apertis auribus non audistis (Isai. 42. 18 - 20)*. Videtis, fratres, verborum acurationem? quomodo perspicax ille divinus Spiritus per sanctos suos sicut præsentia futura prædicat? Videbant enim ingrati, et per signa miraculorum patratorem Deum quasi manibus tangebant, et in incredulitate manserunt: viderant cæcum natum, visum recepisse et Dominum prædicavisse: viderant paralyticum, qui in hac infirmitate vitam contriverat solo jussu a morbo sanatum: viderant Lazarum a morte effugisse: audierant deambulationem supra mare, vinum datum sine vitis cultu, panes sine labore suppeditatos, dæmonas pulsos, ægros sanatos: ipsorum platea virtutes ejus prædicabant, viæ curationes viatoribus nuntiabant: tota Judæa beneficiis repleta erat, et nunc interrogant, *Quis est hic (Matth. 21. 11)*? O insaniam eorum qui falso doctores appellantur! o perveraces patres! o stulti seniores! o semen Chanaanis impudentis, non autem Judææ pii! Pueri Creatorem agnoverunt, et perveraces patres dicebant, *Quis est hic?* Juvenilis ætas Deum celebravit, et inveterati dierum malorum interrogabant, *Quis est hic?* Lactentes theologice loquuntur, et seniores blasphemant? pueri pie laudibus sacra peragunt, et execrandi sacerdotes impie indignantur? O increduli in prudentia justorum: convertite corda vestra ad filios vestros, discite Dei mysteria. Idipsum

quod perficitur, testificatur Deum esse illum, qui a non edoctis linguis ita celebratur. *Scrutamina Scripturas (Joan. 5. 39)*, ut audistis a Domino, quia ipse sunt quæ testificantur de illo, nec ignoratis miraculum. Audite, ingrati, quid annuntiet vobis Zacharias propheta; ait enim: *Gaude multum, filia Sion: ecce Rex tuus venit tibi justus et insidens super pullum asinæ (Zach. 9. 9)*. Cur gaudium excutitis? cur fulgente sole, tenebras diligitis? cur contra inexpugnabilem pacem bellum meditamini? Si itaque filii Sion estis, cum filiis vestris choreas agite: gaudii occasio sit vobis filiorum pietas. Ab illo discite, quis docuit, quis collegit, a quo doctrina prodeat, quæ sit nova theologia, et vetus prophetia. Quod si nullus homo eorum quidpiam docuit, sed ex se et sponte sua laudem modulantur, agnoscite Dei opus esse, ut in lege scriptum est: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem (Psal. 8. 3)*. Duplicate ergo gaudium, quia talium estis patres filiorum, qui a Deo docti ea celebrarunt, quæ a senioribus ignorabantur. Convertite ergo corda vestra ad filios vestros, et ne claudatis oculos vestros ad veritatem. Quod si vos estis, qui audientes non auditis, et videntes non videtis (*Matth. 13. 13*), et frustra disputatis cum infantibus, ipsi iudices vestri erunt, secundum Servatoris dictum (*Id. 12. 27*). E re igitur et hoc cum aliis de vobis prædixit Isaias propheta, dicens: *Non nunc pudore officietur Jacob; neque nunc vultum mutabit: sed cum viderint filii ipsorum opera mea, per me sanctificabunt sanctum Jacob, et Deum Israel timebunt: et cognoscunt ii, qui spiritu errant, intelligentiam, et qui murmurant, discent obedire, et linguæ balbutientes discent loqui pacem (Isai. 29. 22 - 24)*. Vides, insane Judææ, quomodo a sermonis exordio pudorem vobis annuntiet Propheta, ob incredulitatem vestram? Saltem ab ipso discite, quomodo filiorum vestrorum canticum a Deo traditum prædicet; sicut beatus David prænuntiavit, dicens: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem*. Aut igitur filiorum vestrorum sanctitatem, ut par est, assumite, aut pie nobis filios vestros concedite. Nos cum ipsis choreas agamus, et festum celebremus, atque nova lingua a Deo traditum canticum una psallamus. Etenim aliquando Symeon senex Servatori occurrit, et sæculorum Dominum quasi infantem in ulnas suscepit, ac Dominum et Deum prædicavit; nunc autem ingratorum senum loco pueri Servatori occurrerunt: ut Symeon, et ramos pro ulnis substraverunt, ac Dominum et Deum benedixerunt, qui super pullum quasi super Cherubim insidebat: *Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini (Matth. 21. 9)*. Quibuscum et nos clamemus, *Benedictus Deus de Deo, Rex gloriæ*, qui propter nos apud suos mendicus fuit sine mendicitate, ut nos sua bonitate divites redderet: *benedictus qui venit in humilitate, et rursus veniet in gloria*: primo, super pullum mansuetus et ab infantibus benedictus, ut impleretur quod scriptum est: *Visi sunt gressus tui, Deus, gressus Dei mei Regis, qui est in sancto (Psal. 67. 25)*; secundo, terribilis supra nubes, et ab angelis et potestatibus stipatus. O mellitam puerorum linguam! o sinceram disciplinam Deo placentium! David prophetans sub litera sensum adumbravit; pueri, aperto thesauro, lingua sua divitias attulerunt, et gratia pleno sermone omnes clare ad fruendum illo convocaverunt. Hauriamus itaque et nos cum ipsis divitias quæ abripi nequeunt, pleno sinu, plenius penuariis munera deponamus: clamemus perpetuo: *Benedictus qui venit in nomine Domini*: Deus verus, omnipotens ex omnipotente, Filius in nomine Patris, Rex verus ex vero Rege, qui cum illo æternum et ante sæcula regnum habet, ut et ille qui genuit eum. Nam commune regnum habet; neque extrinsecus acceptum honorem Verbum Filio tradit;

non incepit, neque accessit, neque imminutus est honor, absit: sed naturalis est et vere proprius. Unum namque regnum est Patris et Filii et Spiritus sancti, sicut una substantia et una dominatio. Quamobrem una adoratione colamus unam trium hypostasium divinitatem, sine principio, increatam, interminatam, sine successione. Neque enim Pater unquam cessabit esse Pater, neque Filius esse Filius et Rex, neque Spiritus sanctus cessabit esse id, quod est hypostasi. Nihil enim in Trinitate minuetur; non finis erit aeternitatis, aut communionis, aut regni. Neque enim Filius Dei, quia propter nos factus est homo, et adversarium nostrum tyrannum devicit, atque in carne tantam de inimico ejus reportavit victoriam; ideo Rex vocatus est; sed quia Deus est semper et Dominus, ideo et Rex est, ut et Genitor ejus: nunc vero Rex est, cum id prius habuisset, et in perpetuum. Ne blasphemem contra Christi regnum, o haereticæ, ut ne Genitorem etiam inhonores. Si fidelis es, fideliter accede ad Christum verum Deum nostrum, et non quasi velamentum nequitiae habens libertatem. Si servus es, cum tremore Domino subditus esto: nam disceptator non bene affectus, sed palam inimicus est. Scriptum est enim: *Qui non honorat Filium, non honorat Patrem, qui misit eum* (Joan. 5. 23).

3. Nos autem, dilecti, eo revertamur unde digressi sumus, clamantes, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, pastor ille bonus, ut poneret animam suam pro ovibus suis; ut sicut ille, qui lupos ovina carne vescentes venantur, ipsos ove oblata capiunt: sic spiritualibus animarum interfectoibus lupis, sese ut hominem offerens Princeps pastorum, venabulum objiceret, iis qui jam olim Adamum venabantur. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, Deus contra diabolium, non aperte per invisibilem potestatem, sed per infirmitatem carnis, ut alligaret eum, qui contra nos fortis erat. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, Rex contra tyrannum, non per omnipotentem potestatem et sapientiam, sed per crucis, ut putabatur, stultitiam, ut prudentis in nequitia serpentis spolia diriperet. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, verax contra mendacem, Servator contra perniciosum, Princeps pacis contra pugnacem, hominum amator contra hominum osorem. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, penes cujus arbitrium est servare errantem hominem, errorem solvere, eos, qui in tenebris erant, luce perfundere, idolorum fallaciam delere, salutarem Dei cognitionem introducere, mundum sanctificare, execrandum et inanem cultum eliminare. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, unus pro multis, ut eruat genus humanum de manu fortiorum illo, egenum et pauperem a diripientibus eum. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, ut infundat vinum et oleum in eum, qui incidit in latrones, et qui despectus fuit. *Bene-*

*dictus qui venit in nomine Domini*, ut servet nos per seipsum, sicut ait propheta, *Non legatus, non angelus, sed ipse Dominus salvavit eos* (Isai. 63. 9). Ideo et nos benedicimus te, Domine, qui cum Patre et Spiritu sancto ante sæcula et in sæcula sæculorum benedictus es: ante sæcula et usque ad hoc tempus incorporans; nunc autem et in sæcula, cum divina, immutabili et indivisibili incarnatione tua. Reliqua videamus. Quid dicit divinus evangelista? *Cum intrasset Dominus in templum, accesserunt ad eum caeci et claudi, et curavit eos. Videntes autem principes sacerdotum et Pharisæi miracula quæ faciebat, et pueros clamantes et dicentes, Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini* (Matth. 21. 14. 15), ejus honorem non tulerunt. Quare accedentes ad eum dicebant, *Non audis quid hi dicant* (Ibid. v. 16)? Non agra fers quod gloria afficiaris ut Deus? non indigna fers, cum audis ab his innocentibus ea quæ solum Deum decent? annon Deus jam olim per prophetam declaravit, *Gloriam meam alteri non dabo* (Isai. 42. 8)? et, *Quomodo tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum* (Joan. 10. 33)? Sed quid ad hæc longanimis ille, multus in misericordia, et tardus ad iram? Furentes tolerat, iram sedat excusando se, Scripturas vicissim opponit, testimonia præfert opportuna, neque desinit interrogare, ideoque ait: Numquam et vos audistis me per prophetam dicentem: Tunc cognoscetis quia ego præsens loquor? nec rursus, *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem* (Joan. 8. 28)? Tales estis vos, qui legem attenditis, et prophetas legiis, et me in lege prædicatum despiciis. Videmini namque pietatis obtentu Dei gloriam vindicare; non intelligentes enim, qui me despiciat, Patrem etiam despiciere. Ego enim a Deo exivi, et veni in mundum: et gloria mea est gloria Patris mei. Sic confutati a Servatore nostro Deo insani illi, contradicere quidem cessarunt, a veritate refrenati; sed insanum alium inducentes cogitatum, consilium inierunt adversus eum. Nos vero psallamus: *Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus, et sapientie illius non est numerus* (Psal. 146. 5). Hæc quippe omnia facta sunt, ut qui tollit peccatum mundi Agnus et Filius Dei voluntarie pro nobis ad salutarem passionem veniret, et in pretorio agnosceretur, et ut qui despiciebant eum, qui vivifico sanguine suo mundum redemit, consentirent circa triginta argenteos, et pascha pro nobis immolaretur Christus: ut qui pretioso ejus sanguine aspersi sunt, quorum labia instar liminum sunt obstruata, perniciosi illius tela effugiant; et sic qui carne passus est Christus et triduanus resurrexit, cum Patre et Spiritu sancto pari cum honore et gloria ab omni creatura honoretur; quia ipsi flectitur omne genu caelestium, terrestrium et inferorum, gloriam ipsi referentium in sæcula sæculorum. Amen.

## ADMONITIO

IN SEQUENTES

DE BEATA VIRGINE MARIA ORATIONES.

Ejusdem farinae sunt sequentes de B. V. Maria sermones, qui jure in tenebris lateant, nisi illos Sa-

vilius publicasset. Fortassis vero ex eodem fonte eodemque auctore procedunt.

IN S. VIRGINEM ET DEIPARAM MARIAM.

Omnes quidem memorabiles celebritates admirandæ sunt, et stellarum splendori comparabiles. Nam sicut stellæ positione sua in caelo fixæ sunt, et exposito inter singulas intervallo spectabiliores, to-

tumque terre orbem illustrant; atque eadem stella apud Indos videtur, et Scythiis non occultatur; in continente splendet et mare illuminat, et navigantes gubernat; harumque stellarum nomina ob multitu-



βασιλεύς· οὕτως οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ τῆ ὑποστάσει. Οὐδὲν γὰρ τῆς Τριάδος ἐλαττωθήσεται, ἢ παυθήσεται ποτε ἢ τῆς αἰδιότητος, ἢ τῆς κοινότητος καὶ βασιλείας. Οὐ γὰρ, ὅτι ἄνθρωπος γέγονε δι' ἡμᾶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν καθ' ἡμῶν τύραννον ἐνίκησεν, ἐν σαρκὶ ταύτην πραγματευοσάμενος κατὰ τοῦ δυσμενοῦς αὐτῆς ἐγθροῦ νίκην, διὰ τοῦτο βασιλεὺς ἐγρημάτισεν, ἀλλ' ὅτι Κύριος καὶ Θεὸς αἰεὶ, διὰ τοῦτο βασιλεὺς, ὡς ὁ γεννήσας αὐτὸν, νυνὶ δὲ, καὶ μετὰ τῆς προλήψεως, καὶ εἰς τὸ διηνεκές. Μὴ βλασφήμει τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν, αἰρετικῶς, ἵνα μὴ τὸν γεννήσαντα ἀτιμάσῃ. Εἰ πιστὸς εἶ, πρόσελθε Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχων τῆς κακίης τὴν ἐλευθερίαν. Εἰ δούλος εἶ, ἐν τρόμῳ τῷ Δεσπότη ὑποτάγῃθι. Ὁ γὰρ λογομάχος οὐκ εὐγνώμων, ἀλλὰ πρόδηλος δυσμενῆς. Γέγραπται γάρ· Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν.

γ'. Ἡμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ, ὅθεν ἐξήλθομεν, ἐπανελθόμεν, τῷ λόγῳ βρώντες, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὄνοματι Κυρίου*, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς καὶ ἀγαθός, θεῖαι ἐκουσίως τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων αὐτοῦ· ἵνα ὡςπερ τοὺς πρόβατα σιτουμένους λύκους προβάτη ἀλίσκουσιν οἱ λυκόθηρες, οὕτω τοῖς νοητοῖς καὶ ψυχοφθόροις λύκοις ἑαυτὸν ὡς ἄνθρωπον προθεῖς ὁ ἀρχιποιμὴν θήραμα ποιῆσῃ τοὺς θηρεύσαντας τῷ πάλαι θηρευθέντι ὑπ' αὐτῶν Ἀδὰμ. *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὄνοματι Κυρίου*, Θεὸς κατὰ τοῦ διαβόλου. οὐ φανερώς διὰ τῆς ἀπροσβλέπτου δυνάμεως, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκός, ὅσας τὸν καθ' ἡμῶν ἰσχυρόν. *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὄνοματι Κυρίου*, ὁ βασιλεὺς κατὰ τοῦ τυράννου, οὐ διὰ τῆς παντοκρατορικῆς δυνάμεως καὶ σφίας, ἀλλὰ διὰ τῆς νομισθείσης τοῦ σταυροῦ μωρίας, τοῦ ἐν κακίᾳ φρονίμου ὄψεως τὰ σκύλα διαρπάσαι. *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὄνοματι Κυρίου*, ὁ ἀληθινὸς κατὰ τοῦ ψεύστου, ὁ Σωτὴρ κατὰ τοῦ λυμενῶνος, ὁ εἰρηναρχὴς κατὰ τοῦ πολεμήτορος, ὁ φιλόνητος κατὰ τοῦ μισανθρώπου. *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὄνοματι Κυρίου*, Κύριος σώσει τὸν πλανηθέντα ἄνθρωπον, καταλύσει τὴν πλάνην, φωνηθήσεται τοὺς ἐν σκότει, καταρῆσαι εἰδώλων ἀπάτην, ἀντεισάξει Θεογνωσίαν σωτήριον, ἀγιάσει κόσμον, ἱπελάσει τὸ μῦθος καὶ ἄγος τῆς τῶν ματαίων θεραπείας. *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὄνοματι Κυρίου*, εἰς ὑπὲρ πολλῶν, ῥύσασθαι πτωχὸν γένος ἀνθρώπων ἐκ χειρὸς στερεωτέρων αὐτοῦ, καὶ πτωχὸν καὶ πένητα ἀπὸ τῶν διαρπαζόντων αὐτόν. *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὄνοματι Κυρίου*, [255] ἐπιχέαι ὀνον καὶ ἔλαιον ἐπὶ τὸν ἐμπεσόντα εἰς τοὺς ληστὰς, καὶ παρεωραμένον. *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὄνοματι Κυρίου*, σώσει ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ, ὡς φησὶν ὁ προφήτης· *Οὐ πρέσβυς, οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν αὐτούς.* Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐλογουμέν σε, Κύριε, τὸν σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι πρὸ αἰῶνων καὶ εἰς αἰῶνας

αἰῶνων εὐλογημένον· πρὸ μὲν τῶν αἰῶνων καὶ μέχρι τῆς δευρο ἀσωμάτως, τανῦν δὲ, καὶ εἰς αἰῶνας, μετὰ τῆς θείας καὶ ἀμεταβόλου καὶ ἀμερίστου σου σαρκώσεως. Ἰδόμεν καὶ τὰ ἐξῆς. Τί λέγει ὁ θεοτάτος εὐαγγελιστῆς; *Εἰσελθόντος γὰρ, φησὶ, τοῦ Κυρίου εἰς τὸ ἱερὸν, προσήλθον αὐτῷ τυφλοὶ καὶ χωλοὶ, καὶ ἔθεράπευσεν αὐτούς.* Ἰδόντες δὲ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι τὰ θαύματα ἃ ἐποίησε, καὶ τοὺς παῖδας κρίζοντας καὶ λέγοντας, *Ἰδοὺ τῷ υἱῷ Δαυὶδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὄνοματι Κυρίου*, οὐκ ἤγεγκαν τὴν τούτου τιμὴν. Ὅθεν προσελθόντες αὐτῷ εἶπον· *Οὐκ ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσιν;* Οὐ βαρύνῃ δοξαζόμενος, ὡς Θεός; οὐκ ἄχθῃ ἀκούων παρὰ τῶν ἀκάκων τὰ τῷ Θεῷ καὶ μόνῳ πρόπρωτα; οὐ κἀκεῖ δὲ δὴλωκεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου, *Τὴν δόξην μου ἐτέμψῃ οὐ δώσω;* καὶ, *Πῶς σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιῆεις σεαυτὸν Θεόν;* Ἀλλὰ τί πρὸς ταῦτα ὁ μακρόθυμος, ὁ πολὺς ἐν ἐλέει, καὶ βραδὺς εἰς ὀργήν; Ἀνεχεται τῶν μεμνημένων, ἀναστέλλει ἀπολογία τὴν φλεγμονήν, ἀνυπομνήσκει Γραφάς, προσφέρει μαρτυρίας τῶν τελευμένων, καὶ οὐκ ἀπαναίνεται πρὸς τὴν πεῦσιν. Διὸ καὶ φησὶν· *Οὐδέποτε καὶ ὑμεῖς ἤκουσάτε μου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος, Τότε γνῶσεσθε, ὅτι αὐτὸς ἐγὼ ὁ λαλῶν πάρεμι;* οὐδ' αὖ πάλιν, *Ἐκ στόματός γενησὶν καὶ θηλαζόντων κατηρεῖσω αἶνον ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου, τοῦ καταλύσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν;* οἵτινες εἰσὶν ὑμεῖς, οἱ νόμῳ προσέχοντες, καὶ προσφῆτας ἀναγινώσκοντες, καμὲ τὸν ἐν νόμῳ κηρυττόμενον ἀθετοῦντες. Δοκεῖτε μὲν γὰρ ἐν προσήματι εὐσεβείας διεκδικεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, μὴ συνιέντες, ὅτιπερ ὁ ἐμὲ ἀθετῶν, καὶ τὸν Πατέρα ἀθετεῖ. Ἐγὼ γὰρ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξήλθον, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· καὶ ἡ ἐμὴ δόξα, καὶ τοῦ Πατρὸς μου ἐστὶ δόξα. Ἐλεγχθέντες ὡς οὕτως οὐ ἀνόητοι ὑπὸ τοῦ Σωτήρος ἡμῶν Θεοῦ, ἐπαύσαντο μὲν τῆς ἀντιλογίας, φιμωθέντες τῇ ἀληθείᾳ· ἕτερον δὲ ἐπισπασάμενοι ἀνοίας λογισμῶν, συμβούλιον κατ' αὐτοῦ ἐποιούντο. Ἡμεῖς δὲ ψάλλομεν, *Μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχύς αὐτοῦ, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς.* Ταῦτα γὰρ πάντα γέγονεν, ἵνα ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ἀμῆνδ καὶ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος ἔλθῃ, καὶ ἐπὶ τὸ πραιτώριον γνωρισθῇ, καὶ οἱ ἐξουθενούντες τὸν ἐξωνούμενον τῷ ζωοπιῶ αὐτοῦ αἵματι τὸν κόσμον συμφωνήσῃσι τριάκοντα ἄργυριοις, καὶ τὸ πάσα τυθῆ ὑπὲρ ἡμῶν Χριστὸς, ὅπως οἱ τῷ τιμῷ αὐτοῦ αἵματι βαντιζόμενοι καὶ τὰ χεῖλη τῶς φιλίας σφραγίζόμενοι, ἐκφύγῃσι τοῦ θλοθρευόντος τὰ βέλη· καὶ οὕτως ὁ παθὼν σαρκὶ Χριστὸς, καὶ ἀναστὰς τριήμερος, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ὁμοτίμως καὶ ὁμοδόξως παρὰ πάσης κτίσεως, προσκνηθῆ· ὅτι αὐτῷ κάμφει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, δόξαν αὐτῷ ἀναπέμποντες εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

[256] *Εἰς τὴν ἁγίαν Παρθένον καὶ Θεοτόκον Μαρίαν.*

Πᾶσαι μὲν αἱ μαρτυρικαὶ πανηγύρεις θαυμάσαι, αἱ μιμούμεναι τὴν λαμπρότητα τῶν ἀστέρων τὴν μνήμην. Καθ' ὅπερ γὰρ οἱ ἀστέρες ἐν οὐρανῷ τῆ θέσει πεπηγῆσαι, καὶ τῆ διαστάσει ἀλλήλων πλείονα γνωρίζονται, καὶ πάντα τὸν τῆς γῆς καταλάμπουσι κύκλον, καὶ ὁ αὐτὸς περὶ Ἰνδοῖς ὁράται, παρὰ Σκύθαις οὐ κρύπτεται, ἐν τῷ περὶ ἀστράπτει, καὶ θάλατταν φωτίζει, καὶ κυβερνᾷ

τοὺς πλείοντας, ὧν καὶ διὰ τὸ πλῆθος τὰ ὀνόματα ἀγνοοῦμεν, ἀλλὰ διὰ τὸ κάλλος τὴν λαμπρότητα θαυμάζομεν· οὕτω καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστος. Εἰ γὰρ καὶ τάφοις τὰ λείψανα περιεκλείεται, ἀλλὰ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἡ ὑπ' οὐρανὸν οὐ περιέγραψε. Καὶ ὅτι ἀληθὲς τὸ εἰρημένον, ἔξεστί σοι μαθεῖν ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. Ἡ Παλαστίνη τὸ λείψανον τοῦ Ἀβραάμ ἔχει, καὶ ἡ καλύβη

αυτοῦ τῆ παραδείσῳ ἐρίξει· ὁ γὰρ ἐκεῖ κατὰ τοῦ Ἀδάμ ἀποφθάνουσα ἑσθὲς, ἐνταῦθα ὑπὸ τοῦ πατριάρχου ἐξενδοχόγηθι. Τοῦ Ἰωσήφ τὰ ὄσα εἰς περιπτύσσεται τάφος, καὶ τὸν κατὰ τῆς Αἰγυπτίας πόλεμον τὴ τῆς οἰκουμένης ἐκπλήττεται πέρατα. Μωυσῆως οὐδὲ τὸ μνημα εὐρίσκειται, καὶ μετὰ θάνατον κηρύττει τὸν διὰ βάρδου σχίσαντα τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν. Ἡσαίας δὲ ποῦ τέθαιπται, οὐκ ἴσμεν· καὶ πᾶσα ἡ Ἐκκλησία διὰ τῆς προφητείας αὐτοῦ κέκραγεν· Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γυστρί ἔξει, καὶ τέξεται Υἱόν. Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι ἐτάφη, καὶ διὰ πάσης τῆς γῆς κέκραγεν· Ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος. Οἱ περὶ Ἀνανίαν ἂ παῖδες καὶ αὐτοὶ ἐν Βαβυλῶνι ἐκοιμήθησαν, καὶ δι' αὐτῶν πᾶσα ἡ οἰκουμένη βοᾷ καθ' ἐκείτην ἡμέραν· *Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον.* Ἰεζεκιὴλ παρὰ Πέρσας ἐκώσθη, καὶ μετὰ τῶν Χερουβιμ κέκραγεν· *Εὐλογημένη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ.* Οὕτως οὐδὲν ὑπέλπισεν ὁ διάβολος ἐν παραδείσῳ τὸν Ἀδάμ θανατώσας· ἀνέφυξε γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς δικαίοις διὰ θανάτου παρῆρσις· ὅρταν. Ἀλλὰ πᾶσαι μὲν τῶν ἁγίων αἱ μνημαί θαυμασταί· οὐδὲν δὲ τοσοῦτον εἰς δόξαν, ὡς ἡ παρῶσα πανήγυρις. Ὁ Ἄβελ διὰ θυσίαν ὀνομάζεται, ὁ Ἐνὼχ δι' εὐσεβείαν μνημονεύεται, ὁ Μελχισεδέχ ὡς εἰκὼν Θεοῦ κηρύσσεται, ὁ Ἀβραὰμ διὰ πίστιν ἐγκωμιάζεται, ὁ Ἰσαακ διὰ τύπον ἐπαινεῖται, ὁ Ἰακώβ διὰ πάλιν μακαρίζεται, ὁ Ἰωσήφ διὰ σωφροσύνην τιμᾶται, ὁ Ἰωβ δι' ὑπομονὴν μακαρίζεται, Μωυσῆς ὡς νομοθέτης εὐφημεῖται, Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ὡς στρατηγὸς μνημονεύεται, Σαμψὼν ὡς συνόμιλος Θεοῦ μακαρίζεται, Ἡλίας ὡς ζηλωτῆς μαρτυρεῖται, Ἡσαίας ὡς θεολόγος ἀναγράφεται, Δανιὴλ ὡς συνετὸς κηρύσσεται, Ἰεζεκιὴλ ὡς θεατῆς τῶν ἀπορρήτων θαυμάζεται, Δαυὶδ ὡς πατὴρ τοῦ κατὰ σάρκα μυστήριον λαλεῖται, Σολομὼν ὡς σοφὸς θαυμάζεται· ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον ἡ θεοτόκος Μαρία. Ὅν γὰρ ἐκεῖνοι πάντες ἐν ἀνιγμάσιν εἶδον, αὐτὴ ἐν γαστρὶ σαρκωθέντα ἐδέσασσε· καὶ οὐδὲν ἐνεπέδισε τὴν ἐβρότην οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου. Ὅγκος; Ἄλλ' ὕλιον πάθος· ἀλλ' ὄγκου καὶ πάθους ὁ Λόγος· ἀλλότριος. Ἐλαττώματος τοιοῦτου μέγεθος; Ἄλλ' ἡ θεότης οὐ περιγράφεται. Μύσος; Ἄλλ' ἦν ἀναπλάττων οὐκ ἐμόλυνεν, ἐν αὐτῇ σαρκωθείς, καὶ ἐξ αὐτῆς οὐκ ἐμίανθη· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δόξαν φέρει τῷ βασιλεῖ τὸ φιλάνθρωπον. Τόκος; Ἄλλ' οὐκ ἠλάττωσε τόκος τὸν ἀναρχον. Τόκω ἡ ἐνανθρώπησις; Ἀλλὰ μεταβολὴν ἡ θεὰ φύσις οὐκ ὑπέμεινεν. Ἐχει κατὰ σάρκα μητέρα, ἀλλ' οὐκ ἀπώλεσε τὸ εἶναι κατὰ θεότητα ἀμήτωρ. Φάτην; Ἀλλὰ τὸν τὸν Πατὸρ οὐκ ἐγύμνωσε κόλπον. Σπῆλαιον; Ἄλλ' οὐδέποτε τῷ θρόνῳ ἡ Τριάς ἐνέλειψεν. Οὐδὲν τοῖνον ἐν βίῳ, οἷον ἡ θεοτόκος Μαρία. Περιέλαθε, ὦ ἄνθρωπε, πᾶσαν τὴν κτίσιν τῷ λογισμῷ, καὶ βλέπε εἰ ἔστιν ἴσον, ἢ μείζον τῆς ἀγίας, καὶ θεοτόκου [237] Παρθένου· περινόστησον τὴν γῆν, περίβλεψαι τὴν θάλασσαν, πολυπραγμόνησον τὸν ἄρα, τοὺς οὐρανοὺς τῆ διανοίᾳ ἐρευνήσον, τὰς ἀοράτους πάσας δυναμεῖς ἐνθυμήθητι, καὶ βλέπε, εἰ ἔστιν ἄλλο τοιοῦτον θαῦμα ἐν πάσῃ τῇ κτίσει. Οὐρανοὶ μὲν γὰρ δόξαν δηγοῦνται Θεοῦ, ἄγγελοι λειτουργοῦσι μετὰ φόβου, ἀρχάγγελοι προσκυνοῦσι μετὰ τρόμου, τὰ Χερουβιμ μὴ φέροντα φέριττοι, τὰ Σεραφίμ ὡς πλησιάζουσι, περιπτά-

μενα κέκραγον δὲ τρόμῳ. Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος Κύριος σιβαῶθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς αἰρέσεως αὐτοῦ. Ἡ λίμνη τὸ ἦχος οὐκ ἤνεγκεν, αἱ νεφέλαι τῆς ἀναλήψεως τρόμῳ γεγόνασιν ὄχημα, ὁ ἥλιος τὴν ἕβριν μὴ φέρων ἐφρίξεν, ὁ ἄστρος τοὺς νεκροὺς ἐν φόβῳ ἐξήμεσε. Πυλωροὶ ἰδόντες ἐσπετήσαν, τὸ ἄστρον ἐπίθεον δεξάμενον ἐκαπνίσθη, ἡ βάτος μὴ ἐνέγκασα τὴν ὄπταν ἐφλέγετο, ὁ Ἰορδάνης φρίξας ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, ἡ θάλασσα φοβηθεῖσα τὴν βάρδον ἐσχίσθη διὰ τὸν δεσποτικὸν τύπον ἡμερωθεῖσα, ἡ βάρδος Ἄρων διὰ τὴν εἰκόνα παρὰ φύσιν ἦνθησε, τὸ πῦρ ἐν Βαβυλῶνι Τριάδος ἀριθμὸν ἠδέσθη. Ἀριθμησον τοῖνον τὰ παρόδοξα, καὶ θαύμασον τῆς Παρθένου τὴν νίκην· διότι ἐν πᾶσι ἡ κτίσις φόβῳ καὶ τρόμῳ ὕμνησεν, αὐτὴ μόνη ἀνεμνηστέως ἐθαλάμωσε Μακάριαι δι' αὐτὴν πᾶσαι αἱ γυναῖκες· οὐκ ἔτι τὸ ὄψην ἐν κατάρσι. Ἔσχε γὰρ τὸ γένος, ἀφ' οὗ καὶ ἀγγέλους νικήσει εἰς δόξαν. Θεωράπεται ἡ ἔδα, σείσθηται ἡ Αἰγυπτία, τέθαιπται ἡ Δαλιλά, λελθηθάρηται ἡ Ἰεζάβελ, ἀμνημονεῖται καὶ Ἡρωδιάς· καὶ νῦν θαυμάζεται τῶν γυναικῶν ὁ κατάλογος. Εὐφημεῖται Σάρρα ὡς λαὸν ἄρoura, τιμᾶται Ῥεβέκκα ὡς εὐλογίῳ πανουργὸς πρόξενος, θαυμάζεται καὶ ἡ Λεία, ὡς μήτηρ τοῦ κατὰ σάρκα προγόνου· ἐπαινεῖται Δεσβόρα ὡς ὑπὲρ φύσιν στρατηγήσασα· μακαρίζεται καὶ ἡ Ἐλισάβετ, ὡς σκίρτημα τοῦ προδρόμου διατίθεισα τῆς χάριτος· προκυνεῖται καὶ ἡ Μαρία, ὅτι γέγονε μήτηρ, καὶ δούλη, καὶ νεφέλη, καὶ θάλαμος, καὶ κιβωτὸς τοῦ δεσπότη. Μήτηρ· ἔτεκε γὰρ τὸν βουληθέντα τεχθῆναι. Δούλη ὁμολογῶ γὰρ φύσιν, καὶ κηρύττω τὴν χάριν. Νεφέλη· ἐκ Πνεύματος γὰρ ἁγίου συνέλασεν, ἐν ἀπαθῶς ἔτεκε. Θάλαμος· ἐν νυμφῶνι γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος ἐν αὐτῇ κατεσκήνωσε. Κιβωτός· οὐ τὸν νόμον βαστάσασα, ἀλλὰ τὸν νομοθέτην κωσορήσασα. Διόπερ εἰπωμεν πρὸς αὐτὴν, *Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν, ἡ μόνη τῆς ἔδας θεραπεύσασα τὴν λῆπην, ἡ μόνη τῆς στεναζούσης ἀπομάζασα δάκρυα, ἡ μόνη τὸ κοσμικὸν βαττάσασα λῦτρον, ἡ μόνη τὴν ὑψησῶν τοῦ μαργαρίτου πιστευθεῖσα, ἡ μόνη ἀνευ ἡδονῆς ὄγκωθεῖσα, καὶ ἀνευ πάθους τεκούσα, ἡ μόνη τὸν Ἐμμανουὴλ, ὡς ἠθέλησεν αὐτὸς, γεννήσασα.* *Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπός, οὐκ ὁ σπῆρος· τὸ ἄνθος, οὐ τὸ πάθος· τὸ ἀπαύγασμα, οὐ τὸ κτίσμα· τὸ σὺνθρονος, οὐκ ὁ δούλος· ὁ ἥλιος, οὐκ ἡ ψάμμος· ὁ προσκυνούμενος, οὐ τὸ κτίσμα· τὸ λῦτρον, οὐκ ὑπόβρεως.* *Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπός τῆς κοιλας σου·* ἀντὶ πάντων εἰς ἐπισημίαν ἀρεῖ σοι ὁ προφήτης βοῶν· *Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γυστρί ἔξει.* Εἶπε τὸ θαῦμα, καὶ τὸν τρόπον ἐίσχησε. *Καὶ τέξεται υἱόν.* Ἐκήρυξε τὴν ὄδινα, καὶ τὴν σχεῖσι οὐκ ἐνόθευσε. *Καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ.* Εἶπε τὸ μυστήριον, καὶ τὴν κλησιν ἐβρόντησεν. *Ὁ ἔστι μεθρημνησόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.* Τὸν τεχθέντα Θεὸν ἐκήρυξε, καὶ Ἰουδαίῳ ἐφίμωσε στόματα. *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός,* καὶ ἐσβέσθη ἡ πλάνη· *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός,* καὶ περικομῆ κατηργήθη· *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός,* καὶ οἱ δαίμονες ἐφυγαδύνοντο· *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός,* καὶ ὁ διάβολος καταργεῖται· *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός,* καὶ ἡ κολυμβήθρα τίκτουςα οὐ κάμνει· *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός,* καὶ βασιλεῖς εὐσεβοῦσι· *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός,* καὶ Ἐκκλησιαὶ στενωχωροῦνται· *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός,* καὶ ὁ θάνατος γέγονεν ὕπνος· *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός,* καὶ οἱ νεκροὶ τὴν ἐλευθερίαν σκίρτωντες βοῶσιν· *Ὁὐκ ἄγγελος, οὐ πρέσβυς, ἀλλ' αὐτός ὁ Θεός ἦλθε, καὶ ἔσωσεν ἡμᾶς·* αὐτὴ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.

\* Fort. Ἀζαρίαν, ut conj. Savil. b Fort. Σαμουήλ.

### [238] Κατὰ αἰρετικῶν, καὶ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον.

α'. Πάλιν τῆ παρῆρσις τοῦ ἁγίου Πνεύματος διασπῶν τὰς σειράς τῆς ἀμαθίας τὸν διδασκαλικὸν καταλαμβάνω θρόνον, οὐκ αἰδοῦμένος μου τὴν πτωχεῖαν· φιλόπτωχοι γὰρ δυνεὶ οἰκτερεῖτε με διὰ τὴν τῆς ἀγάπης φιλοτιμίαν. Πένης γὰρ ὢν πλουσίους ἐπεκτείνωμαι, οὐκ ἀλαζονεῖας ὑποβέβηκας ὄνομον, ἀλλὰ τῆς φιλοθέου ἡμῶν ψυχῆς ἀποπληρῶν τὴν ἔρωτα. Τέρπεσθε γὰρ μου τοῖς λόγοις, ἐπειδὴ καὶ εὐφραίνωμαι ἡμῶν τοῖς τρόποις. Οὐκ οἶδά μου τὴν πτωχεῖαν, καὶ μοιγαλάον φωνήν, τὸ καλὸν τοῦτο καὶ ἐπέραστον θεωρῶν θέατρον. Οἶδα γὰρ, ὡς οὐ κριτα

μου τῶν λόγων, ἢ θεαταὶ τῶν ἀγῶνων συνέρχεσθε, ἀλλ' ἵνα τῷ παιδί ὡς πατέρας συνεπισχύσητε. Ἐγὼ γὰρ τῆ γλώττῃ λαλῶ, ὑμεῖς δὲ τῆ καρδίᾳ φηγάγεσθε πρὸς τὸν Θεὸν τοῦτο, δοθῆναι ἡμῖν λόγον ἐν ἀνόξει τοῦ στόματος· φιλόπαιδες γὰρ δυνεὶ καὶ φιλότεκνοι τοὺς ἡμετέρους πόνους οἰκτεροῦ· λογιζέσθε στεφάνους. Διδὸν οὐκ ὄνομον πρὸς τὸ λέγειν· λύει γὰρ μου τὸν δκνον ὁ περὶ ὄναξ πόθος, μεταβάλλει μου τὴν ἀμάθειαν εἰς ἐνάρετον διδασκαλίαν ἢ εὐαγῆς προσευχῆ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν προομιῳ εἰρησθῶ. Ἐγὼ δὲ σήμερον περιζωσάμενος τὴν ὄσφιεν τῆς

dinem ignoramus, sed eas tamen ob splendoris pulchritudinem admiramur : sic sunt etiam sanctorum singuli. Etsi enim ipsorum reliquæ incluse sint in sepulchris, earum tamen virtus non orbis limitibus circumscribitur. Et hoc verum esse ex rebus ipsis discere potes. Palæstina Abraham reliquias habet, et tugurium ejus cum paradiso contendit : nam Deus qui illic contra Adamum sententiam tulit, hic a patriarcha hospitio receptus est. Josephi ossa unum complectitur sepulcrum, et ejus contra Ægyptiam certamen orbis termini cum stupore mirantur. Moysis ne sepulcrum quidem reperitur, et ille post mortem prædicat eum, qui virga mare Rubrum discidit. Isaias ubi sepultus sit ignoramus ; et omnis Ecclesia per prophetiam ejus clamat : *Ecce Virgo in utero habebit, et pariet Filium (Isai. 7. 14)*. Daniel in Babylone sepultus est, et ille per totam terram clamat : *Ecce in nubibus cæli, quasi Filius hominis venit (Dan. 7. 13)*. Ananias et socii pueri in Babylone mortui sunt : ac per illos totus orbis quotidie clamat : *Benedicite omnia opera Domini Domino (Dan. 3. 57)*. Ezechiel apud Persas tumulatus est, et cum Cherubinibus exclamat : *Benedictio gloria Domini de loco suo (Ezech. 3. 12)*. Ita nihil profuit diabolo, quod in paradiso Adamum morti tradiderit : Deus enim per mortem justis januam aperuit ad fiduciam. Sed omnes quidem sanctorum memoriæ mirabiles sunt ; verum nihil ita gloriosum, ut hæc solemnitas. Abel ob sacrificium memoratur, Enoch quod Deo placuerit celebratur, Melchisedec ut imago Dei prædicatur, Abraham propter fidem laudatur, Isaac quod figura sit extollitur, Jacob ob luctum beatus prædicatur, Joseph ob castitatem honoratur, Job patientiæ laudem habet, Moyses ut legislator benedicatur, Jesus filius Nave ut belli dux celebratur, Samson ex colloquio cum Deo beatus dicitur, Helias zeli testimonium habet, Isaias theologus esse scribitur, Daniel ut prudens prædicatur, Ezechiel ut arcanorum spectator admirationi habetur, David ut pater mysterii secundum carnem celebratur, Salomon ut sapiens suspicitur ; sed nihil exæquandum Deiparæ Mariæ. Nam quem illi omnes in æmignate viderunt, ipsa in utero incarnatum gestavit, ac nihil impedivit ineffabilem œconomiam Verbi Dei. Turorne ? At materialis est passio : at tumore et passione vacuum est Verbum. Tantæ demissionis magnitudo ? Sed divinitas non circumscribitur. Piaculum ? Sed eam efformans non fœdavit, et in illa incarnatus, et ex illa genitus, non pollutus est ; imo gloriam Regi offert benignitas. Partus ? Sed non minuit partus eum, qui sine principio est. Partui juncta incarnatio ? Sed mutationem divina natura non passa est. Matrem habet secundum carnem, sed non amisit quod esset sine matre secundum divinitatem. Præsepe ? Sed Patris sinum non nudavit. Spelunca ? Sed Trinitas nunquam thronum reliquit. Nihil ergo in hominum vita simile Virgini Mariæ. Mente itaque, o homo, totam creaturam percurrito, et vide num quid aut æquale sit Deiparæ Virgini, aut majus illa : terram circumi, mare perlustra, aerem scrutare, cælos mente perpende, invisibiles potestates cogita, et vide num in tota natura sit aliud tale spectaculum. Nam cæli enarrant gloriam Dei, angeli cum timore ministrant, archangeli adorant cum tremore, Cherubini non ferentes exhorrescunt, Seraphini non accedunt, sed circumvolantes cum tremore

clamant : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth . plenum est cælum et terra laudis ejus (Isai. 6. 3)*. Læcus sonum non tulit, nubes assumptioni cum tremore velociter ministrarunt, sol contumeliam non ferens inhorrui, infernus mortuos cum timore evomuit. Ostiarii te videntes exhorruere, mons ascensum excipiens fumigavit, rubus visionem non ferens exarsit, Jordanis præ horrore conversus est retrorsum, mare virgam metuens dissectum est per Dominicam figuram mansuetum, virga Aaronis propter imaginem præter naturam floruit, ignis in Babylone Trinitatis numerum reveritus est. Stupenda illa enumera, et Virginis victoriam mirare : quia quem omnis creatura cum timore et tremore hymnis celebravit, eum illa sola modo inexplicabili in thalamo recepit. Beatæ propter illam omnes mulieres : non ultra femineum genus in maledictione est. Sexum habuit, quo angelos gloria superabit. Curata fuit Eva, silentio missa est Ægyptia, sepulta fuit Dalila, oblivioni data est Jezabel, deleta est memoria Herodias ; et nunc mulierum catalogus in admiratione habetur. Laudatur Sarra ut arvum populorum ferax ; honoratur Rebecca ut callida benedictionum procuratrix ; admirationi habetur Lia, ut mater progenitoris secundum carnem ; celebratur Debora, ut quæ supra naturam exercitus dux fuerit ; beata prædicatur Elisabet, ut quæ Prodromi gratiæ exultationem disposuerit ; adoratur et Maria, quia fuit mater, et ancilla, et nubes, et thalamus, et arca Domini. Mater ; peperit enim eum qui nasci voluit : ancilla ; naturam quippe confiteor, et prædico gratiam : nubes ; nam ex Spiritu sancto concepit eum, quem sine passione peperit : thalamus ; in illa enim quasi in nuptiali thalamo Deus Verbum habitavit : arca ; non legem portans, sed Legislatorem utero gestans. Quamobrem dicamus illi, *Benedicta tu in mulieribus*. Tu in mulieribus sola es, quæ Evæ mœrorem curasti, quæ sola plangentis lacrymas abstersisti, quæ sola redemptionis mundi pretium tulisti, cui soli margaritæ thesaurus concreditus est, quæ sola sine voluptate prægnans fuisti, et sine dolore peperisti, quæ sola Emmanuelem ut ipse volebat genuisti. *Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus (Luc. 1. 28)*, non semen ; flos, non passio ; splendor, non creatura ; cum Patre throni consors, non servus ; sol, non arena ; qui adoratur, non creatus ; redemptionis pretium, non debitor. *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui*. Pro omnibus ad tuas canendas laudes satis tibi est propheta clamans : *Ecce Virgo in utero habebit (Isai. 7. 14)*. Dixit miraculum, et modum tacuit. *Et pariet filium*. Partum prædicavit, et modum non spurium reddidit. *Et vocabunt nomen ejus Emmanuel*. Dixit mysterium, et appellationem quasi tonitru emisit. *Quod est interpretatum, Nobiscum Deus*. Deum natum prædicavit, et Judæorum ora frenavit. *Nobiscum Deus*, extinctus est error : nobiscum Deus, et circumcisio cessavit : nobiscum Deus, et demones fugati sunt : nobiscum Deus, et diabolus prostratus est : nobiscum Deus, et piscina parere non cessat : nobiscum Deus, et reges pietatem colunt : nobiscum Deus, et Ecclesiæ angustiae evadunt : nobiscum Deus, et mors facta est somnus : nobiscum Deus, et mortui de libertate exultantes clamant : *Non angelus, non legatus, sed ipse Deus venit, et salvavit nos (Isai. 63. 9)* : ipsi gloria in sacula.

CONTRA HÆRETICOS ET IN SANCTAM DEIPARAM.

1. Rursus Spiritui sancto fidens, ignorantiae catenas avulsurus in doctrinæ solium ascendo, nec meam reveritus inopiam. Cum enim pauperum amantes sitis, caritate moti mei miseribimini. Pauper cum sim, divites adeo, nec arrogantiae morbo laboro ; sed religiosi animi vestri desiderium impleo. Nam et vos sermones mei, et me mores vestri delectant. Nec

paupertatem, nec in dicendo inopiam meam sentio, cum hoc pulchrum et desiderabile theatrum conspicio. Scio quippe, vos non dictorum iudices, nec agnorum spectatores huc convenire, sed ut quasi patres cum filio corroboremur. Ego namque lingua loquor, vos autem corde petitis a Deo, ut detur nobis sermo in apertione oris (*Ephes. 6. 19*) : nam cum filiorum

amantes sitis, labores nostros, vestras putatis esse coronas. Ideo non segnis sum ad loquendum : segnitiam quippe meam solvit vestri desiderium; inscitiam meam in virtutis doctrinam vertit pia precatio. Verum hæc in exordio dicta sunt. Ego vero hodie accingente lumbos veritate, indutus lorica justitiæ, et calceatus pedes in præparatione evangelii pacis, contra hæreticos certamen aggredior. Pugnam autem in eo, non verba verbis addens, neque rhetorica gravitate propositorum vincula dissolvens; sed ex acuminata vocis divinx lectione levia hæreticorum problemata quasi telam aranæ dissipans. Est autem hæc apostolica lectio : *O altitudo divitiarum et sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* (Rom. 11. 35)! Quid dicis, o Paule? divitiæ Dei in profundo jacent, et in alto re-cuntur? Etiam, inquit, et in profundo et in alto : in profundo propter humanitatem; in alto propter divinitatem. Ita enim per prophetam œconomiam revelans dicit ad Achaz : *Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum, vel in altum* (Isai. 7. 11); in profundum, propter œconomiam sive incarnationem; in altum, propter theologiam. Profundum enim signum est, nasci ex Virgine; alta autem prædicatio est, Deum ex Deo nasci. Tu igitur, o homo, neque altum comprehendis curiose scrutando, neque profundum quantolibet conatu reperis. Venerandæ namque sunt Christi generationes : altera quippe est secundum naturam, altera præter naturam. Nam præter naturam in novissimis temporibus ex Virgine natus est; secundum naturam autem ante sæcula ex Patre natus est, ut novit Genitor. Superna autem generatio verissima est. Vere namque ex Deo Deus natus est, vere ex Virgine homo Deus cum hominibus natus est. Supera unus ex uno Unigenitus; in terra unus ex una Unigenitus : ac quemadmodum in superna generatione impium esset matrem suspicari, sic et cum Virgine blasphemum esset suspicari patrem. Pater sine fluxu genuit, Virgo incorrupta peperit. Neque enim Deus fluxum gignendo passus est; nam ut Deum decebat genuit; neque Virgo pariendo corruptioni obnoxia fuit; spiritualiter enim peperit. O novum miraculum! o venerandum et ineffabile mysterium! Dicere ausim, nec dicendo aberrabo : etiam sursum virginem naturam genuisse; pura namque et incorrupta est deitatis substantia : et in terra Virginem incorruptam peperisse incorruptum : nam *Non dubis Sanctum tuum videre corruptionem* (Act. 2. 27). Cum natura ordine procedit tunc quæ secundum naturam sunt quare, o homo; cum Deus quid imperat, tunc natura suum negat ordinem, illaque facit, quæ Dei lex optat. Exenpli causa, jussit Deus petram in deserto aquas effundere, et effudit, non quod in sinu habebat, sed quod jussio indidit. Sicut ergo petra nutu Dei fons effecta est, et aquarum torrentes peperit, non ex subjecta vena, non ex flumine mutata; sed arida, sine vena et humore, statim fluviorum mater effecta est, quam non habebat aquam large effundens : sic nuptiarum expers Virgo, obumbrante Spiritu sancto, Dominum nostrum secundum carnem peperit, non naturæ ordine mota, sed Altissimi virtute ad partum progressa. Non enim aliunde mutata præter naturæ legem peperit, sed Spiritu sancto roborata, sic peperit, ut Dei gratia voluit. Nam ait : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei* (Luc. 1. 35). Si vis cognoscere, quomodo natura suum neget ordinem, ut præter naturam Dei voluntati ministret, interroga virginem Aaronis : Dic, virga arida, quomodo folia et fructum in momento præter naturam protulisti? Non te Moyses in terra prius posuit, non imbribus irrigavit, non radices tempus fovit et aluit; non ætatem, non ver vidisti, non hiemen vel autumnum : quomodo igitur folia, flores et fructum tulisti? Non conversionibus aeris, inquit virga, non mutationibus tempestatum servivi; sed divino ministrans verbo naturam calcavi, et præ-

ter naturam fructum dedi, ut et secundum naturam et præter naturam optimi Artificis voluntati servivimus. Sicut ergo virga præter naturam fructum dedit, o homo, ut Judæa crederet, sic et virga vivens, regina Virgo, sine legalibus nuptiis peperit, ut salus pareretur orbi.

2. Si dicas, Quæ similitudo inter virginem germinantem et Virginem parientem? disce multum interesse similitudinis. Virga namque figura erat Virginis; illa imago, hæc veritas; illud prius indicium erat, hæc demonstratio. Ut enim virga illa fructum præter naturam dedit, sic et hic Virgo florem naturæ præter naturam germinavit. Nam ait : *Egredietur virga de radice Jessæ, et flos ex ea ascendet* (Isai. 11. 1). Non frustra igitur Paulus divitas Dei miratur, id est, carnalem Christi œconomiam. O hæreticorum incredulitatem! o rabiem et linguam Deo inimicam! Paulus cælorum civis, paradisi spectator, Christi servens amator, ineffabilium mysteriorum auditor, ubi œconomiam exploravit : inhorruit et caligine perfusus est; et vos divinitatem explicantis non exhorrescitis? Paulus judicia Dei investigabilia dicit, et tu Patris naturam ut apprehensum facilem scrutaris? Tempus est te evocandi, ut mœstus te convertas contra illa ineffabilia, quæ tu dixisti. Quomodo Virgo genuerit non nosti, et vis nosse quomodo Deus genuerit? Eam quæ sub Herode fuit Christi secundum carnem generationem, quomodo nempe facta sit, ignoras; et illam ex Patre sine principio, inexplicabilem, venerandam et ineffabilem, ante omnem intellectum, ante tempora et sæcula, sine medio factam, interpretari audes, et explorare tentas? Si Thomas Christi corpus crucifixum tangens non sine reprehensione mansit, etsi apostolus esset, quo sunt supplicio digni, qui non manu Christi corpus tangunt, sed lingua æternam divinitatis ejus naturam scrutantur? Thomas quippe quod norat corpus tangebat; illi quam non norant divinitatem, ac si viderent, scrutati sunt. Dic, quæso, gravis et perite rhetor Eunomi, qui tripliciter divinitatis naturam dijudicas, qui parum abest quin deus iterum confingas, cur creatum, non genitum Christum dicis? Ne, inquit, fluxus rationem increatæ Dei naturæ tribuam : generantem quippe necesse est fluxum subire. Ergo etiam creatum necesse est subire laborem. Nam qui creat, non sine labore creat? Si ergo ut fluxus rationem devites, Patrem dicere recusas, ne Creatorem dicas, ut ne laborem et sudorem suspicionem injicias. Sed non eandem, inquit, quam de hominibus habemus sententiam, de Deo debemus habere. Homines quippe cum creant, cum labore et sudore creant; Deus vero creans, sine labore creat : natura quippe incompositus est. Quia igitur, o sophista et erudite, Deus creans, sine labore creat, non potest vero sine fluxu gignere, sed quando creat, ut Deus, sine labore creat? quando autem gignit, ut homo fluxum patitur? et creans sine passione creat, gignens vero in passionem incidit humanam? Exhorresco, timeo, tremo, blasphemam, impudentem, et effrenem hæreticorum linguam, dum cogito, illos credere quidem Virginem sine corruptione peperisse, sed num Deus sine fluxu genuerit dubitare. Incorrupta Virginis vulva post partum integra mansit, o homo, et Patris natura gignens, fluxum non effugit. Sed Virgo post partum virgo mansit, nec ex partu virginitatem perdidit; Pater vero postquam genuit, idem manere non potuit, ita ut ejus substantia sine fluxu et mutatione manserit? Et ubi corporis moles, membrorum harmonia, ossium compago, nervorum ordo, venarum plenitudo, articulorum vincula sunt, infans ut ipse novit exit, in virgine vulva sese ineffabili modo efformans; ubi vero non corpus, non membrum, non articuli, non nervi, non ossa, non venæ sunt, sed intacta, incorporea, invisibilis natura, fluxum inducis, et imminutionem cogitas? Exit ex vulva, et integra vulva mansit. Nam qui sine semine in Virgine animatum sibi templum fecit, ipse

cum veritate considerata? Itaque si quis Judæus dicere audeat: Cur Filius passus est ut mundus servaretur, ac si non alius esset servandi modus? dicitur ei: Cur Pascha immolatum est ad salutem primogenitorum Judæorum, ac si non alio modo servari possent? Et ille quid respondeat non habebit (neque enim Deus sacrificio opus habuit, neque signo ut domos cognosceret); nobis vero res ipsa patrociniatur, et sanctam fidem testimonio firmat, cum iniquitas nostra in Christi justitia solvitur, quæ alio modo non solveretur (tenebræ namque a luce dissipantur); et cum mors nostra per Christi vitam fugatur, ut a luce tenebræ. Sacra igitur erat illa quoque victima, quæ veræ victimæ typus erat. Hæc autem sacra omnino est, utpote vera, quæ per ignorantiam impiorum hominum morti et neci tradita est; ex voluntate autem Dei in sacram hostiam accepta est; et ex illius placito Patri oblatio facta est. Tradidit enim, inquit, Pater Filium pro nobis; et *Obtulit semetipsum Patri Christus pro Ecclesia, oblationem et sacrificium in odorem suavitatis* (Ephes. 5. 2). Atque illis quidem, qui Christum se occisuros sperabant, perniciosum fuit consilium; iis vero, qui salutem per mortem Domini quærunt, salutaris est fides. Hos ultio et mors pertransit, quia non ad perniciosam a morte detinentur, secundum id, quod a Servatore dictum est: *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum* (Joan. 8. 51). Per sanguinem enim pro nobis fusum, Spiritum sanctum accipimus: siquidem in unum convenerant sanguis et spiritus, ut per conge-

nerem nobis sanguinem non congenerem nobis Spiritum sanctum accipere possemus, ac per illum morti ingressum claudamus. Duplex autem est morti ingressus: et ideo duplex efficitur sanguinis sigillum. *In duobus*, inquit, *postibus et in limine* (Exod. 12. 7). Intra enim per peccatum mors, ut ait Apostolus (Rom. 5. 12). Peccatum vero, aliud in nobis sit per passionem, quæ duplex est; alia nempe mollities animi in debilitatem, alia asperior in feritatem vergit: aliud per ratiocinium, cum non sana nec recta cogitat. Et est quidem ratiocinium, quasi limen, id est, superliminare, supra utrumque postem; nam quasi dux est, et natura superior passio autem referri potest ad postes, quæ ratiocinio subjicitur, sicut postes superliminaribus sunt subjecti. Quænam sunt illæ passiones quæ ad mollitiem deducunt? Gula, temulentia, et concupiscentia libidinosa. Quinam sunt asperi affectus animi? Ira, arrogantia, quas ut eliminaret Paulus dicebat: *Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudiciis, non in contentione et emulacione; sed induimini Dominum nostrum Jesum Christum* (Rom. 13. 13. 14). Similis est ergo unctio indumento, quando Christi passioni conformati, sanctitate Christi amicumur, neque in voluptatibus dissoluti, neque in iras exasperati. Bona item est ratiociniis unctio et vestis, sapientia non carnalis, sed ea quæ secundum Christum est; ita ut circa carnalem animum mortificemur, ac si jam mortui simus, ornemur autem spirituali ornatu. Sic enim neque per brutos affectus, neque per insula ratiocinia peccatum nos invadet, neque nobis mors dominabitur. Hujusmodi sane est unctionis mysterium. Post unctionem adest comestio, quæ divinum corpus in nobis locat, et commiscet ad unionem. *Comedent*, inquit, *carnes hac nocte assas igni* (Exod. 12. 8). Nox, præsens sæculum est. *Nox præcessit* (Rom. 13. 12), ait Paulus. Ignita est sacri corporis participatio; hoc est, per ignitum ac fervens studium. *Spiritu*, inquit, *ferventes* (Ibid. 12. 11); et, *Ignem veni mittere in terram, et quid volo, si jam accensus est* (Luc. 12. 49)? Ut autem ignis, si de comestione carniū intelligatur, fervens studium indicat: sic et azyma simplicitatem, et herbæ amaræ ærumnas subsequentes. Nim *Azyna*, inquit, *cum herbis ananis comedent* (Exod. 12. 8). Simples sint mores, nec sucati, veteri more ac versutia fermenti instar deposita, novoque ac simplici accepto more, quo fermentatio fiat. Nam ait, *Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitia: sed in azymis sinceritatis et veritatis* (1. Cor. 5. 7. 8). Acerbæ sunt tribulationes; *Sed et in tribulationibus*, inquit, *gloriamur, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit* (Rom. 5. 3-5). *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum* (Act. 14. 21). Itaque tribulationem admittimus quasi delicias, propter spem et regnum, quæ ex ea proveniunt. Vetat præceptum comedere crudas carnes. Hoc vero iis, qui corporaliter audiunt præter rationem esse videtur, cum illud prohibeat Deus, quod nunquam forte factum est; nemo enim crudam carnem comedit: apud nos autem id rationi maxime consonum est, ne scilicet perfunctorie accedamus ad participationem divini corporis: non participant enim qui perfunctorie illud trahant, nec per bona opera se ad talem communicationem concinnant. *Fides*, inquit, *sine operibus mortua est* (Jacob. 2. 20). Ideoque regnibus ac negligentibus immittuntur tribulationes ad ipsorum utilitatem, ut ait Paulus (Hebr. 12. 10), ut sanctitatis ejus participes sint. Sænitatem vero circa spiritualia opera parit amor voluptatis carnalis. Quapropter alio symbolo id significans legislator, prohibet in aqua coctum comedere: nam ad comestionis voluptatem, sic coctum paratur: cum voluptate autem divinam escam comedere non licet: non enim carnali modo miscetur virtus spiritualis.

Ne igitur coquas sacram carnem, inquit, illam suavis admiscens; sed igni cocta tantum comedatur, cum intento studio a voluptate alieno. Amor voluptatis est a Dei amore alienus, ut ait Paulus: et *Quorum deus venter est* (Philipp. 3. 19), iis Deus ipse non est deus. Neque ii, qui Eucharistiam in lauta convivia transferunt, accepti sunt apud Apostolum, dum communionem illam sanctificantem in occasionem vertunt largi et lauti cibi et potus sumendi. Quibus dicit Paulus, *Non est Dominicam carnem manducare: Unusquisque enim suam carnem præsumit ad manducandum, et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? laudabo vos? In hoc non laudo* (1. Cor. 11. 20 23). Dicit autem ex negligenti illo circa cibum sacrum usu tentationes illis contingere, quia non sancte ad sanctum accedunt. *Ideo*, inquit, *inter vos sunt multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi. Quod si nosmet ipsos judicavimus, non utique judicavimus* (1. Cor. 11. 30 31). Impietatis enim culpam incurrunnt ii, qui corpus suum non præparant ad communicationem corporis ipsius, quod nobis dedit, ut cum illo mixti, ad Spiritum sanctum recipiendum digni judicemur: siquidem ideo Dei Verbum se in corpus immisit, et caro factum est secundum evangelicam vocem (Joan. 1. 14), ut quia illius ut Verbi participes esse non poteramus, ipsius carne induti participes essemus; spirituali carni nostram copulantes, et Spiritum spiritui quantum licet; ut Christo similes essemus, templa Spiritus facti, ut ait Apostolus: *Templa Dei estis*; et iterum, *Nescitis quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo* (1. Cor. 3. 16. et 6. 19)? Ac per commixtionem cum Spiritu sancto, ad corpus etiam Christi pertinemus, ut hæc foveamus in sanctificatione, foveamus, inquam, ut membra Christi. *Nescitis, ait, quoniam membra vestra, membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit* (1. Cor. 6. 15). Sacri ergo cibi apparatus sic et cum talibus symbolis lex ordinavit, ad utilitatem nostram prævias figuras tunc disponens. *Caput autem*, inquit, *cum pedibus et intestinis* (Exod. 12. 9); per caput indicans initium adventus ad homines; hic porro erat primus adventus: pedes autem finis sunt; et hic est secundus adventus, sine quo nec priori credendum esset: hic quippe non omnia, quæ propheticæ sunt enuntiata, implevit. Idcirco non credunt Judæi, quod ea, quæ ad gloriosum adventum spectant, completa non sint; neque putant, illum qui ita venit, esse Christum. Ideo hæc complectens ait, *Caput cum pedibus*; hoc est, primum adventum cum secundo, ut et agnum cum ignominia ad occisionem adductum reciperes Dominum, et Regem cum gloria apparentem videres: quæ ambo prædixit Isaias propheta: neque redemptionem Jerosolymæ exigeres; sed adhuc expectares, ut dicitur: *Veniet ex Sion qui liberet, et avertet impios a Jacob* (Isai. 59. 21. Rom. 11. 26), ipso servante residuum populi, qui ad illum convertendus est. In primo autem adventu contrarium videas contigisse; illud nempe, *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam*; et illud, *Tradidit impios pro sepultura ejus, et divites pro morte* (Isai. 57. 9). Cum dicit ergo, *Caput cum pedibus*, hoc prænuntiat Judæis: Inglorium Domini adventum a glorioso ne separatis, ut ne increduli ab ejus communiōne separemini. *Sed etiam cum intestinis*, inquit. Quid hoc est? Ne scandalizemini de illo, quod apparebit, sed abscondita eam dispicite. Ne hominem esse, sicut vos estis, existimate, ex eo quod ille secundum corpus sit homo; sed illum spiritualiter cognoscite, et in ipso Patrem cognoscetis. Donec enim quod intus est non respicis, neque intestinorum consors es, nondum Christum vidisti, hominem illum esse putans, non Deum. Dicit autem ille, *Qui vidit me, vidit Patrem* (Joan. 14. 9). Considerandum autem est, quid sit

δάνομεν. Ἐπειπερ εἰς ἐν ἤλιθε τὸ τε αἷμα καὶ τὸ πνεῦμα, ἵνα διὰ τοῦ ὁμογενοῦς ἡμῖν αἵματος τὸ μὴ ὁμογενεὺς ἡμῖν Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαβεῖν δυνηθῶμεν, καὶ διὰ τοῦτο τὴν εἰσοδὸν ἀποκλείσωμεν τῷ θανάτῳ τὴν εἰς ἡμᾶς. Διπλῆ δὲ τίς ἐστὶν ἡ εἰσοδὸς τῷ θανάτῳ, καὶ διὰ τοῦτο διπλῆ γίνεται τοῦ αἵματος ἡ σφραγίς. Ἐπὶ τῶν δύο, φησί, *σταθμῶν καὶ ἐπὶ τῆς φλιας*. Εἰσέρχεται μὲν γὰρ δι' ἀμαρτίας ὁ θάνατος, [255] ὡς ὁ Ἀπόστολος φησιν. Ἀμαρτία δὲ, ἡ μὲν κατὰ τὸ πάθος τὸ ἐν ἡμῖν (διετὸν δὲ τοῦτο, ἡ μαλακτικὸν τῆς ψυχῆς εἰς ἀπαλόττητα, ἡ σκληροποιὸν εἰς τραχύτητα)· ἡ δὲ κατὰ τὸν λογισμὸν, ὅτε μὴ ὑγιῆ μηδὲ ὀρθᾶ λογίζοιτο. Καὶ ἔστιν ὁ μὲν λογισμὸς, οἷον ἐφ' ἡμῶν, τουτέστιν, ὑπέρθυρον, ἐπὶ τοῖς σταθμοῖς ἑκατέρους· ἡγεμονικὸς γὰρ καὶ ἀνώτερος τῆ φύσει· τὸ δὲ πάθος ἀνάλογον ἔχει τοῖς σταθμοῖς, ὑποκείμενον, τῷ λογισμῷ, καθάπερ οἱ σταθμοὶ τοῖς ὑπερθύροις ὑπόκεινται. Τίνα τὰ πρὸς ἀπαλόττητα προσάγοντα πάθη; Γαστριμαργία, καὶ οἰνοφυγία, καὶ συνουσιῶν ἐπιθυμία. Τίνα τὰ σκληρὰ τῆς ψυχῆς; Ὀργαὶ καὶ αὐθάδεια, ὧν ὁ Παῦλος τὴν ἀναίρεσιν ποιούμενος, ἔλεγεν· *Μὴ κόμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ ἐριδι καὶ ζήλῳ ἄλλ' ἐνδύσασθε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν*. Ὅμοιον τείνου ἡ χριστιανὴ τῆ ἐνδύσει, ὅτε τῷ Χριστῷ πάθει μορφούμενοι, τὴν ἀγνότητα περιβαλλόμεθα τοῦ Χριστοῦ, μήτε εἰς ἡδονὰς ἐκλύομεθα, μήτε εἰς θυμοὺς ἐτραχυνόμενοι. Καλὸν δὲ καὶ τοῖς λογισμοῖς εἰπεῖν· *χρῆσμα καὶ ἐπέन्दυμα, σοφία ἢ μὴ σαρκική, ἀλλὰ ἡ κατὰ Χριστόν, ὥστε νεκροῦσθαι μὲν ἡμᾶς περὶ τὸν σαρκικὸν νοῦν οἷον ἀποθανόντες, κοσμεῖσθαι δὲ τῷ πνευματικῷ*. Οὕτω γὰρ οὔτε διὰ τῶν ἀλόγων παθῶν, οὔτε διὰ τῶν ἀφρόνων λογισμῶν ἐπινησιν ἡμῖν ἡ ἀμαρτία, οὔτε καταδυναστεύει ἡμῖν ὁ θάνατος. Τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ τῆς χριστέως μυστήριον. Μετὰ δὲ τὴν χριστιανὴν ἐστὶν ἡ βρώσις, εἰσοικίζουσα τὸ σῶμα τὸ θεῖον εἰς ἡμᾶς καὶ ἀναμιγνύουσα πρὸς ἑνωσιν. Φάγονται, φησί, *τὰ κρέα τῆς ζωῆς τῆς ζωῆς ὁπτα νουρί*. Νῦν δὲ παρών οὗτος αἰὼν. *Ἡ νῦν πρόκομος, Παῦλος φησι. Διάφυρος ἡ τοῦ ἁγίου μεταλήψις σωματος, τουτέστι, δι' ἐμπύρου καὶ ζεύσεως σπουδῆς. Τῷ πνεύματι, φησί, ζέοντες· καὶ, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, λέγει, καὶ τί θέλω, εἰ ἦδη ἀνήσθη;* Ὅσπερ δὲ τὸ πῦρ ἐμφανιστικὸν τῆς ζεύσεως σπουδῆς εἰς τὴν ἀπόλαυσιν τῶν κρεῶν παραλαμβάνομενον, οὕτως τὰ ἄζυμα τῆς ἀπλότητος, καὶ αἱ πικρῖδες τῶν ἐπακολουθουσῶν θλίψεων. *Ἄζυμα γὰρ, φησὶν, ἐπὶ πικρῖδων ἔδονται. Ἄπλους ὁ τρόπος καὶ ἀκαχοποιός, τὸ παλαιὸν ἐκεῖνο καὶ πανούργον ἀποτιθέμενος, ὡσπερ ἐζύμην· τὸ δὲ νέον καὶ ἀπανούργον ἀνεληφθῶς, ἵνα ζυμώσῃ. Τὸ πάχος γὰρ ἡμῶν, φησὶν, ἐξύθη Χριστός· ὥστε ἐσραζώμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κικλίας καὶ ποτηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. Πικρὸν δὲ αἰ θλίψεις· Ἄλλὰ καὶ ἐν ταῖς θλίψεσι, φησὶ, κωχώμεθα, εἰδότες, ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν κτεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπίς οὐ κατασχύνει. Διὰ πολλῶν θλίψεων εἰς ἡμᾶς εἰσελεῖσθαι εἰς τὴν βασιλείαν. Ὅστε προσέμεθα τὴν θλίψιν ἐν ἔνδοξοις τρόπῳ, διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἐξ αὐτῆς καὶ τὴν βασιλείαν. Ἀγαροῦνται δὲ τὸ πρόσταγμα ἡ ἐσθίειν ἀπὸ τῶν κρεῶν ὡμόν. Τοῦτο δὲ τοῖς μὲν σωματικῶς ἀκούουσιν οὐδὲνα λόγον ἂν ἔχοι, δι' ὧν ἀπηγόρευσε Θεὸς τὸ μὴ ἂν ποτε γένομενον· οὐδεὶς γὰρ ἂν ὡμόν φάγοι· παρὰ γε ἡμῖν καὶ μέγιστον παρέχεται λόγον, τὸ μὴ ἀργῶς προσέειναι τῆ τοῦ θεοῦ σωματος μεταλήψει· ἀμετάληπτον γὰρ καθίσταται τοῖς ἀργῶς αὐτὸ μεταχειριζομένοις, καὶ μὴ δι' ἔργων ἀγαθῶν τῆς πρὸς αὐτὸ συγχράσεως ἀντιποιουμένοις. Ἡ πίστις, φησὶ, *χωρὶς ἔργων νεκρὰ ἐστὶ*. Καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἀργῶς διαχειριζομένοις ἐπιφέρονται θλίψεις πρὸς τὸ συμφέρον, ὡς ὁ Παῦλος φησὶν· ἵνα μεταλαμβάνωσι τῆς ἀγιότητος αὐτοῦ. Ἀργίαν δὲ ἐμποιεῖ περὶ τὰ πνευματικὰ ἔργα τὸ φιλήθονον τῆς σαρκός. Διόπερ ἐτέρω συμβόλῳ τοῦτο δηλῶν ὁ νομοθέτης ἀπαγορεύει καὶ ἐφόμενον ὕδατι φαγεῖν· πρὸς ἡδονὴν γὰρ τῆς βρώσεως τὸ ἐφόμενον παρρασκευάζεται· μεθ' ἡδονῆς δὲ τὴν θείαν τροφὴν οὐκ ἔστιν ὑποδέξασθαι· οὐ γὰρ ἀναμιγνύνται τρόπῳ σαρκικῷ δύναμις πνευματικῆ. Μὴ τοίνυν ἐφαί τὸ κρέας τὸ ἅγιον, φησὶν, ἀναμιγνύων ἡδύσμασιν αὐτοῦ, ἀλλ' ὅπτα πυρὶ μό-*

• Savilius legendum putat ἐστὶ. ἢ Savil. legendum putat ἐπεσιν. Μοx forte καταδυναστεύει ἡμῶν.

νον ἐσθίεσθαι, ὅπερ ἡ σπουδὴ σύντομος, ἀφιλήθονος. Τὸ φιλήθονον οὐ φιλόθεον, ὡς ὁ [256] Παῦλος φησὶ· καὶ Ἄν ὁ θεὸς ἡ κοίλια, τοῦτοι οὐκ ἐστὶ θεὸς ὁ θεός. Οὐδὲ οἱ τὴν εὐχαριστίαν εἰς πολυτελεῖς εὐωχίας μεπατιθέντες, ἀπόδεκτοι παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ, βρώσεως πολλῆς καὶ ποικίλης καὶ πόσεως· ὑπόθεσιν ποιούμενοι τὴν ἀγιαστικὴν κοινωνίαν· πρὸς οὓς ὁ Παῦλος φησὶν· *Ὁκ ἔστι Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν*. Ἐκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν, καὶ ὅς μὲν πεινᾷ, ὅς δὲ μεθύει. Μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ κατασχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; Τί εἶπω ὑμῖν; ἐπαίεσθε ὑμᾶς; Ἐρ τοῦτω οὐκ ἐπαίρω. Φησὶ δὲ ἐκ ταύτης τῆς ἀνεπιτηδεύτου χρήσεως περὶ τὸ ἅγιον βρώμα συμβαίνειν αὐτοῖς τοὺς πειρασμοὺς, ὅτι μὴ ἄλλως τῷ ἁγίῳ προσλαί. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐν ὑμῖν, φησὶ, *πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί*. Εἰ δὲ ἐαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρίνομεθα. Ἀσεβεῖς γὰρ ὑπεύθυνοι τῆς εἰς τὴν Κύριον οἱ μὴ παρέχοντες ἐπιτηδεῖον τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἀνάκρασιν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅπερ ἡμῖν ἔδωκεν, ἵνα πρὸς αὐτὸ κινῶμενοι, πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνακρινώμεθα· ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο ὁλωσ εἰς σῶμα ἔδωκεν ἐαυτὸν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ σὰρξ ἐγένετο, κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνὴν, ἵν' ἐπειδὴ μετασχεῖν ὡς Λόγου μὴ οἶοι τε ἦμεν, ὡς σαρκὸς μετασχωμεν αὐτοῦ, τῆ πνευματικῆ σαρκὶ τὴν ἡμετέραν οἰκειώσαντες καὶ τῷ Πνεύματι τὸ πνεῦμα κατὰ δύναμιν, ὡς ἂν ὁμοιώματα Χριστοῦ κατασταθῶμεν, ναοὶ τοῦ Πνεύματος γενομένοι, καθά φησὶν ὁ Ἀπόστολος· *Ναοὶ τοῦ Θεοῦ ἐστε· καὶ πάλιν, Οὐκ οἰδατε, ὅτι τὰ σῶματα ὑμῶν ναοὶ τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματος ἐστίν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ; Καὶ διὰ τῆς ἀναμίξεως τῆς πρὸς τὸ Πνεῦμα, τοῦ Χριστοῦ σώματος γίνεται, καὶ περιέπειν ἐν ἀγιασμῷ, ταῦτα δὲ περιέποντας ὡς μέλη Χριστοῦ. Οὐκ οἰδατε γὰρ, φησὶν, ὅτι τὰ μέλη ὑμῶν μέλη Χριστοῦ ἐστίν; Ἄρα οὐκ τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; Μὴ γένοιτο. Τὴν μὲν οὖν σκευασίαν τῆς ἁγίας τροφῆς οὕτω καὶ ἐν τοιούτοις συμβόλοις διάταξεν ἡ νομοθεσία, πρὸς τὸ ἡμῖν συμφέρον διατάξασα τὴν τότε προτύπωσιν. Κεφαλὴν δὲ, φησὶ, *σὺν τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς ἐντοσθίοις*· κεφαλὴν μὲν αἰνιτιζόμενος, τὴν ἀρχὴν τῆς εἰς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιφανείας· αὕτη δὲ ἦν ἡ προτέρα παρουσία· πόδες δὲ, τὸ τέλος· αὕτη δὲ ἦν ἡ δευτέρα ἐπιφάνεια, ἧς ἀνευ τὴν προτέραν οὐκ ἐστὶ πιστεύεσθαι, ἐπεὶ μὴ πάντα τὰ προφητευθέντα ἐπλήρωσεν αὕτη. Διόπερ οὐδὲ πιστεύουσιν Ἰουδαῖοι, τῷ μὴ πεπληρωσθαι τὰ τῆς ἐνδόξης παρουσίας, οὐκ εἶναι Χριστὸν οἰόμενον τὸν οὕτω παραγεγόμενον. Διὰ τοῦτο συμπλέξας εἶπε, *Κεφαλὴν σὺν τοῖς ποσὶ*, τουτέστι, τὴν προτέραν παρουσίαν μετὰ τῆς δευτέρας· ἵνα καὶ σὺν ἀδοξίᾳ πρόβατον ἐπὶ σφαγῆν ἀγθέντα δέξῃ τὸν Κύριον, καὶ βασιλέα μετὰ δόξης φαινόμενον ἴδῃ· ἄπερ ἀμφοτέρω προεῖπεν Ἡσαίας ὁ προφήτης· καὶ μὴ τὴν λύτρωσιν τῆς Ἰερουσαλὴμ ἀπαίτησῃ, ἀλλ' ὑστερον προσδοκῆσῃ τὸ, *Ἦξει ἐκ Σιών ὁ βρόμτος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβεῖς ἀπὸ Ἰακώβ, σὴν ὡς αὐτοῦ τὸ ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ, τὸ μέλλον ἐπ' αὐτὸν ἐπιστρέψει*. Ἐπὶ δὲ τῆς προτέρας παρουσίας τὸν ἀντιόν ἴδεις πληρούμενον, τὸ, *Ἐγκαταλείψει τὸν οἶκόν μου, ἀζηκὰ τὴν κληρονομίαν μου*· καὶ τὸ, *Παρέδωκε τοὺς ἀσεβεῖς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλοῦτους ἀντὶ τοῦ θανάτου*. Κεφαλὴν σὺν τῶν ποσὶ λέγων, προδιαμαρτύρεται τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι τὴν ἄδοξον παρουσίαν τοῦ Κυρίου μὴ χωρίσθητε τῆς ἐνδόξης, ἵνα μὴ τῆς κοινωνίας χωρισθῆτε πρὸς αὐτὸν ἀπιστήσαντες. Ἄλλὰ καὶ σὺν τοῖς ἐντοσθίοις, φησὶ. Τί τοῦτο ἐστὶ; Μὴ σκανδαλισθῆτε περὶ τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπόκρυφον θεωρήσατε· μὴ ἀνθρώπων ἐπίσης ὑμῖν νομίσητε, διότι καὶ ἀνθρώπος ἐστὶ κατὰ σῶμα· ἀλλὰ γινώτε πνευματικῶς αὐτὸν, καὶ γινώσεσθε ἐν αὐτῷ τὸν Πατέρα. Ἐως γὰρ ἂν τὸ ἐνδὸς μὴ ὄραξ, μηδὲ μετέχῃς ἐντοσθιῶν, οὐπω Χριστὸν εὐωχίας, ἀνθρώπων οἰόμενος αὐτὸν, οὐ Θεόν. Λέγει δὲ αὐτός· *Ὁ ἑωρακὴς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα*. Σκεπτόμεν δὲ καὶ τὸ, *Οὐκ ἀπολείψετε ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ πρῶν*. Καὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ Παῦλος ἐρμητικῶς λέγων, Ἀνάμνησιν ἡμᾶς τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου [257] ποιέσθαι, ἕως ἂν ἐλθῃ. Αὕτη γὰρ ἕως τοσοῦτου τελεῖται, καὶ σὴν τὸς τελοῦντας, ἕως ἡ παρούσα νῦν παρέλθῃ, καὶ πρῶν γένηται, καὶ ζῶν ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ Χριστὸς ἐπιλάμψῃ, διὰ τῆς ζωῆς*

• Savil. conicit. ὄσπερ.

ἑαυτοῦ σώζων ἡμᾶς, ὁ νῦν διὰ τοῦ θανάτου σώζων, *Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες*, φησί, *κατηλιγήμεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῶ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ.* Ἡδὴ μενοῦν ἐν τῷ θανάτῳ Χριστοῦ σωζόμεθα, τότε δὲ ἐν ζωῇ αὐτοῦ. Οἰκείον τὸ σύμβολον τὸ μὴ καταλιμπάνεσθαι τῶν κρῶν τοῦ θύματος εἰς τὸ πρῶν. Καὶ γὰρ ἡμεῖς τότε ζῶντες ἐσόμεθα, καὶ ἡ παρούσα νέκρωσις ἡμῶν πάρεσι, νῦν μὲν οὐκ ἄλλως σωζόμενοι, εἰ μὴ νεκρωθείμεν, τότε δὲ ζωτικῆν ἐχόντων σωτηρίαν. *Μὴ τὰ ἐπίγεια*, φησί, *σπρονεῖτε ἀπέθανε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ.* *Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῆ ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ.* Διὰ καὶ εἰ τι τῶν κρῶν τοῦ λειπίου περισεύου, πρὸ κατακαίεται, ἐν εἰδείμεν, ὅτι κατὰ τὸν νῦν αἰῶνα Χριστὸς τέθηκε τῇ ἀμαρτίᾳ ἐφάπαξ· οὐκέτι δὲ θάνατος αὐτοῦ κυριεύει, ἀλλὰ ἀπειρήται τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, ὡσπερ πυρὸς, τὰ τοῦ θανάτου σημεῖα, τῆς ζωῆς ἐπικρατήσαστος. *Τὸ δὲ δὴ ὅσοι οὐ συντριβήσεται ἀπ' αὐτοῦ.* Φησί μὲν ὁ μακάριος Ἰωάν-

νης καὶ σωματικῶς πεφυλάχθαι, μὴ καταγέεντων αὐτοῦ τῶν σκελῶν· ἔχει δὲ καὶ τὴν πνευματικὴν δῆλωσιν, ὅτι τὸ στερρὸν τὸ ἐν αὐτῷ διέμενον ἀήτητον, καὶ διὰ τοῦτο φθορὰ τοῦ σώματος οὐκ ἤφατο, στερρὸτάτην καὶ ἀσύντριπτον σχύοντος τὴν ὑποβάθραν, διὰ τὸ θεῖος καὶ μὴ σαρκικῶς συστήναι τὸ σῶμα, καὶ θεῖαν ἐσχηκὸς τὴν γέννησιν μὴ ὑποκείσθαι τῇ τῶν ἀνθρώπων φθορᾷ. *Ἢ σὰρξ αὐτοῦ*, φησὶν, *οὐκ εἶδε διαφθοράν.* Ταῦτα περὶ τῆς σωτηρίου χρήσεως τῆς ἱερᾶς βρώσεως ἐξετάζετε, πρὸς τὸν λόγον καὶ νῦν, εἰς ἕτεραν ἐξετάσιν τὰ μετὰ τοῦτο καταλιπόντες, αἰτούμενοι παρὰ τοῦ Κυρίου τὴν αἰτησιν, ἣν Δαυὶδ ἠτήσατο· *Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θανατώσια ἐκ τοῦ νόμου σου, ἦ*· ἡμῖν μὲν εὐκαταφρόνητος ἡ τῶν νομίμων ἀνάγκωσις ἐν, καθάπερ Ἰουδαίους ἕως τῶν τύπων ἱσταμένοις, ἀλλὰ θεῖος τὰ θεῖα νοοῦντες σύμβολα, πρὸς τὴν θειοτάτην ἀλήθειαν φθάσωμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὐ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

### Εἰς τὴν αὐτὴν πραγματείαν (Πάσχα) γ'.

Τὴν μὲν ἀγιότητα Χριστοῦ τὸ θῦμα τοῦ πάσχα μετὰ τοῦ ἁμώμου ὑποδείκνυσι· τὴν δὲ ἐν τῷ πάθει Χριστοῦ σωτηρίαν ἀνθρώπων ἢ τῶν πρωτοτόκων σωτηρία διὰ τῆς θυσίας τοῦ πάσχα δοθεῖσα· τὴν δὲ ἁγιασμόν, ἢ βρώσις. Καὶ ταῦτα ἡμῖν ἤδη προεῖρηται. Νῦν ἐκ τῶν ὑπολοίπων τῆς νομοθεσίας ἐπισκεπτέον, ὅπως μὲν δεῖ παρασκευάζεσθαι τὸν ἁγιασθῆσόμενον, ὅπως δὲ προεῖναι πρὸς τὴν τῆς ἀγιότητος κοινωνίαν, ὅσον δὲ τὸν βίον διαίγειν μετὰ τὸ γενέσθαι τοῦ ἁγίου μέτοχόν τε καὶ κοινωνόν. Τὴν μὲν οὖν παρασκευὴν, ἣν παρασκευάσασθαι δεῖ τὸν μέλλοντα μετέξιν Χριστοῦ, διὰ περιτομῆς ἐπέδειξεν ἡμῖν ὁ νομοθέτης τυπικῶς λέγων, *Ὅτις ὁ νόμος τοῦ πάσχα· Πᾶς ἀλλογενὴς οὐκ ἔδεται ἀπ' αὐτοῦ, καὶ πάντα οἰκέτην τινὸς καὶ ἀργυρῶντηον περιτέμῃς αὐτόν, καὶ τότε φάγεται ἀπ' αὐτοῦ.* Περιτομὴ δὲ τότε μὲν ἦν μερικὴ, καὶ τὴν ὠφέλειαν αὐτόθεν οὐκ ἐπιδεικνύουσα. Οὐδὲν γὰρ καλλίων ἐκ τῆς περιτομῆς ἀνθρωπος ἀπεδείκνυτο παρὰ τὸν ἀκρόβυστον· ἀλλὰ καὶ δυνατός παρὰ Θεοῦ τοῖς Ἰσραηλῆταις ἦν. *Ὅτι πάντα τὰ ἔθνη*, φησὶν, *ἀπερίτεμος σαρκί, ὁ δὲ οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτεμος καρδίαις αὐτῶν.* Ἢ δὲ ἀληθὴς περιτομὴ καθ' ὅλην ἐστὶ σαρκὸς, φίλον τε καὶ [258] οἰκείον ἀποδείκνυσι· Ἐθεῖ τὴν περιτεμνόμενον τῇ καρδίᾳ, ἀπεριτεμνόμενον τὸ κάλυμμα τὸ σαρκικόν, ὅπερ ἐκ διαδοχῆς πατέρων ἔχοντας ἡμᾶς, καὶ πειραρεθῆναι χρῆζοντας ἡμᾶς αὐτὸ, προὔδειξεν ὁ νόμος τὰ γεννητικὰ περιτέμνων μόρια, τῆς γεννήσεως τὰ σύμβολα ποιῶν διὰ τούτου, καὶ τοῦ καλύμματος τοῦ κατὰ γέννησιν ἡμῖν ἀκολουθοῦντος. Οὐδὲς οὖν μὴ περιτεμνόμενος τὸν σαρκικὸν τρόπον ἐπὶ τὴν κοινωνίαν ἀρρίζεται Χριστοῦ. Ἄλλ' *Ἡμεῖς ἐσμεν ἡ περιτομὴ*, φησὶν, *οἱ Χριστοῦ μέτοχοι, οἱ Πνεύματι Θεοῦ λατρουόμενες, καὶ μὴ πεποιθότες ἐν σαρκί.* Γυμνὴ γὰρ ἡ καρδία παντός σαρκικοῦ λατρεῖν ἀληθινῶς Θεῷ δυνατὰ, καὶ τῷ Χριστῷ συγκρινῶσθαι πνεύματι. Ταύτης τῆς περιτομῆς· κατάρχει μὲν τὸ τοῦ Κυρίου πάθος ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθήμενον τὴν σάρκα, καὶ τὴν περιτομὴν αὐτὴν δι' ἡμᾶς ἀναδεξαμένου· ἐκτυπῶνται δὲ τὸ μυστήριον εἰς ἡμᾶς ἐν βαπτίσματι, καὶ τελεῖται τῷ βίῳ τῷ κατὰ Χριστόν. *Περιτεμήθητε γὰρ, φησὶ, περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταξάντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι.* Ἔως οὖν οὐκ ἀποτίθεσθαι τὸ σαρκικὸν ἦθος, ἀλλογενὴς εἰ καὶ ἕνος ἀμέτοχά σοι καὶ ἀκοινωνήτα πρὸς τὸν ἅγιον ἐξ οὐρανοῦ παρόντα Χριστόν· οὐράνιον γὰρ γενέσθαι δεῖ τὸν τῷ οὐράνιῳ προσελασόμενον· οὐράνιος δὲ οὐδὲς ἂν γένοιτο, μὴ τὰ γήινα περιελών. Οὕτω μὲν δὴ προαπθόμενος τὸν παλαιὸν ἀνθρώπον ἐν τῇ χάριτι τοῦ βαπτίσματος, καὶ τῇ προθυμίᾳ τῶν πνευματικῶν πράξεων, προσελεύσει καὶ μετέξιν Χριστοῦ. Δεύτερον δὲ ἰδεῖν ἐστίν, ὅποιοι τινες ὑπὸ τοῦ νόμου ἔλλονται· πάντες οἱ τοῦ πάσχα μεταλαμβάνοντες· ἵνα καὶ ὅποιος ἡμᾶς εἶναι δεῖ Χριστοῦ μεταλαμβάνοντας ἐπιγυμνωμένον. *Ὅτι*, φησὶ, *φάγεσθε*

*αὐτό· αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμένοι, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν.* Ὅσοιπορὸν τὸ σχῆμα εὐσταθῆ καὶ ἐζωνων ὑποδείκνυσι καὶ ἔτοιμον τρέχειν εἰς ἐπαγγελίαν Θεοῦ, ὡσπερ ὁ Ἰσραὴλ τότε πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς ὁδίτης ἐστέλλετο. Σκόπει δὲ μοι τὸν πνευματικὸν ὁδοπόρον, παρ' ἐκεῖνον ὅσον ἔχει τὴν ὑπεροχὴν, οὐκ ἐπὶ τὴν κάτω σπεύδων γῆς ἐπαγγελίαν, οὐ τὰ πρόσκαιρα μεταδιώκων καλὰ, οὐ γῆν ἀντὶ γῆς ἀλλαστόμενος, Ἰουδαίαν ἀντ' Αἰγύπτου· ἀλλὰ τί φησὶν ὁ ταυτοῦτος ὁδοπόρος περὶ τῆς ὁδοπορίας τῆς ἑαυτοῦ; *Τὸν δεισθεὶν ἐπιλανθάνομενος, τοῖς δὲ ἐμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος κατὰ σκοπὸν δυνάμει ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἀνω κλήσεως.* Ὅσφύς οὖν περιεζωσμένη τῇ ἀληθείᾳ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Οὕτω γὰρ ἔση πρὸς τὸν δρόμον τὸν ἀγαθὸν εὐζωνος, ἐὰν πάντα τὰ παρόνα ματαιώτητα καὶ ψεύδος ὑπολαβῶν, κατὰ τὸν Δαυὶδ, τὴν μέλλουσαν ἀλήθειαν ἐπιζητοῦντος, κάκεινης ἔχης τὸν πόθον. Πόδες δὲ ὑποδεδεμένοι τῇ ἐτοιμασίᾳ, φησὶ, τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, πρὸς πάντα δρόμον ἀγαθὸν εὐτρεπεῖς, δι' οὗ τὴν εἰρήνην τὴν πρὸς Θεὸν βεβαιούμεν αὐτοῖς, καθὰ φησὶν ὁ Ἀπόστολος· *Εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*· καὶ, *Δι' ἐπομονῆς τρέχωμεν*, φησὶ, *τὸν προκείμενον ἡμῖν ὁδόν*· καὶ, *Ὅθεν τρέχω, ἵνα καταλάβω.* Βακτηρία δὲ ἐκεῖνοις ἐν χερσὶν ἐλπίδες· ἢ ἐἰς Θεὸν στηρίγματα ψυχῆς, οὐκ ἔωσα ταῖς θλίψεσιν ἕσθαι<sup>d</sup>, καθάπερ ὁ Παῦλος εἰρηκεν, ἀλλὰ στηρίζουσαι βεβαίως εἰς τὸ μὴ σαλεύεσθαι. Ἔδεσθε αὐτὸ μετὰ σπουδῆς· *πάσχα ἐστὶ Κυρίου.* Οὐ βῆθμος, οὐδὲ πρὸς ἦθον τροφή, οἷκ ἀνείμενον οὐδὲ κατακεκλιμένον, ἀλλ' ἐγγεγερμένον ἔχοντων τὸ φρόνημα καὶ συντεταμένον. Διότι τῆς ὁλοθρευτικῆς τιμωρίας ὑπέρασαν ἡμῖν παρέχει, τὸν Κυρίῳ ταύτην δωρομένου. Διὸ φησὶ, *Πάσχα ἐστὶ Κυρίου*· ὅπερ ἕτερος ἑρμηνεύων ἀντικρυς εἰρηκεν, *Υπέβασις ἐστὶ τοῦ Κυρίου.* Μετὰ δὲ τὴν τοιαύτην μετάψλην τοῦ θεοῦ βρώματος τὸ τρίτον ἴδωμεν, ὅποῖον εἶναι δεῖ καὶ τὸν βίον τοῦ μετεσχηκτός τῆς ἁγίας τροφῆς· ὑποδείκνυσι δὲ τούτου τὰ ἄζυμα, καὶ αἱ τῶν ἄζύμων ἡμέραι. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν περὶ τῶν ἄζύμων σπουδαζέτωσαν, καὶ τὰς ἐπτά νομιζέτωσαν ἡμέρας παρέχειν αὐτοῖς· τὴν θαυμασίον, ὅτι ζυμῶν οὐκ ἔθλουσαν, οὐδὲ ἔχουσι παρ' αὐτοῖς, ὅσοι μὲν ἔχοντες ὠφέλειαν ἀπὸ τοῦ πράγματος ἐπιδειξάν· τύπον γὰρ ἐπιτελοῦσιν, οὐκ [259] ἀλθῆσιαν. Σὺ δὲ σκόπει τὰ ἄζυμα, καθὰ τὸ Ἀποστόλου προεῖρηται, καὶ ἡμεῖς ἐπεσημηγμένα τὴν εἰλικρινῆ καὶ καθαρὰν ἀπὸ πάσης κακοουργίας ψυχῆν, τὸν καὶνὸν τρόπον καὶ μηδὲν τῆς παλαιᾶς κακίας ἐπαγόμενον· εἰς δὲ καὶ καλῶς ἐργημένων φαίνεται τὸ, *Ἀφανίσαιτε ἐκ τῶν οἰκῶν ὑμῶν. Πᾶς ὃς ἂν φάγη ζυμῶν, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη* ἐξ Ἰσραὴλ. Κακίας γὰρ παλαιᾶς ἐπανάληψις ἄεθρος πρὸς τὴν κοινωνίαν· μετηγμένῳ. *Εἰ κατὰ*

<sup>a</sup> Fort. ἀποδεικνύουσα.

<sup>b</sup> Διὰ στίλλονται, ut a nonnullis conjectum est?

<sup>c</sup> Savilius legendum putat ἐλπίδες αἰ. <sup>d</sup> Legendum videtur αἰνεῖσθαι.

<sup>e</sup> Savil. conjicit καινότητα.

Illud. *Non relinquitis de eo usque mane (Exod. 12. 10)*. Illud Paulus nobis interpretetur dicens, Commemorationem passionis Domini fieri, donec veniat (1. Cor. 11. 26). Illa enim usque ad tantum temporis spatium perficitur, et servat eos qui pericium; donec præsens nox transeat, et matutinum adveniat, Christusque vivens nobis de caelo splendeat, per vitam suam nobis salutem pariens, qui nos nunc per mortem servat. *Si enim cum inimici essemus, inquit, reconciliati sumus cum Deo per mortem Filii ejus; multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius (Rom. 5. 10)*. Jam ergo in morte Christi servamur, tunc vero in ejus vita. Hujus autem rei proprium symbolum est, quod nihil servetur de carnibus victimæ usque mane. Nam nos tunc viventes erimus, et nostra nunc mortalitas transit, cum non alio modo nunc salutem obtineamus, nisi mortificati simus; tunc vero viventes habituri simus salutem. *Ne terrena, inquit, sapiatis: mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quando Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos cum ipso apparebitis in gloria (Col. 3. 10-4)*. Quapropter si quid ex carnibus victimæ supersit, igni crematur; ut sciamus Christum in præ-

senti sæculo mortuum fuisse peccato semel et mortem non illi ultra dominari, sed exclusam fuisse virtute Spiritus, quasi igne; cum mortis signa vita superaverit. *Os autem non comminuetur ex eo (Exod. 12. 16)*. Ait quidem beatus Joannes (Cap. 19. 33) illud etiam in corpore servatum fuisse, quod crura ejus non confracta fuerint; sed habet etiam spiritualem significationem, quia firmitas in illo mansit invicta: ideoque corruptio corpus ejus non invasit, quod firmissimam et infractam haberet basim, quia divinitus, non autem carnaliter constabat corpus, et quia cum divinam haberet generationem, hominum corruptioni subjectum non erat. *Caro ejus, inquit, non vidit corruptionem (Act. 2. 31)*. His de sacri cibi usu salutari discussis, jam dicendi finem faciamus, ad aliud examen cætera relinquentes. Petamusque a Domino id quod petiit David: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua (Psal. 118. 18)*: ut nobis vilis esse videatur legalium lectio, si ut Judæi figuras solum attingamus; sed divino modo divina cogitantes symbola, ad divinissimam veritatem perveniamus, in Christo Jesu Domino nostro, per quem et cum quo gloria Patri et sancto Spiritui in sæcula sæculorum. Amen.

### IN IDEM ARGUMENTUM PASCHÆ. III.

Sanctitatem Christi subiudicabat Paschæ cum agno immaculato sacrificium; salutem vero hominum ex Christi passione partam significabat primogenitorum salus per sacrificium Paschæ conciliata; sanctificationem indicabat comestio. Hæc jam a nobis dicta sunt: nunc reliqua in lege posita sunt consideranda, quomodo nempe se præparare debeat is, qui sanctificandus est; quomodo accedere debeat ad sanctitatis communionem, quam vitam agere debeat postquam sacri mysterii consors et particeps factus est. Quomodo autem se præparare debeat is, qui Christi particeps futurus est, per circumcisionem figurate nobis ostendit legislator dicens: *Hæc est lex Paschæ: Omnis alienigena non comedet ex eo, et omnem servum et emptitium circumcidet, et tunc comedet ex eo (Exod. 12. 43. 44)*. Circumcisio autem tunc partem tantum aliquam obtinebat, neque per se tantum utilis erat. Neque enim per circumcisionem homo melior erat incircumciso; imo id in opprobrium Israelitis a Deo vertebatur, *Quia omnes gentes, inquit, incircumcisæ sunt carne, domus autem Israel incircumcisæ sunt cordibus suis (Jer. 9. 26)*. Vera autem circumcisio carnem totam spectat: amicum vere et familiare Deo ostendit eum, qui circumcisus est corde, et cui sublatum est operimentum carnale, quod ex patrum successione nos habere, et sublatum oportere, lex antea indicavit, cum genitales partes circumcidit, hinc generationis symbola statuens, necnon operimenti quod ab ortu nos sequitur. Nemo igitur a carnalibus moribus non circumcisus ad communionem Christi accedet. Sed *Nos sumus circumcisio, inquit, qui Christi particeps sumus, qui Spiritui Dei servimus, neque in carne confidimus (Philipp. 3. 3)*. Cor enim omni re carnali nudatum, Deo vere servire potest, et cum Christo spiritu commiseri. Hujus circumcisionis initium est passio Domini, qui pro nobis carnem deposuit et hanc circumcisionem propter nos suscepit: figuratur autem in nobis mysterium in baptisate, et consummatur per vitam secundum Christum transactam. *Circumcisi estis, inquit, circumcisione non manu factu, in expoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi, conspulti ei in baptismo (Col. 2. 11. 12)*. Quamdiu ergo non deponis carnalem morem, alienigena es et peregrinus, nec consors particepsve esse debes sancti qui de caelo adest Christi: caelestem enim oportet eum esse qui ad caelestem accedit: caelestis autem esse non potest, qui terrena non aufert. Sic igitur deposito veteri homine in gratia baptismi, ex studio spiritualium operum accedes et Christi particeps eris. Secunde videndum: est, quales secundum

legem sint ii, qui Pascha sumunt; ut cognoscamus quales nos esse oporteat, qui Christi particeps sumus. *Sic, inquit, comedetis illud: lumbi vestri accincti erunt, et calceamenta erunt in pedibus vestris, et baculi in manibus vestris (Exod. 12. 11)*. Is viatorum habitus, accinctus, expeditus, subiudicat paratum esse oportere ad currendum in promissionem Dei, ut tunc Israel paratus viator transmittatur ad promissam illam terram bonam. Considera autem mihi spiritualem viatorem, quantum scilicet antecellat illi viatori; qui non ad hanc infimam terram promissionis currit, non temporalia bona sequitur, non terram pro terra mutat, Judæam pro Ægypto; sed quid ait de itinere suo viator ille? *Eorum, quæ retro sunt, obliviscor, et ad ea, quæ ante me sunt, me extendo, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis (Philipp. 3. 13. 14)*. Lumbi igitur sint veritate præcincti, secundum Apostolum (Ephes. 6. 14); sic enim eris ad bonum cursum expeditus, si presentia omnia vana et mendacia putans, secundum Davidem (Psal. 38. 8), futuram veritatem quæras, et ejus desiderio tenearis. *Pedes vero calceati, inquit, in præparatione evangelii pacis, ad omnem cursum bonum habiles, quo pacto pacem apud Deum nobis firmamus, ut ait Apostolus: Pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum (Rom. 5. 1); et, Per patientiam, inquit, curramus ad propositum nobis certamen (Hebr. 12. 1); et, Sic curro, ut comprehendum (1. Cor. 9. 26)*. Baculi in manibus sunt, spes in Deum, quæ firmat animam, nec sinit eam a tribulationibus dejici (1 Thess. 3. 3), ut dixit Paulus, sed firmiter illam fulcit, ne vacillet. *Cum studio comedite illud; Pascha est Domini (Exod. 12. 11)*. Non mollis, nec ad voluptatem data est esca, non demissorum nec declinantium, sed eorum, qui vigitem et intentum habent animum, quia id nobis præstat, ut perniciem et supplicium vitemus, Domino dante. Quapropter dicit, *Pascha est Domini*; quod alius interpretes vertit, *Supergressio est Domino (a)*. Post talem divini cibi participationem, tertio videamus qualem oportet esse vitam ejus, qui sacrum cibum accipit. Hanc subiudicant azyma et dies azymorum. Judæi itaque azyma eurent, putentque septem dies mirabile quiddam sibi præstare, quia fermentatum non comedunt, nec apud se retinent, nec possunt ostendere aliquam sibi hinc utilitatem provenire: typum enim celebrant, non veritatem. Tu

(a) Interpretes ille qui  $\mu\alpha\delta$  vertit *supergressio* (  $\mu\alpha\delta$   $\mu\alpha\delta$  ) est Aquila, ut videas in Hexaplis nostris Exod. 12, 11; et in Appendice in fine ejusdem Tomi.

vero azymum considera secundum Apostoli dictum, et ut nos indicavimus; est quippe anima sincera et ab omni nequitia pura: sunt item novi mores, qui nihil veteris malitiæ retineant. Circa quam rem apposite dictum videtur illud: *Eliminabitis ex domibus vestris. Omnis qui comederit fermentatum, exterminabitur anima illa ex Israel (Exod. 12. 19)*. Nam veteris nequitiae resumptio, perniciosa est ei, qui translatus est ad novam vitam. *Si secundum carnem vivatis, inquit, moriemini (Rom. 8. 13)*. Quod autem est symbolum septem dierum? Ait, *Septem diebus comedetis azyma*. Accidit ut septem dies totum sint tempus. Nam post septimam diem, quæ est sabbatum, fit regressus diei primæ, et hic temporis circulus per dies septem in se revolvitur. Per totum certe tempus in simplicitate et in sinceritate oportet te vivere, et hoc vere salutare est. *In spiritu, inquit, opera corporis mortificate, et vivetis (Ibid.)*. Simples autem sunt mores ejus, qui carnalia non querit, qui est a mala consuetudine, a versutia alienus, nihil malum, nihil amarum cogitans. Cur vero primam et septimam diem sanctas vocat dicens: *Prima dies vocabitur sancta, et septima dies sancta erit nobis (Exod. 12. 16)*? Quia prima dies initium denotat, quo sanctificamur Spiritum sanctum accipientes; septima vero finem significat, cum a

corpore migrantes, sumus cum Christo, et proficiscimur ad Dominum, hac terrena relicta peregrinatione, totique ad sanctitatem transferimur. *Cum sumus, inquit, in corpore, peregrinamur a Domino (2. Cor. 5. 6)*. Has vero sanctas dies operibus vacuas vult lex esse. Nam ait, *Omne opus non facietis in eis (Exod. 20. 10)*. Quod innuit non immergendam esse animam in negotia terrena, neque servituti obnoxium esse oportere cum servitute Dei non congruenti; sed illa sola diligentem agenda esse, et ad illa contendere oportere, quæ animæ utilia sunt. Et hujus quoque rei symbolum est illud: *Cæterum quæcumque fieri omni animæ, hæc solum fieri a vobis*. Quapropter Dominus ut legalis quietis interpretationem adduceret, quod scilicet ab inanibus tantum operibus quies requireretur, non autem ab iis, quæ ad animæ utilitatem spectarent, Phariseos arguebat: *Licet in sabbato bene facere an male facere, animam salvare an perdere (Marc. 3. 4)*? Quod si recte et secundum Christum velis servare sabbatum et festalem quietem, a mundanis curis et operibus abstinere: illa cura et operare quæ Dei sunt, et ad utilitatem animæ fiunt; et sic sabbatum servabis sanctum et vere bonum, et celebrabis sanctam solemnitatem, imaginem ejus quæ est apud Christum, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

#### IN EANDEM REM. IV.

Pascha quidem celebrant Judæi, in commemorationem liberationis ex Ægypto, quo tempore primogeniti a morte erepti sunt. Ideo Pascha vocatur, quia est transitus supra mortem: id enim vox Hebraica significat. Nos vero Pascha celebramus, non partem solum ereptionis a morte, ut illi, neque a temporanea servitute liberationem; sed perfectam a morte redemptionem, perfectamque a diaboli servitute solutionem. Primogenitorum mors illos supergressa est, qui typicum agnum immolaverant, et sanguine januæ fores unxerant: nos vero mors a protoplasto parva pertransit, nec potest apprehendere eos, qui divini agni sacrificium acceperunt, et fide salutaris sanguinis signati sunt. Illis agnus ex terra desumptus erat; nobis de cælo, secundum Abraham typum, quando arietem habuit a Deo missum, quem pro filio offerret; nunc autem vere de cælo missus est agnus, qui oblatum est pro nobis, ut ne ultra a morte detineamur, propter Christum, qui a morte detineri nequit. Misit enim, inquit, Deus Filium Servatorem mundi (1. Joan. 4. 10); et *Descendi de cælo (Ibid. 6. 42)*. Deque ipso testificatur Baptista: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi (Id. 1. 29)*. Peccatum enim non auferret irrationabilis agnus, ideo nec mortem ex peccato partam: rationabilissimus autem agnus, soluto peccato, mortem cum illo destruxit. Educit autem nos, non ex Ægyptiaca captivitate in Judæam, sed ex mundo corrupto in æternam possessionem. Est simul agnus et Pastor oves ducens. Ante illas ibo, inquit, ducens ipsas in æternam vitam. Principium mensium Judæis est agni sacrificium, et egressio ex Ægypto: nobis vero principium vitæ est Domini passio, et translatio cum Christo ex hoc mundo: tunc enim vivimus, cum mundo morimur; tunc regeneramur in Deum, cum terrenam generationem deponimus. Agnus indivisibilis est, qui in una comeditur domo spiritualis Ecclesiæ. Alibi vero non reperitur: quemadmodum et Judæis corporeis prohibuitur erat, ut carnes agni extra domum efferrent. Agnus ob mansuetudinem Christus. Secundum autem altiore[m] viam, hœdus in similitudinem ejus tunc immolabatur. Panis azymus erat iis, qui Pascha comedeant: nobis vero communio cum Christo, cum nova et simplicissima mente; sicut azy-

num est nova simplexque massa. Herba amaræ quæ cum Paschate comedeantur, tunc tribulationes nostras significabant, per quas Christi passiones participamus. Amara enim res est tribulatio, licet fructus illa partus sit suavis. Os agni non conterebatur, et hoc lex præcipiebat, Christum præfigurans, ut narrat Evangelium, quia nemo sacra Domini crura confregit: *Ut impleretur Scriptura: Os non comminuetur ex eo (Joan. 19. 33. 36)*. Carnes noctu comedeantur, et ad diem sequentem nihil relinquebatur, quia mors Christi in presenti sæculo memoratur, in futuro autem apparet vita. Hæbitus eorum, qui Pascha comedeant, erat lumborum præcinctio, calcei in pedibus, baculi in manibus; cultus omnino viatorum, qui parati sunt ad iter festinanter agendum: nobis vero animi propositum apparatus est ad profectionem ex hoc mundo. Ideoque paratæ et accinctæ animæ mundi sollicitudines fugiunt ad iter expedite, ut ad cælum currant. *Nostra enim conversatio, inquit, in cælis est (Philipp. 3. 20)*. Baculum quo fulciamur sumpsimus, fidem et spem in Christum. Accenditur nostris animabus lucerna, ut illis lucerna erat corporea. Animarum lucerna nobis est lex Christi: nam *Lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis (Psal. 118. 105)*. Dicit autem ipse Dominus de illis: *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes: et vos similes hominibus expectantibus dominum suum (Luc. 12. 35)*. Reliquum est, ut videamus, quinam sint ii qui Pascha comedunt. Nemo incircumcisus Pascha comedit; sed etiamsi alienigena, atque servus emptitius, circumciditur. Nemo enim Christi particeps esse potest, nisi humanas superfluitates circumcidat, ac nisi a carnalibus sordibus sit expurgatus, quas ab ortu ex patribus suscepimus. Hujus namque rei typus erat corporea circumcisio. Ideo dicebat propheta Jeremias (Cap. 4. 4), Circumcidendam esse duritiem cordis vestri. Festinemus igitur ad beatam Christi communionem, et a mundi malis puri efficiamur, ut spiritualibus bonis sanctificemur. Nemo in mundo versetur, sed festinemus omnes (in cælum), ne maneamus sub servitute principis hujus sæculi; sed ad libertatem transferamur a Christo, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

#### IN IDEM ARGUMENTUM. V.

1. Apud Judæos sunt figure, apud nos veritas. *Umbra enim, inquit, lex habuit futurorum bonorum (Hebr. 10. 1)*; et, *Lex per Moysen data est, gratia et veritas*

*per Jesum Christum facta est (Joan. 1. 17)*. Neque enim Judaica aliens sunt a Christo; sed per figuram et umbram referebantur ad Christum. Ejus autem personali



σάρκα ζῆτε, φησί, μέλλετε ἀποθνήσκειν. Τί δὲ τὸ τῶν ἐπιτὰ σύμβολον ἡμερῶν; Διὸ, φησὶν, Ἐπιτὰ ἡμέρας ἔδεσθε ἄζυμα. Ἐπιτὰ συμβέβηκεν ἡμέρας εἶναι τὴν ἅπαντα χρόνον. Μετὰ τὴν ἐβδόμην, ἥτις ἐστὶ τὸ σάββατον, ἐπάνοδος τῆς πρώτης γίνεται, καὶ οὗτος ὁ κύκλος τοῦ χρόνου διὰ τῶν ἐπιτὰ πρόβεισιν ἡμερῶν εἰς ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενος. Πάντα δὴ τὸν χρόνον ἐν ἀπλότῃ καὶ εὐκρινεῖα ἔδει σε ζῆν, καὶ τοῦτο σωτήριον ἀληθῶς. *Εἰ γὰρ πνεύματι*, φησί, *τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε.* Ἀπλούς δὲ ὁ τρόπος τοῦ μὴ ζητούντος τὰ σαρκικά, ἀκαχοθήσας, ἀπάνουργος, μὴ δὲν κακὸν, μὴδὲν πικρὸν ἐννοῶν. Διὰ τί δὲ τὴν πρώτην ἡμέραν καὶ ἐβδόμην ἀγίας καλεῖ, λέγων Ἡ ἡμέρα ἢ πρώτη κληθήσεται ἀγία, καὶ ἡ ἡμέρα ἢ ἐβδόμη κληθή ἀγία ἐστὶ ἡμῖν; Ὅτι πρώτη μὲν ἡμέρα δηλοῖ τὴν ἀρχήν, καθ' ἣν ἁγιαζόμεθα, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑποδέχομενοι· ἐβδόμη δὲ τὸ τέλος σημαίνει, ἡνίκα δὴ ἀπὸ σώματος ἀναλύσαντες γινόμεθα σὺν τῷ Χριστῷ, καὶ ἐπιδημοῦμεν τῷ Κυρίῳ, καταλιπόντες τὴν ἐκδημίαν τὴν ἐπὶ γῆς, ὅλοι δὲ πρὸς τὴν ἀγιότητα μεταστάντες. Ἐρθημιούρτες γὰρ. φησί, *τῷ σώματι, ἐκδημιούρτες ἀπὸ τοῦ Κυρίου.* Τὰς δὲ ἀγίας ταύτας ἡμέρας ἀνειμένας ἔργων

ὁ νόμος εἶναι βούλεται. Πᾶν γὰρ ἔργον, φησὶν, οὐ ποιήσετε ἐν αὐταῖς· ὅπερ δηλοῖ μὴ συγκάπτεσθαι ἃ τὴν ψυχὴν περὶ τὰς πραγματείας τῆς ἐπιτελείας, μὴδὲ δουλεῖαν ὑπομένειν ἀνάρμοστον τῆ τοῦ Θεοῦ δουλείᾳ· ἀλλ' ἐκεῖνα καὶ μόνα ποιεῖσθαι διὰ σπουδῆς, καὶ περὶ ἐκεῖνα συντείνεσθαι τὴν ψυχὴν ὅσα αὐτῇ πρὸς ὠφέλειαν ἐστὶ. Καὶ τούτου πάλιν σύμβολον τὸ, *Πλήν ὅσα ποιηθήσεται πάση ψυχῇ, τοῦτο μόνον ποιηθήσεται ὑμῖν.* Διόπερ ὁ Κύριος ἐπὶ τὴν ἐρμηγείαν ἄγων τῆς ἀνεύσεως τῆς νομικῆς, ὅτι τῶν εἰς ματαίωτα συντείνόντων ἔργων ἐδίδουσαν τὴν ἀργίαν, οὐ τῶν εἰς ψυχῆς ὠφέλειαν ἡκόντων, προὔτεινε τοῖς Φαρισαίοις· *Ἐξέστιν ἐν σὺβδάτω ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι, ψυχὴν σώσαι ἢ ἀπολέσαι;* Εἰ δὲ καλῶς καὶ κατὰ Χριστὸν ἐθέλης τηρεῖν τὸ σάββατον καὶ τὴν ἀνεσίαν τὴν ἑορταστικὴν, κοσμικῶν σπουδασμάτων καὶ διαπραξέων ἀφίστασο, φρόντιζε δὲ καὶ πράττε τὰ Θεοῦ καὶ ἐπὶ ψυχῆς ὠφέλειαν· καὶ οὕτω σαββατίσεις· σάββατον ἅγιον καὶ καλὸν ἀληθῶς, καὶ ἑορτάσεις· ἀγίαν ἑορτήν, εἰκόνα τῆς παρὰ Χριστῷ, ἣ ὁδοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἐ Idem Savil. legi velleit συγκάπτεσθαι, sed libentius legerim συγκάπτεσθαι. Εἰσι.

### Εἰς τὴν αὐτὴν πραγματείας δ'.

Πάσχα μὲν ἑορτάζουσιν Ἰουδαῖοι, τῆς ἐξ Αἰγύπτου σωτηρίας ἀνάμνησιν, θανάτου πρωτοτόκων ἀποφυγῆν. Πάσχα διὰ τοῦτο ὀνομάζεται, ὅτι ἐστὶν ὑπέρβασις θανάτου· τοῦτο γὰρ ἡ λέξις δηλοῖ κατὰ γλῶτταν Ἑβραίων. Πάσχα δὲ ἡμεῖς ἑορτάζομεν, οὐ μερικὴν ἀποφυγῆν θανάτου, καθάπερ ἐκεῖνοι, οὐδὲ προτκαίρου δουλείας ἐλευθέρωσιν, ἀλλὰ τελείαν μὲν ἐκ θανάτου λύτρωσιν, τελείαν δὲ ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου δουλείας ἀπόλυσιν. Ὁ τῶν πρωτοτόκων θάνατος· ἐκείνου· ὑπερέβαινε, τὸ τυπικὸν πρόβατον θύσαντας, καὶ τῷ αἵματι τὰ περὶ τὰς θύρας χρισύνας· ἡμᾶς δὲ ὁ ἐκ τοῦ πρωτοπλάστου θανάτου ὑπερέβαινε, καταστρεῖν μὴ δυνάμενος τοὺς τὴν θυσίαν τοῦ Θεοῦ προβάτων δεδεγμένους, καὶ τῇ πίστει τοῦ σωτηρίου αἵματος περιεφραγμένους. Ἐκείνου ἀπὸ γῆς τὸ πρόβατον· ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ, κατὰ τὸν Ἀβραάμ τύπον γενόμενον, ὅτε πρόβατον [260] ἔσχε θεόπεμπτον ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ προσαγαγεῖν· νῦν δὲ ὡς ἀληθῶς θεόπεμπτον ἐξ οὐρανοῦ τὸ πρόβατον, προσαχθέν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα μηκέτι θανάτῳ κατεχόμεθα, διὰ τὸν ἀκράτητον ὑπὲρ θανάτου Χριστόν. Ἀπέστειλε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν Σωτήρα τοῦ κόσμου· καὶ, *Καταέβηκα*, φησὶν, *ἐξ οὐρανοῦ.* Καὶ μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ ὁ Βαπτιστής, Ἰδε, ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, λέγων, *ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.* Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἀφῆρει πρόβατον ἄλογον· διὰ τοῦτο οὐδὲ τὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας γενόμενον θάνατον· τὴ δὲ λογικώτατον πρόβατον ἁμαρτίαν ἔλυσε, θάνατον σὺν αὐτῇ καταλύσας. Ἐξάγει δὲ ἡμᾶς οὐκ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἀλλ' εἰς αἰωνίαν κτήσιν ἀπὸ κόσμου φειρομένου. Πρόβατον ἐστὶν ἄμα, καὶ ποιμὴν τῶν προβάτων καθήγουμένος. Ἐμπροσθεν γὰρ, φησὶν, πορεύσομαι, ἐπὶ τὴν αἰωνίαν ἄγων αὐτὰ ζωῆν. Ἀρχὴ μὴν τῶν Ἰουδαίων ἡ τοῦ προβάτου θυσία, καὶ ἡ ἔξοδος ἡ ἐξ Αἰγύπτου· ἡμῖν δὲ ἀρχὴ ζωῆς τὸ τοῦ Κυρίου πάθος, καὶ ἡ σὺν Χριστῷ μεταστάσις ἀπὸ κόσμου. Τότε γὰρ ζώμεν, ὅτε ἀποθνήσκωμεν κόσμῳ· τότε εἰς Θεὸν ἀναγεννώμεθα, ὅτε τὴν ἐπὶ γῆς γένεσιν ἀπογινοῦμεθα. Ὁ τὸ πρόβατον ἀμέριστον, ἐπὶ μιάς ἐσθίονον οἰκίας, τῆς πνευματικῆς Ἐκκλησίας, ἀλλαχού δὲ οὐχ εὐρισκόμενον· ὡσπερ καί· τοῖς σωματικῶς Ἰουδαίοις προστέτακτο μὴ ἐξενεγκεῖν τῶν τοῦ προβάτου κρῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας. Πρόβατον, διὰ τὴν ἡπιότητα, Χριστὸς, κατὰ δὲ τὴν ὑψοῦσαν ἑδὴν, ἔριφος, ὁμοίωμα αὐτοῦ τότε ἔδύετο. Ἄρτος ἄζυμος ἦν τοῖς πάσχα ἐσθίουσιν, ἡμῖν δὲ πρὸς Χριστὸν κοινωνία μετὰ καινῆς καὶ νέας καὶ ἀπλουστάτης διανοίας· ὡσπερ τὸ ἄζυμον

καὶνὸν φύραμα καὶ ἀπλόν. Αἱ πικρίδες αἱ μετὰ τὸ πάσχα ἐσθιόμεναι, τότε θλίψεις ἐδήλουν τὰς ἡμετέρας, δι' ὧν κοινωνοῦμεν τοῖς Χριστοῦ παθήμασι. Πικρὸν γὰρ ἡ θλίψις, εἰ καὶ γλυκὺς ὁ ἐξ αὐτῆς καρπός. Ὅσπου οὐ συντερίβει τοῦ προβάτου, καὶ τοῦτο ὁ νόμος ἐκέλευεν εἰς Χριστὸν προτυπῶν, ὡς τὸ Εὐαγγέλιον ἐξηγεῖται, ὅτι οὐδεὶς κατέαξε τὰ ἅγια τοῦ Κυρίου σκέλη· *Ἰνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ, Ὅσπου οὐ συντερίβεται ἀπ' αὐτοῦ.* Ἡσθίετο δὲ ἐπὶ τῆς νυκτὸς τὰ κρέατα, καὶ εἰς ἡμέραν οὐκ ὑπέλειπετο, ὅτι καὶ ὁ Χριστοῦ θάνατος ἐπὶ τοῦ παρόντος αἰῶνος μνημονεύεται, ἐπὶ δὲ τοῦ μέλλοντος ἡ ζωὴ φαίνεται. Σχῆμα δὲ τῶν ἐσθιόντων τὸ πάσχα, ὁμοίως ἐξωσμένη, ὑπόδηματα ἐν ποσίν, ἐν χερσὶ βακτηρία· Ὅδοιπορικὸν ἅπαν τὸ σχῆμα, παρεσκευασμένον εἰς ὁδοιπορίαν, ἐπιγεομένον ἀπάραι· ἡμῖν δὲ ψυχῆς ἡ πρόθεσις ὁδοιπορικὴ πρὸς ἀποδημίαν τοῦ κόσμου στελλομένη. Διὰ τοῦτο εὐσταλεῖς καὶ περισφιγμέναι πανταχόθεν αἱ ψυχαὶ τὰς τοῦ βίου μερίμνας ἀποφεύγουσι, πρὸς δὲ τὴν θεῖαν ἔτοιμοι πορεῖαν, ὥστε τρέχειν εἰς οὐρανόν. *Ἡμῶν γὰρ τὸ πνεῦμα ἐν οὐρανοῖς*, φησὶ. Ῥάβδον δὲ ἀνεῖλθαμεν, ἢ στριζόμεθα. Πίστιν καὶ ἐλπίδα τὴν ἐκ Χριστοῦ. Ἀνῆπται δὲ καὶ ἡμῖν λύχνος ταῖς ψυχαῖς, ὡσπερ ἐκείνοις ὁ σωματικὸς. Ψυχῶν δὲ λύχνος ἐστὶν ἡμῖν ὁ νόμος τοῦ Χριστοῦ· *Λύχνος γὰρ τοῖς ποσὶ μου ὁ νόμος σου, καὶ ζωὴ ταῖς τρίβις μου.* Λέγει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος περὶ τούτων· *Ἐστῶσαν ὑμῶν αἱ ὁσφύες περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι, καὶ ὑμεῖς ὁμοίως ἀνθρώποις ἐκδεχόμενοι τὸν κυρίον αὐτῶν.* Ἰπλοιστὸν ἐστὶν ἰδεῖν, τίνες οἱ τὸ πάσχα ἐσθιόντες. Ἐσθίει δὲ τὸ πάσχα οὐδεὶς ἀπερίτμητος, ἀλλ' εἰ καὶ ἄλλογενῆς ἐπὶ ἢ καὶ ἀργυρώνητος, περιτέμνεται. Οὐδεὶς γὰρ Χριστοῦ μέτοχος γενέσθαι δύναται, τὰς ἀνθρωπίνους περιττότητας μὴ περιτεμνόμενος, μὴδὲ καθαρθεὶς ἀπὸ τῶν σαρκικῶν μολυσμάτων, ἢν κατὰ γέννησιν τὴν ἐκ πατέρων διεδεξάμεθα. Τούτου γὰρ ἦν τύπος ἡ σωματικὴ περιτομή. Διὸ καὶ ἐλέγετο ὑπὸ τοῦ προφήτου Ἰερεμίου περιτεμῆσθαι· τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν. Σπεύδωμεν οὖν ἐπὶ τὴν μακαρίαν Χριστοῦ κοινωνίαν, καθαρὰ κοσμικῶν κακῶν διὰ τοῦτο γενώμεθα, ἵνα τοῖς πνευματικῶς ἁγιασώμεν ἀγαθοῖς· μηδὲς ἐπὶ κόσμον μεταστρεφόμενος, ἀλλὰ σπεύδοντες ἀπαντες· εἰς ἵνα μὴ μείνωμεν ὑπὸ τὴν δουλείαν τοῦ ἀρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀλλ' εἰς τὴν ἐλευθερίαν μεταστῶμεν τὴν παρὰ Χριστῷ, ἣ ὁδοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ἢ Omnino legendum ἐστὶ, pro ἐπί. ὃ Lege περιτεμῆσθε, vel περιτμήθητε.

ἃ Legendum p̄iat Savilius ἀπογεννώμεθα.

### [261] Εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ε'.

ἃ. Ἐν Ἰουδαίοις οἱ τύποι, παρ' ἡμῖν δὲ ἡ ἀλήθεια. Σινὴ γὰρ. φησὶν, ὁ νόμος εἶχε τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· καὶ, Ὁ νόμος, φησὶ, διὰ Μωυσέως ἐδόθη· ἡ χάρις

γὰρ καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγενετο. Οὐδὲ γὰρ τὰ Ἰουδαίων ἀλλότρια Χριστοῦ, τυπικὴν δὲ καὶ σκιοῦ τὴν πρὸς Χριστὸν εἶχον οἰκείωσιν· ἐτρητο δὲ

τῆ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ παρουσία ἡ τελείωσις, καὶ ἡ σαφὴς αὐτοφύα τῶν πραγμάτων, ὅτε καὶ ἡ αὐτοφύα τοῦ βασιλείως. Καὶ γὰρ τις εἰκόνα γράφω, σκιογραφεῖ πρῶτον, εἶτα τοῖς χρώμασι τελειοῖ τὴν γραφὴν· καὶ ἔστιν ἕτερον μὲν τῆς σκιάς ἡ εἰκὼν κατὰ τὸ φαινόμενον, ταῦτον δὲ κατὰ τὸν ὑποκείμενον τοῖς χρώμασι χαρακτηρεῖται. Σκόπει δὴ μοι διὰ τῶν σκιῶν τὰ ἀληθινὰ, καὶ θεωρεῖ διὰ τύπων τὰ δηλούμενα, καὶ ἐκ τῶν μικρῶν πρὸς τὰ μεγάλα πρόβι· καὶ μὴ μοι περὶ γῆν ἀπομεινῆς, ἐλευθερίας ἔθνους ἐνδὲς τῆς ἀπὸ τυράννου, καὶ σωτηρίας παιδίων τῆς προσκαίρου, καὶ μετοικίας τῆς ἀπὸ γῆς εἰς γῆν ἐπιτελῶν ὑπομνήματα. Οὐδὲ γὰρ τὰς Ἑλλήνων ἑορτάς εὐρύττεις ἄνωγ τι τῶν τοιοῦτων ἀφροστηκίας ὑπομνημάτων. Ἑορτάζουσι γὰρ τοι καὶ ἐκεῖνοι νόσων ἀποφυγᾶς, καὶ τυραννίδων ἐλευθερώσεως, ἀποικίας τε καὶ πόλεων κτίσεις, καὶ νίκας πολέμων, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα γῆναι καὶ πρόσκαιρα λαμβάνοντες εἰς ὑπόθεσιν ἑορτῶν. Ἦδη τὰ μεγάλα μνησθῆναι δεῖ, τὰ θεῖα καὶ βυτως Θεοῦ δῶρα, καὶ μεγάλην τὴν αἰωνίαν ἑορτάζουσιν ἑορτῆν, ἐλευθερώσιν ἐκ δαιμόνων ἀντικειμένων πολέμου τῶν πρὸς τὸ ἀγαθόν, ἀφελκόντων ἀπὸ τῆς Θεοῦ βασιλείας, σωτηρίαν οὐ πρὸς βραχὺν τινα βίον, ἀλλὰ πρὸς αἰωνίαν διαμονήν, μετοικίαν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν κατὰ τὴν παρούσαν πολιτείαν, καὶ εἰς αἰωνίαν κτῆσιν κατὰ τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν. Αἴγυπτος ἔβληθεν Ἰουδαίου· ἐλευθέρους βντας ἐκ πατέρων, ὑποβάλοισα δουλείας ζυγῷ, πλινθουργεῖν καὶ πόλεις κατασκευάζειν ἀναγκάζουσα. Σύμβολον τοῦτο θλίψεως κοσμικῆς, ἐν ἧ κατεπονείτο τὸ γένος τὸ ἀνθρώπων, ἀποπέσει τῆς παρὰ Θεοῦ τρυφῆς τε καὶ ἐλευθερίας, περὶ τὴν γῆινων ἐργασίαν διατινουμένον, καὶ τὰς σκληρὰς ἀπολλυμένας κατασκευάζον· ὅτι μὴδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνιμον μὴδὲ ἀσφαλές, ἀλλὰ πάντα φθιερύμενα χειρῶν ἀνθρωπίνων ἔργα, καὶ χρόνου παρανώματα. Ἐλευθερώσαι τῆς δουλείας ταύτης· ὁ Θεὸς βούλεται, καταπονέμενον τὸ ποίημα τὸ ἴδιον οἰκτεῖρας, ὡς περ εἶδε τὴν κίχων τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἐλευθεροῖ διὰ κτησεως· Ἐκουσίως γὰρ εἰς Θεὸν ἐπανελεθεῖν δεῖ τοὺς ἐκουσίως ἀποπηδήσαντας. Πέμπονται δούλοι νόμοι κομίζοντες, διὰ νόμου πρὸς δικαιοσύνην παρακαλοῦντες, διὰ δικαιοσύνης πρὸς Θεὸν ὀδηγοῦντες, μικρὰς ἔτι κολάσει· ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμειν ἐπάγοντας, οὕτω τέλειον ἔλεθρον ἐν μέρει κομίζοντες, τοὺς ἀσεβεῖς οὕτω παντελῶς ἐξαλειφοντες. Τοῦτο γὰρ ἐφυλάττετο τῆ τοῦ Δεσπότη παρουσίᾳ μετὰ τοὺς δούλους παραγινομένου. Τύποι δὲ τούτων καὶ σύμβολα, Μωϋσῆς ἀποστελλόμενος πρὸς Ἰουδαίους μετὰ Ἀαρὼν τὸ ἀδελφεοῦ, καλῶν ἐπὶ λατρεῖαν Θεοῦ, μαστιγῶν Αἴγυπτον πληγαῖς μερικαῖς ὑπὲρ τοῦ δουλομένου καὶ θλιβομένου λαοῦ. Ἀλλὰ γὰρ τούτων γινωμένω, ἐστὶ καὶ Ἰσραὴλ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν Αἰγυπτίων χώραν εἶχε τοῦ θεομαγεῖν. Ἐννεὰ πηγάλη, καὶ τέλος οὕτω τὸ πρᾶγματος. Τὴν τελευταίαν ἐπαχθῆναι δὲ τὴν τῶν πρωτοτόκων ἀναίρειν, καὶ ἅμα ταύτῃ ἐξίναίαι τὸν Ἰσραὴλ. Ἐνταῦθα πρόβατον θύεται, καὶ οἱ τῶν οἰκίων εἰσοδοὶ τῶν Ἑβραϊκῶν τῷ αἵματι χρονοῦται, καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν Ἰουδαίων ἐκχεύει τὴν τοῦ θανάτου πληγὴν διὰ τὸ τοῦ αἵματος σύμβολον. Ἐσθίουσι τὸ πρόβατον Ἰουδαῖοι σὺν ἀξίομοις καὶ πικρίσιν. Ἐξίσαιεν ἐξ Αἰγύπτου· ἐπιδύκει Φαραὼ καὶ οἱ λοιπόμοι τῶν Αἰγυπτίων· ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἔρχονται τὴν Ἐρυθρᾶν. Αὕτη δέχεται μὲν τῶν Ἑβραίων στρατὸν διαίρησιτα δύναμις Θεοῦ, καὶ ῥάβδῳ Μωϋσέως· καταπονείει δὲ [262] τὴν Αἰγυπτιακὴν δύναμιν ἐπειτελοῦσαν. Πρωτότον σοι Χριστὸς ἐπ' ἐξόδῳ τῆ ἀπὸ κόσμου, καὶ ἐκ συμμετατίθησιν εἰς οὐρανὸν ἀναβαίνω· ἀναβιβάσει καὶ σὲ ἐπὶ τὴν αἰωνίαν ζωὴν. Μετὰ τὸν τὸν ἀνθρώπον τὸν ἐκ Δαυὶδ γεγονότα, συμμετάγει τοὺς ἀκολουθούντας, τοὺς ὑπηκόους καὶ πενήτιους, τοὺς μικρὰς Φαραὼ φοβούμενους, μὴδὲ δηλῶς· ἀναπομεινόντας ταῖς δουλικοκομικαῖς καὶ κακοπαθείαις γῆναι, διὰ τὴν ὀλίγην καὶ θριμυτιαν ἡδονήν, ἧς τύπον εἶχεν ὁ Ἰσραὴλ τὴν τῶν κρεῶν καὶ προμυμάτων καὶ σοφοδῶν βρώσιν ἐν Αἰγύπτῳ. Τοιαύτη γὰρ ἡ κατὰ κόσμον ἡδονή, θριμυτάτην τῶν μερομυμάτων πόλεον ἔχουσα συμπεπλεγμένην, σαρκικὴν δὲ καὶ θρηωδῆ τὴν πλησμονήν. Ἐξίνασι δὲ σοι τῆς κοσμικῆς ζωῆς, ἀρχὴ ζωῆς ἀληθινῆς γίνεται· ὡς περ ἐκεῖνοις ἀοχῆ μῆγων τὸ πάσχα τὸ τυπικόν. Νῦν γὰρ ἀρχὴ [τοῦ] ζῆν, ὅς ἀποτάσῃ τῆ κοσμικῆ καὶ γῆινῃ ζωῇ· νῦν εὐρίσκει· τὸ τὸ ἀληθινὸν ζῆν, τὸ ἐν πνεύματι. Θύεται Χριστὸς, ὡστε γινώσκεις τὴν θυσίαν αὐτοῦ τὴν ὑπὲρ σοῦ

γενομένην. Τότε σοι πληροῦται τὸ, Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφυρῆν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείρατος ἀνὸν ἀνωρε. Καὶ ἡ μὲν ἡπίστεον ἐν αὐτῷ σώζει· τὸ πρόβατον τὴν πρωτοτυμωσιν· ἡ δὲ εἰς ὕψος ἀνοδας, καὶ οὐκ ἐν τοῖς κάτω κατάσχεσις, ἀποσώζει τοῦ ἐρίψου τῆν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ πορείαν. Αἴγες γὰρ ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα καὶ δύσβατα πηδῶσι τε καὶ ἀναβαίνουσι. Ἰψηλῶν δὲ ἀνθρώπων καὶ δυσβάτων ἦν οὐρανός, ἀπ' ἧς ἡμέρας καταπέπτωκε σφαλεῖς ἀπὸ τῆς θείας ἐντολῆς, σαρκὶ δουλεύσας καὶ Πνεύματος ἀγίου χωρισθεῖς. Ἀναβαίνει δὴ καὶ ἀναβιβάσει σε τὸ θεῖον ἱερεῖον τυθὲν ὑπὲρ σοῦ. Μετὰ σοῦ γὰρ ἀπέθνησκεν, ἵνα σὺ ζῆσης ἐν αὐτῷ. Αἶμα δὲ σοι τὸ τοῦ ἀμνοῦ σωτήριον, ἐὰν προσέλθῃς τῷ αἵματι πιστῶς, ἐὰν τὰς αἰσθήσεις τὰς ἑαυτοῦ καὶ τὰς ἐνωκίας, δι' ὧν εἰσέρχεται θάνατος ἁμαρτῶν προσεισιπέμψων, ταῦτας τῆ πίστει τοῦ αἵματος οἰνεῖ χρίσης, καθάπερ ὁ Ἰσραὴλ ἔχρισ τὰς εἰσοδοὺς τῷ αἵματι. Ἐὰν γὰρ σοι μὴ ἐπισέλθῃ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπιθυμία, διὰ τῆς ἀκοῆς, διὰ τῆς ὁσφρήτσεως, καὶ τῆς ὑπέσεως, διὰ τῆς ἀφῆς, καὶ μετὰ ταῦτα διὰ τῶν λογισμῶν, οὐ κρατεῖ σου θάνατος, ἀλλὰ φέρων ἐν τῷ σώματι τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ, ἔχεις καὶ τὴν ζωὴν ἐν τῷ σώματι σου φανερομένην, καὶ οὕτως ὑπερβῆσεται ὁ θάνατος ὁ ἐκ τοῦ πρωτοκλάστου Ἀδάμ, ὡς τὰς Ἑβραίων οἰκίας ὑπερέβαιεν ὁ τῶν πρωτοτόκων ἄδελφος. Διὰ καὶ τῆς ἐπὶ τούτοις ἑορτῆς ὄνομα πάσχα σημαίνει ὑπέρβασι. Ἀμνὸν σοι τὸ πρόβατον· ἀμωμος γὰρ σοι Ἰησοῦς· Ὡς ἁμαρτῶν, φθῖν, οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὐρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Τέλειον ἄρσεν. Ἦ γὰρ τελειώσις τῆς δικαιοσύνης· παρὰ τῷ μόνῳ ἀληθινῷ βασιλεῖ. Ἐνιαυσίον τε τὸ πρόβατον αἰωνίου τύπου Χριστοῦ. Σύμβολον γὰρ αἰῶνος ἐνιαυτός, ὁ αὐτός ἐν παντὶ αἰῶνι πολλάκι· ἀνακυκλούμενος, καὶ τὰς πάσας τροπὰς ἔχει ἐν αὐτῷ, τοῦ καινοῦ τύπου· ἀνθρώπου, ἐν ᾧ τὸ παλαιὸν τῆς ἡμετέρας ἀνθρωπότητος· εἰς καινότητα μεταβέβηται· Ἐνδύσασθε γὰρ, φησὶ, τὸν καιρὸν ἀνθρώπων. Τοῦ προβάτου τὴν ἀμωμότητα καὶ τελειότητα ἐπενδυσάμενος ἔση πρόβατον Θεοῦ, καὶ αὐτὸς περαστήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα θυσίαν ζῶσαν, ἀγίαν, εὐάρεστον Θεῷ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ πρὸς τὴν αἰωνίαν παραπεμφθῆση ζωὴν.

β'. Ὁρᾶς, ὅτι τὸ πάσχα τὸ σὸν οὐδὲ σύγκρισιν ἔχει πρὸς τὸ Ἰουδαϊκόν, ἀλλ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ τὴν σκιοειδῆ μόνον εἶχεν ἐκεῖνο· Καὶ νῆπιος ὁ Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆ τοῦ προβάτου νοσῆ, ταύτην ἠγούμενος παρὰ Θεοῦ σπουδάζεσθαι, καὶ διὰ ταύτης οἰόμενος εἰληφέναι τὴν σωτηρίαν, καὶ οὐχ ὡς τύπον ὁρῶν αὐτὴν γῆ· βντας σωζούσης θυσίας. Διὰ λέγεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτοὺς διὰ Ἰερειμίου, ὅτι Οὐκ ἐντελειάμην ὑμῖν περὶ θυσίων. Καὶ οὐκ ἔστι παρὰ Θεῷ ψεύδος, ἵνα ἐντελειάμην εἰπῆ μὴ ἐντελειάμην. Ἀλλ' ἡ τοῦ πράγματος δηλοῦται δύναμις, ὅτι προφητικῶς ἡ θυσία ἐπετέλειτο καὶ προμηνυτικῶς εἰς Χριστόν. Καὶ πρόβατον θύειν ἐντελειόμενος ὁ Θεός, Χριστὸν ἐδήλου τεθυτόμενον, καὶ τὰ περὶ τὸ πρόβατον ἅπαντα εἰς Χριστὸν προτυποῦν· ὡς καὶ μὲν ἦδη θεωώρηκας, τὰ δὲ ἐφεξῆς θεωρεῖ κατὰ δύναμιν. Ἐπὶ πάσης Ἑβραίων [263] οἰκίας ἐν πρόβατον αὐτοτελεῖς, καὶ μέρος ἐκ τῶν κρεῶν οὐκ ἐκκομίζεται τῆς οἰκίας ἐν ἧ θύεται. Ἐπὶ πάσης γὰρ Ἐκκλησίας· καὶ ψυχῆς Χριστοῦ ὄλος πανταχῆ, καὶ οὐδαμῆ μερικῶς. Διὰ πολλὰ μὲν ἐκεῖ τὰ πρόβατα καθ' ἐκάστην οἰκίαν· εἰς δὲ Χριστὸς κατὰ πάσαν ψυχὴν ὁ αὐτό· Πέντε ἡμέρας ἐπὶ τῆς οἰκίας κατέχευται τὸ πρόβατον, ἀπὸ δεκάτης· εἰς τεσσαρεσκαίδεκάτην· ἔπειτα οὕτω θύεται τῆ τεσσαρεσκαίδεκάτῃ πρὸς ἑσπέραν ὑπὸ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς. Πέντε διαστήματα χρόνου δηλοῦται ταῖς πέντε ταύταις ἡμέραις ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι συνελθῆσαι· Ἐν μὲν τὸ μέχρι Νῶε, δεύτερον δὲ τὸ ἐκείθεν μέχρι Ἀβραάμ, τρίτον τὸ ἐπὶ Μωϋσέα, τέταρτον τὸ ἐκ Μωϋσέως ἐπὶ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, πέμπτον δὲ παρὸν τῆς παρουσίας καιρός. Θύεται δὲ πρὸς ἑσπέραν, ὅτι ἐπ' ἑσπέρῳ τοῦ αἰῶνος ὑπὸ πάσης τῆς συναγωγῆς συνεφώνησαν ὁ Ἰσραὴλ κατὰ Χριστοῦ. Ἐμελετάτω μὲν ἐξ ἀρχῆς ἡ Χριστοῦ θυσία ἐν τοῖς αἰῶσι τῶν δικαίων πλῆθυσιν ἀπὸ Ἀβελ τοῦ δικαίου, καὶ Χριστὸς ἦν ἐν ἅπασιν ὁ πάσχω· ἐπετελέσθη δὲ, ὅτε αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ παρὸν ἔπαρχεν ὁ θεός· ἀμνός. Καὶ δὴ κατὰ τὴν τοῦ αὐτοῦ μὴν· τεσσαρεσκαίδεκάτῃ ἔπαρχε, καὶ τὸ πνεῦμα παρῶν τοῦ πρὸς ἑσπέραν, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τύπον τοῦτο ἦν τὸ ἐκ δεκάτης λαμβάνεσθαι τὸ πρόβατον εἰς τὴν θυσίαν.

• Δειλῶς? b Legu ὑψηλὸν δὲ ἀνθρώπων καὶ δύσετον. Εἰστ.

adventui reservabatur perfectio, et clarus rerum conspectus, quando Rex ipse videndus erat. Nam si quis imaginem depingat, is primo quasi umbras delineat; deinde coloribus picturam perficit: atque aliud est oculis imago unibratilis; id ipsum vero id, quod per colores representatur. Per umbras ergo vera mihi perpende, et per figuras ea, quæ illis representantur, considera, atque ex parvis ad magna accede: ne circa terram verseris; neque memoriam recolas gentis a tyranno liberatæ, salutis filiorum temporaneæ, transmirationis a terra in terram aliam. Neque enim gentilium celebritates ab hujusmodi commemorationibus multum distare comperies. Celebrant enim illi morborum curationes, a tyrannide liberationes, transmirationes, urbium fundationes, victorias et similia, terrena et temporanea in festorum argumentum assumptas. Jam magna, divina et Dei dona commemorare oportet eos, qui magnam et æternam celebrant solemnitatem; nempe liberationem a dæmonibus adversariis, qui bono bellum inferunt, qui a Dei regno avertunt: celebranda est salus non brevi tempore, sed in æternum duratura, transmigratio a terra in cælum in præsentem vitam, et in possessionem perpetuam post futuram resurrectionem. *Ægyptus vexabat Judæos, qui liberi erant ex paterna successione, illosque sub servitutis jugo tenebat, cogens illos laetiterio operi incumbere et urbes construere. Symbolum hoc est ærumnarum mundi, quibus premebatur genus humanum, quod ab ea quæ secundum Deum est voluptate et a libertate exciderat, et terrenis operibus insudabat, ac peritura tabernacula parabat: quia nihil apud homines stabile vel tutum est, sed omnia humanarum manuum opera a tempore absumentur. Ab hac nos servitute vult Deus liberare, erga opus suum labore oppressum miseratione ductus, ut olim videns afflictionem filiorum Israel, ipsos liberavit per terræ promissæ possessionem. Voluntarie enim ad Deum reverti oportet eos, qui voluntarie resilierunt. Mittuntur servi legem afferentes, per legem ad justitiam vocantes, per justitiam ad Deum ducentes, parva interim supplicia adversariis potestatibus inferentes, necdum perfectam perniciem, sed ex parte tantum, adducentes, impios nondum plane de medio tollentes. Hoc enim reservabatur Domini adventui, qui post servos suos adfuit. Horum autem figuræ et symbola erant, Moyses missus ad Judæos cum Aarone fratre, ad cultum Dei vocans, plagis per partes immissis *Ægyptios* verberans propter populum in servitutem redactum et afflictum. Verum his ita gestis, adhuc Israel in *Ægypto* erat, rex *Ægyptiorum* cum Deo adhuc pugnare poterat. Plagæ novem inmissæ fuerant, et nondum res perfecta erat. Postremam inferri oportebat, primogenitorum interitum, et postea Israel em exire. Ille agnus immolatur, et adiuum Hebræorum fores sanguine unguuntur, ac per sanguinis symbolum primogeniti Hebræorum necis plagam effugiunt. Comedunt agnum Judæi cum azymis et herbis amaris. Exeunt ex *Ægypto*; insequitur Pharo cum reliquis *Ægyptiis*; ad mare Rubrum veniunt, quod divinum per virtutem Dei et virgam Moysis, excipit quidem exercitum Hebræorum, sed ingressam *Ægyptiacam* aciem demergit. Agnus tibi Christus est in exitu ex hoc mundo, et te transfert in cælum, quo ascendit ille; te quoque inducit in æternam vitam. Cum transfert hominem ex Davide natum, una quoque transfert eos, qui eum morigeri sequuti sunt, qui non ultra timent Pharaonem, neque ultra immanent in servilibus et ærumnis terrenis, per illam exiguam et acerbam voluptatem, cuius tyrum habuit Israel per esum carnium, ceporum et alliorum in *Ægypto*. Talis est hujus mundi voluptas, quæ acerrimam habet et complicatam sollicitudinum turbam; carnalem vero atque ferinam ventris iugliviem. Tibi a mundana vita egresso, initium veræ vite adest; sicut illis Pascha typicum initium mensium erat. Nunc enim initium vivendi est, quando sæculari et terrenæ vite abrenuntias:*

nunc invenis veram vitam, quæ est in spiritu. Christus immolatur. Itaque agnoscis sacrificium ejus pro te oblatum fuisse. Tunc tibi impletur illud, *Sicut ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se mutus* (*Isai. 53. 7*). Mansuetudo autem in illo præviam ovis figuram servat: ascensus autem in altum sine depressione ad ima hædi gressum ad excelsa conservat. Capræ namque ad excelsa et ardua loca saliant et ascendunt. Sublime autem et hominibus accessu difficile cælum erat, ex qua die lapsus est homo a divino præcepto, carni serviens et a sancto Spiritu separatus. Ascendit autem et te sursum adducit divina victima pro te immolata. Tecum enim ille mortuus est, ut tu vivas in illo. Sanguis vero agni salutaris tibi est, si accedas ad hunc sanguinem fideliter, si sensus et cogitationes tuas, per quas ingreditur mors cum peccato, per fidem quasi sanguine unxeris, sicut Israel aditus sanguine ungebat. Si enim in te per oculos non ingressa fuerit concupiscentia, nec per auditum, per olfactum, per gustum, vel per tactum, vel adhuc per cogitationes, mors non tibi dominatur; sed in corpore mortificationem Jesu ferens, vitam habebis in corpore tuo conspicuam, et sic pertransibit mors per primum parentem Adamum illata, ut Hebræorum domos supergressa est primogenitorum perniciem. Ideo hujus festi nomen Pascha est significans transitum: *Immaculatus tibi est agnus* (*Exod. 12. 5*), immaculatus enim est Jesus. *Qui peccatum non fecit*, inquit, *nec inventus est dolus in ore ejus* (*Isai. 53. 9*). *Perfectus masculus*. Nam perfectio justitiæ est apud solum verum Regem. Anniculus agnus est æterni Christi figura. Symbolum enim sæculi est annus, qui sæpe in omni sæculo idem ipse revolvitur, et omnes conversiones in se habet, novi hominis figura, in quo vetustas humanæ nostræ naturæ in novitatem mutata est: nam *Induite*, inquit, *novum hominem* (*Ephes. 4. 24*). Agni immaculata natura et perfectione indutus, agnus Dei eris; et cum exhibueris corpus tuum hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, secundum Apostolum, ad æternam vitam transmitteris (*Rom. 12. 1*).

2. Viden' Pascha tuum nullo modo comparari possumus Judaico, sed umbratitem cum illo tantum similitudinem habere? Infans quippe est Israel in agni sacrificio, dum putat illud Deo esse curæ, et per illud se salutem consequi, dum illud non habet quasi figuram hostiæ, quæ vere salutem parit. Quare dicit illis Deus per Jeremiam: *Non præcepi vobis de sacrificiis. Et non est apud Deum mendacium* (*Jer. 7. 22*); ita ut, si præceperit, dicat se non præcepisse. Sed rei virtus manifestatur, quia prophetico more sacrificium offerebatur, ut præsignificaret Christi sacrificium. Ac cum Deus agnum immolare præcipiat, Christum indicabat immolandum, atque omnia quæ ad agnum pertinebant, ea quæ ad Christum spectant præfigurabant: ex quibus alia jam vidisti, alia pro virili considera. In singulis Hebræorum domibus erat agnus unus ex se perfectus, et carniem ejus nulla pars efferebatur extra domum, in qua immolatus fuerat. Nam in omni Ecclesia, in omni anima Christus ubique est, et nusquam pars ejus tantum. Multæ ibi oves et agni erant in singulis domibus: unus vero Christus in omni anima, et is ipse est. Quinque diebus domi retinetur agnus, a decima ad quartam decimam; deinde sic immolatur decima quarta die ad vesperam a Judæorum synagoga. His quinque diebus significantur quinque temporis spatia ad Adam usque ad consummationem: unum usque ad Noe, alterum a Noe usque ad Abraham, tertium usque ad Moysen, quartum a Moysen usque ad Christi adventum, quintum præsens ab adventu ejus tempus. Immolatur autem ad vesperam: quia in fine sæculi cum omni synagoga consensus præbuit Israel contra Christum. Ab initio Christi immolatio intelligebatur semper in passionibus justorum ab Abele justo, et in omnibus Christus erat qui patiebatur; consummatum autem id fuit, quando præsens in seipso passus

est divinus agnus. Etiamque ejusdem mensis decima quarta passus est, et tradidit spiritum ad vesperam. Ac secundum hanc figuram dispositum erat, ut a decima die agnus ad sacrificium assumeretur, et immolaretur decima quarta die ad vesperam; quia a principio passionis consilium statutum fuerat, in fine vero ipsa passio fuit. Deinde mihi considera præceptum Dei circa agni comestionem, quam novum et stupendum sit: Non comedes agni carnes crudas. Quis enim carnem crudam comedit? Esto, dictum sit, non assam, ne moras traherent: nam tempus urgebat; quid est autem illud, non crudum, sed *coctum igni*? Nemo enim vetat id quod nunquam fit. Sed, ut dixi, per figuras res ipsæ significantur. Cruda non profert sanctam escam qui sicut notiosam habet; assam voluptuosus, qui in vitæ segnitie diffuit. Strenuum fidei opus est, in spiritu ardenti et ferventi rem perficere. Caput cum pedibus et intestinis comedere jubentur. Ex capite agnosce Christum, quia ante sæcula Deus est, caput invisibilis et spiritualis Ecclesiæ; ex pedibus item, quia homo in novissimis sæculis in terram advenit; ex intestinis quoque, quia occultam in carne virtutem habens atque justitiam, non solum ab exterioribus, quæ oculis percipiuntur, utilis et salutaris est participantibus; sed etiam secundum interiora et occulta. Comeduntur autem carnes noctu, et ad diem nihil relinquuntur. Commemoratio enim est Christi passionis in tempore noctis hujus mundi, post quam dies splendet et vita Christi apparebit. Secundum illud, *Nox præcessit, dies autem appropinquavit (Rom. 13. 12)*. Ossa ejus nemo comminuit: neque enim carnifices crura Christi confrugerunt, contractis tamen simul crucifixorum ossibus, ut testificatur evangelista (*Joan. 19. 33*). Herbarum amararum, quæ cum agno comedebantur, tribulationum acerbitatem indicabant; azyma simplicitatem sinceritatemque, ut ait Paulus; id est, non misceri posse ait cum veteri nequitia novam virtutem. Restat ut habitum comedentium Pascha spiritualiter explorare et initeris: in spirituali namque corporalis habitus comperietur. Non est res vana, sed opus salutare lumbos tuos præcingere, non corporeos cingulo, sed animæ lumbos præparatione. Calcea similiter pedes in præparatione Evangelii, secundum Apostolum (*Ephes. 6. 15*). Baculum in manibus habere, non ligneum, sed fidem et fulcipientem. Totus ille habitus viatorum erat, eorum scilicet

qui festinabant ex Ægypto exire; tu melius imitare, quasi festinans ad exitum de mundo et de corruptione. Studium adsit, nullaque segnitie in spirituali agni comestione. Hic optima est diligentia, non quæ voracitatem comedentium carnes exprimat; sed divinum amorem exhibeat eorum, qui ex mundo ad Deum festinant. Septem diebus azyma comedebantur; id est, per totam vitam sinceritas valeat. Nam per septem dies totum tempus multiplicatur. Et qui fermentum habet exterminabitur. Nam veteris hominis nequitia perniciosa est, nec potest cum novi hominis justitia et sanctitate commiseri. Ac vides juste illatam esse illam propter fermentum perniciem: propter communc autem panis fermentum, non videretur Deus justis indignari. Justitia namque non in typis deprehenditur, sed in rei veritate splendet et agnoscitur: sicut et illa unctio sanguinis, quæ videtur indigna Deo, tollitur, quando figura secundum rei veritatem spectatur. Indecorum enim Deo esset egere sanguine, ad cognoscendas Hebræorum ædes; sed convenientissimum ipsi est, quod per fidem in Christi sanguinem cognoscantur ab ipso et salutem consequantur. Annon etiam indecens esset illud quod circumcisionem spectat simpliciter intelligere, quasi Deus serio jussisset eum, qui Pascha comesturus sit, circumcidi, si non esset circumcissus, et sic ad comestionem accedere? Si vero circumcisionis virtutem spirituales noveris, mysterium videbis, et Deum glorificabis. Circumcisio genitalis membri erat. Ab ortu, o homo, operimentum habuisti, quod oportebat te remove, ut aperto vultu veritatem videres, nec sub terreno corporis tegumento illam respiceres. Cum enim nudatus fueris a carne corpore, ad Christum ut spiritus accedis, et Domino hærens unus spiritus efficeris per sacram et salutarem participationem, quam indicabat carniæ comestio. Circumcide et exue corpus post Christum secundum Paulum, qui ait: *Circumcisi estis circumcissione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, in circumcissione Christi (Col. 2. 11)*; atque ita circumcissus omni avaritia, vanæ gloriæ et voluptatis amore, divina te impleas esca, quæ te ad cælum ducat, te liberet a malis dominatoribus, eruat gravissimis laboribus, gloriosumque tibi ac beatum ad Deum reditum conciliet, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

#### IN IDEM ARGUMENTUM. VI.

1. Sacræ Christi lucis radii jam splendent, et puri Spiritus luminaria oriuntur, cælestis autem et regis divinitatis gloriæ thesauros aperiant. Nox multa et obscura absorpta est et ingrata mors obscurata; vita universis aperta est, et luce pereanti omnia plena sunt, atque orientes orientium universum obtinent: et ille ante luciferum genitus, immortalis, et magnus splendet Christus universis plus quam sol. Ideoque longa et æterna nobis credentibus in ipso dies adest candida, Pascha mysticum, figurate quidem per legem celebratum; Pascha, mirabile divinæ virtutis et potestatis opus; vere festum et memoriale legitimum sempiternum: ex passione impassibilitas, ex morte immortalitas, ex juventute vita, ex plaga medela, ex lapsu erectio, ex descensu ascensus. Sic Deus magna operatur; sic ex impossibilibus stupenda creat, ut ostendatur ipsum solum volentem omnia posse. Has figuras lex annuntiet, imagines veritatis prius interpretetur angelus, magnum magni Regis adventum prædicans: ubi Ægyptius primogenitorum populus mortuus est, et Israel mystico sanguine servabatur. Hæc omnia sunt futurorum umbra: apud nos autem sunt imaginum formæ, et typorum complementa, atque umbræ loco exacta et firma veritas. Illic agnus ex grege, hic agnus de cælis: illic sanguinis signum, quod in re minori totum conservet, hic verbum, po-

culum plenum divino sanguine et spiritu: illic agnus ex grege, hic ipse pastor pro agno. Nam *Sicut ori ad occisionem ductus est (Isai. 53. 7)*. Quomodo ergo salutem universam opera pollicentur? Et solæ figuræ sunt salutare. Festum celebrent cæli caelorum, ut divinus Spiritus clamat, gloriam Dei narrantes: celebrent quoque angeli et archangeli caelorum, celebret omnis cælestis populus, summum Ducem superni exercitus videns episcopum corporaliter advenientem: festum celebrent stellarum chori, eum qui ante luciferum oritur indicantes: celebret aer immense in profundum et latum extensus: celebret salsuginosa maris aqua, divinis vestigiis ac gressibus honorata: celebret terra, divino abluta sanguine: celebret omnis humana anima, in novam generationem per resurrectionem restaurata. Hoc Pascha, communis omnium celebritas ex paterna voluntate in mundo peracta, missio Christi, divinus oriens circa terram, angelorum et archangelorum sempiterna solemnitas, totius mundi immortalis vita, mortis interitus, fons salutaris, hominum incorruptæ delicie cælestes, sacra initiatio, quæ vetera et nova interpretatur mysteria, quæ in terra oculis videntur, in cælis vero intelliguntur ab iis, qui hæc nova cum sacra notitia susceperunt: id quod nos paucis explicavimus. Talis est Paschæ publica solemnitas. Ut vero sigillatim vos

καὶ οὐσθαι τῆ τεσσαρσεκαδεκάτῃ πρὸς ἑσπέραν, ὅτι ἦν ἀπ' ἀρχῆς μὲν ἡ μελέτη τοῦ πάθους, ἐν τέλει δὲ τὸ πάθος. Εἰτά μοι σκόπει περὶ τὴν τὸν προβάτου βρῶσιν ἐν-τολήν Θεοῦ καινὴν καὶ παράδοξον, μὴ ἐσθίειν ὡμὰ τὰ τοῦ προβάτου κρέα. Τίς γὰρ ἂν ὡμὸν φάγοι; Ἔστω λέγειν. Μηδὲ ἐφ' ὅδον, ἵνα μὴ διατριβῶσιν ἡ πεινῶμενος γὰρ ὁ καιρός. Τί τὸ μηδὲ ὡμὸν, ἀλλ', Ὅπατ' *κυρί*; Οὐδεὶς γὰρ κωλύει τὸ μὴ γενόμενον. Ἀλλὰ σημαίνεται διὰ τῶν τύπων, ὡς ἔφη, τὰ πράγματα. Ὁμὴν προσφέρεται τὴν ἀγίαν τροφήν ὁ τὴν πίστιν ἔχων ἀρχὴν· ἐφ' ἣν ὁ φιλήδι-νος, ἐξυδιῶν ἐν τῇ τοῦ βίου βρῶσιν τὸ στερεὸν τῆς πίστεως ἔργον, [ὁπτην δὲ ὁ] ἐπιτελῶν ἐν πνεύματι θερμῶς τε καὶ ζέοντι. Κεφαλὴν σὺν ποσὶ καὶ τοῖς ἐντοσθίοις ἐσθίειν κελεύονται. Γίνωσκε καὶ Χριστὸν ἀπὸ μὲν τῆς κεφαλῆς, ὅτι Θεὸς πρὸ αἰῶνων ὑπάρχων κεφαλὴ τῆς ἀοράτου καὶ πνευματικῆς Ἐκκλησίας· ἀπὸ δὲ τῶν πο-δῶν, ὅτι καὶ ἄνθρωπος ἐπ' ἐσχάτων αἰώνων γῆς ἐπιβάς· ἀπὸ δὲ τῶν ἐντοσθίων, ὅτι κερυρωμένην ἔχων ἐν σαρκὶ καταμαίν καὶ δικαιοσύνην, καὶ οὐ κατὰ τὸ ἔκτος καὶ θεω-ρούμενον μόνον ἐπιφωλῆς καὶ σωτήριος τοῖς μετέχουσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ἔνδον καὶ κατὰ τὸ ἀπόκρυφον. Ἔσθι-εται δὲ ἐν νυκτὶ τὰ κρέα, καὶ εἰς τὴν ἡμέραν οὐχ ὑπο-λείπεται. Ἀνάμνησις γὰρ τοῦ Χριστοῦ πάθους ἐν τῷ καιρῷ τῆς κοσμικῆς νυκτὸς, μεθ' ἣν ἡμέρα διαλάμψει, καὶ ζωὴ Χριστοῦ φανήσεται. Κατὰ τὸ, *Ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε*. Συντρίβει δὲ ὁστέον οὐδεὶς. Οὐδὲ γὰρ κατέαζαν οἱ δῆμιι τὰ Χριστοῦ σκέλη, [τά] τῶν συσταυρωθέντων καταδάσαντες, ὡς οὐαγγελιστῆς ἐμαρτύρησεν. Αἱ πικρίδες αἰ σὺν τῷ προβάτῳ ἐστιόμεναι τὴν τῶν θλίψεων πικρίαν ἐδήλουν· τὰ ἄζυμα τὴν ἀπλότητα καὶ εἰλικρίνειαν, ὡς ὁ Παῦλος φησι, τουτέστι, τὸ ἀμιγρὸς πρὸς τὴν παλαιὰν κακίαν καὶ νέαν ἀρετήν. Ὑπόλοιπόν ἐστὶ σοι τὸ σχῆμα τῶν ἐσθιόντων τὸ Πάσχα καὶ θεωρήσαι πνευματικῶς, καὶ μιμησασθαι· ἔσται γὰρ ἐν τῷ πνευματικῷ τὸ σω-ματικὸν σχῆμα. Οὐκ ἐστὶ σχῆμα κενόν, ἀλλὰ ἔργον σω-τήριον ζῶσαι τὴν ὁσφύν σου, μὴ τὴν τοῦ σώματος ἐν ἱμάντι, ἀλλὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἐν ἐτοιμότητι. Ὑπόδησαι τοὺς πόδας ὡσαύτως ἐν ἐτοιμασίᾳ τοῦ Ἐυαγγελίου, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Βακτηρίαν ἐν ταῖς χερσίν ἔχει, μὴ ξύλον, ἀλλὰ πίστει· ὑποστηρίζουσης. Ὅλον τὸ σχῆμα ἐκεῖνο ὀδοιπορικόν ἐστ', ὡς ἂν πρὸς ἔξοδον ἐπιχειρομένων τὴν ἐξ Αἰγύπτου, διμύσαι οὐ κἀλλιον, ὡς εἰς ἔξοδον ἐπιχει-ρούμενος τὴν ἀπὸ κόσμου καὶ φθορᾶς. Σπουδὴ δὲ ἔστω, καὶ βρῶσιν αὐτὴν ἐν τῇ τοῦ Πάσχα βρώσει τῆ πνευμα-

τικῆ. Καὶ καλὴν ἐνταῦθα τὸ σπουδαῖον, οὐ γαστριμαρ-γίαν ἐπιφαίνων ἐσθιόντων ἠπειγμένους τὰ κρέα, ἀλλὰ φιλοθεότητα τῶν σπευδόντων ἀπὸ κόσμου [264] πρὸς Θεόν. Ἐφ' ἑπτὰ δὲ ἡμέρας ἡ ἄζυμος τροφή, τουτέστι, διὰ πάσης ζωῆς τὸ εἰλικρινές. Διὰ γὰρ τῶν ἑπτὰ ἡμε-ρῶν ὁ σύμπαρ πολυπλασιάζεται γρόνος. Καὶ ὁ ζῦμην ἔχων ἐξολοθρεύεται. Ἡ γὰρ τὸ παλαιὸν ἀνθρώπου κακία ἀθέριος καὶ οὐδαμῶς ἀναμίγνυσθαι δυναμένη τῇ τοῦ νέου ἀνθρώπου δικαιοσύνη καὶ ὁσιότητι. Καὶ ὁρᾷ, ὅτι δίκαιος ὁ διὰ τὴν τοιαύτην ζῦμην βλεθρός· διὰ δὲ τὴν κοινήν τοῦ ἄρτου ζῦμην οὐκ ἂν δικαίως ἐδοξε χαλεπαίνειν Θεός. Οὐ γὰρ φαίνεται τὸ δίκαιον ἐν τοῖς τύποις, ἀλλὰ ἐπὶ τῆς ἀληθείας ἐκλάμπει τε καὶ γινώσκειται· ὥσπερ καὶ αὐτὸ τὸ τῆς χρίσεως τοῦ αἵματος δοκοῦν ἀπρεπές εἶναι Θεῷ περιαιρεῖται, κατὰ τὴν ἀλήθειαν νοουμένη τοῦ τύπου. Ἀπρεπές γὰρ τὸ δοκοῦν χρῆζειν Θεῷ αἵματος σημείῳ πρὸς ἐπίγνωσιν τῶν Ἑβραϊκῶν οἰκιῶν· πρᾶπ-δέστατον δὲ τὸ διὰ τὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ αἵματος γινώσκεισθαι ἡμᾶς Θεῷ καὶ σώζεσθαι ὑπὸ Θεοῦ. Ἄρ' οὐ οὐχὶ καὶ τὸ τῆς περιτομῆς ἀπλῶς μὲν οὕτως ἀκούειν ἀπρεπές, ὡς Θεοῦ κλεῦσαντος ὑπὸ σπουδῆς τὸν μέλλοντα τοῦ Πάσχα ἐσθίειν, εἰ μὴ ἐμπερίτοιμος εἴη, περιτέμνε-σθαι, καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν βρῶσιν ἔχειν; Ἐάν δὲ συνῆς τῆς περιτομῆς τὴν δύναμιν πνευματικῶς, μυστήριον ἔχει καὶ δοξασεῖς Θεόν. Τοῦ γεννητικῷ μέλους ἦν ἡ πε-ριτομή. Ἀπὸ γενέσεως εἰχες, ὁ ἄνθρωπος, κάλυμμα, ὅπερ ἔδει σε περιαιρεῖσθαι, ἵνα [ἀνα]κεκαλυμμένη προσ-ώπῳ θεωρῆς ἀλήθειαν, καὶ μὴ κεκαλυμμένη τῷ σώ-ματι καὶ γῆιν κάλυμματι περὶ τὴν ἀλήθειαν ἀναθε-ποίης. Ὅταν γὰρ γυμνὸς γένηται τοῦ σαρκικοῦ σώματος, ὡς πνεῦμα πρόσει πρὸς Χριστὸν, καὶ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἐν πνεύμα γενήσῃ, μετέχων τὴν ἱερὰν καὶ σω-τήριον μετοχὴν, ἦν ἡ τῶν κρέων βρῶσις ἐμήνυσσε. Πε-ριτέμνου δὲ καὶ ἀπεκδοῦν τὸ σῶμα μετὰ Χριστὸν, κατὰ τὸν λέγοντα Παῦλον, ὅτι *Περιετμήθητε περιτομῇ ἀχει-ροποιεῖται ἐν τῇ ἀπεκδόσει τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ*· καὶ οὕτω περιτεμένο-μενος ἄπασαν φιλοχρημασίαν, φιλοδοξίαν, φιληρότητα, τῆς μὲν πρὸς Θεὸν ἐμπύλαστο τροφῆς εἰς οὐρανὸν ἀναγού-σης, ἐλευθερώσης ἀπὸ πονηρῶν ἀρχόντων, λουούσης ἀπὸ πόνων χαλεπῶν, ἐνδοξόν καὶ μακαριαν οὖν τὴν εἰς Θεὸν ἐπάνοδον χαριζόμενος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

• Lego χαριζόμενος. Εωτ.

Εἰς ταῦτόν σ'.

α. Ἴσραὴλ μὲν ἦθ' ἠδὲ φωτὸς ὑπεραυτοῦσι Χριστοῦ ἀκτινες, καὶ καθαροὶ καθαροῦ Πνεύματος ἀνατέλλοντες φωστήρες, οὐράνιοι δὲ καὶ βασιλειαὶ δόξαι θεότητος ἀνεψῆσαι θη-σαυρούς. Νῦν πολλὴ καὶ ἀμαυρὰ κατεπόθη, καὶ ὁ ἀμει-δῆς θάνατος συσκιασθεὶς· ζωὴ τοῖς ὅλοις ἐφηπλώθη, καὶ φωτὸς ἀενάου τὰ ὅλα γέμει, καὶ ἀνατολαὶ ἀνατολῶν ἐπέχουσι τὸ πᾶν, καὶ ὁ πρὸ ἑωσφόρου γεννηθεὶς, ἀθάνα-τος, καὶ πολλὸς μέγας ἐπανθεὶ Χριστὸς τοῖς ὅλοις ὑπὲρ ἧλιον. Καὶ διὰ τοῦτο μακρὰ καὶ αἰώνιος καὶ ἄσβεστος ἡμῖν ἐμπολιτεύεται τοῖς πεπιστευκόσιν ἐπ' αὐτῷ λευκὴ ἡμέρα· Πάσχα τὸ μυστικόν, τυπικῶς μὲν διὰ νόμου λει-τουροῦμενον· Πάσχα, τὸ θαυμαστὸν τῆς θείας ἀρετῆς καὶ ὁμιλίας ἔργον· ἀληθῶς ἑορτὴ καὶ μνημόσυνον ἐν-νομον αἰώνιον. Ἐκ πάθους ἀπάθεια, ἐκ θανάτου ἀθανα-σία, ἐκ νεότητος· ζωὴ, ἐκ πληγῆς ἰασις, ἐκ πτώσεως ἀνάστασις, ἐκ καθόδου ἀνάστασις. Οὕτως ὁ Θεὸς ἐργάζεται μεγάλα· οὕτως ἐκ τῶν ἀδυνάτων δημιουργεῖ τὰ παρά-δοξα. ὅπως γνωσθῆ, ὅτι μόνυ πάντα θέλοντι ἐξῆσι. Τοῦτους μὲν οὖν τοὺς τόπους προσαπαγγελλέτω καὶ νό-μος, τὰς εἰκόνας τῆς ἀληθείας προερμηνεύτω ἀγγελος, κηρύττων μεγάλην μεγάλου βασιλέως ἐπιδημίαν· ἔνθα ὁ μὲν Αὐγύπτιος τῶν πρωτοτόκων ἀπέθνησκα ἴδιος, ὁ δὲ Ἰσραὴλ τῷ μυστικῷ αἵματι ἐσώζετο. Ταῦτα πάντα τῶν μελλόντων σιὰ· ἐν ἡμῖν δὲ τῶν εἰκόνων τὰ μορφώ-ματα, καὶ τῶν τύπων τὰ πληρώματα, καὶ ἀντὶ τῆς σιὰς αὕτη ἡ ἀκρίβεια καὶ βεβαίωσις τῆς ἀληθείας. Ἀμὸν ἐξ ἀγέλης ἐκεῖ, ἐνταῦθα ἄμὸν ἐξ οὐρανῶν· αἵματος ση-μεῖον ἐκεῖ καὶ κατ' [265] ὀλίγον τοῦ παντὸς φυλακτῆ-ρον, ἐνταῦθα λόγος ὁ κρατῆρ βίαιου γέμων αἵματος, τε καὶ πνεύματος· πρόβατον ἐκ ποιμνῆς ἐκεῖ, ἐνταῦθα αὐ-

• Sic, absente verbo. b An νεκρότης?

τὸς, ἀντὶ τοῦ προβάτου ὁ ποιμὴν. *Ὡς πρόβατον γὰρ ἐπὶ σφαγῆν ἦλθη*. Πῶς οὖν τὴν καθόλου σωτηρίαν ἐπαγ-γέλλεται τὰ ἔργα; Καὶ μόνον οἱ τύποι εἰσὶ σωτήριοι. Ἐορταζέτωσαν μὲν οὖν οἱ οὐρανὸν τῶν οὐρανῶν, ὡς τὸ θεῖον Πνεῦμα βοᾷ, δόξαν Θεοῦ διηγοῦμενοι· ἑορταζέτω-σαν δὲ καὶ οἱ ἀγγελοὶ καὶ οἱ ἀρχάγγελοι τῶν οὐρανῶν, καὶ πᾶς ὁ οὐράνιος δῆμος ἑορταζέτω, τὸν ἀρχιστράτηγον τῆς ἀνω στρατιᾶς βλέπων ἐπίσκοπον σωματικῶς ἀφικνού-μενον· ἑορταζέτωσαν καὶ οἱ τῶν ἀστέρων χοροὶ, τὸν πρὸ ἑωσφόρου ἀνατέλλοντα μνησύντες· ἑορταζέτω καὶ ἄηρ ἀμετρήτως βάθει καὶ πλάτει μετρούμενος· ἑορταζέτω καὶ ἄλμυρον θαλάσσης ὕδωρ, ἱεροὶς ἴχνησι καὶ βάσειι τετιμημένον· ἑορταζέτω καὶ ἡ γῆ θείῳ λουσαμένη αἵ-ματι· ἑορταζέτω καὶ πᾶσα ἀνθρωπίνη ψυχὴ εἰς τὴν καινὴν παλιγγενεσίαν δι' ἀναστάσεως ἀναψυχομένη. Τοῦτο Πάσχα, ἡ κοινὴ τῶν ὅλων πανήγυρις, πατρικοῦ θελήματος ἐπὶ κόσμον· ἀποστολὴ Χριστοῦ, περὶ γῆν ἔνθεος ἀνατολὴ, ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων ἰδίως ἑορτῆ, τοῦ παντὸς κόσμου ἡ ἀθάνατος ζωὴ θανάτου θανατηφό-ρος, πηγὴ σωτήριος, ἀνθρώπων ἡ ἀφθαρτος τροφὴ οὐ-ράνιος, ἱερὰ τελετὴ, παλαιὰ καὶ νέα προερμηνεύουσα μυστήρια, ἐν γῆ μὲν ὀρατῶς βλεπόμενα, ἐν οὐρανῶσι δὲ νοούμενα τοῖς καινὰ καὶ μετὰ γνώσεως ἱερᾶς ἀποδεξα-μένοις, ὡμὲν οὖν διὰ βραχέων ἐγνωρίσαμεν εἰπεῖν. Τοιαῦτα ἡ τοῦ Πάσχα ὀμοιωτικῆς ἑορτῆ. Ἴνα δὲ καὶ κατὰ μέρος ἐστιαθῶμεν τοῦ λόγου (οὐ τὰ γῆινα, ἀλλὰ τὰ οὐ-ράνια σιτούμενοι, φάγωμεν καὶ ἡμεῖς τὸ λογικὸν Πάσχα μετ' ἐπιθυμίας πνεύματος, μεθ' ἧς καὶ ὁ Ἰησοῦς συν-επεθύμησε φαγεῖν μεθ' ἡμῶν τὸ Πάσχα)· φέρε, πρώτω- μὲν ἀναλαθόντες διὰ βραχείων εἰπώμεν, τί νόμος, καὶ τί

• Locus vltimus.

νόμου ἄρχη· διὰ τί δὲ μετ' Αἴγυπτον νόμος· δεύτερον δὲ, τί τὸ Πάσχα οἰκονομία, καὶ τί τὸ πᾶν καὶ περὶ παντός· τὸ Πάσχα μυστήριον. Παραθήσωμεν πρῶτον τὴν Γραφήν, ἵν' ἐκ παραβολῆς καὶ παραθέσεως ἕκαστα βλέπωμεν τῷ Θεῷ ῥημάτων<sup>β</sup>. Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωϋσῆν καὶ Ἀαρὼν ἐν γῇ Αἰγύπτου, λέγων· Ὁ μὴ οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ μὴν, ἀρχὴς ἐστὶν ἐν τοῖς μηνὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. Ἀλλήσορ πάση συναγωγῇ υἱῶν Ἰσραὴλ, λέγων· Τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς τούτου λαβέτωσαν πρόβατα κατ' οἴκους πατριῶν, πρόβατον κατ' οἶκον. Ἐὰν δὲ ὀλίγοι ὦσιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ὥστε μὴ ἱκανοὺς εἶναι εἰς πρόβατον, προσλήθησονται τὸν ἕκοντα μεθ' ἑαυτῶν, τὸν πληθύνον αὐτῶν. Καὶ ἀριμὸν ψυχῶν ἕκαστος τὸ ἀρκούν αὐτῷ συναριθμηθήσεται εἰς πρόβατον. Πρόβατον τέλειον, ἄρσεν, ἐνιαύσιον ἔστω ὑμῖν. Ἄπο τῶν ἀμῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐρίων λήψεσθε. Καὶ ἔσται ὑμῖν διατετηρημένον ἕως τῆς τεσσαρεσκαδεκάτης τοῦ μηνὸς τούτου, καὶ σφάξουσιν αὐτὸ πᾶν τὸ πλῆθος συναγωγῆς υἱῶν Ἰσραὴλ πρὸς ἑσπέραν. Καὶ λήθησονται ἀπὸ τοῦ αἵματος, καὶ θήσουσιν ἐπὶ τῶν δύο σταθμῶν, καὶ ἐπὶ τῆν φιλιάν, καὶ ἐν τοῖς οἴκοις, ἐν οἷς ἂν φάγωσιν αὐτὸ ἐν αὐτοῖς. Καὶ φάγονται τὰ κρέα ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ, ὅπτα πυρὶ, καὶ αἷμα μετὰ πικρῶν ἔδονται. Οὐκ ἐδεσθε ἀπ' αὐτῶν ὡμῶν, οὐδὲ ἤψημένον ἐν ὕδατι, ἀλλ' ἡ ὅπτα πυρὶ, κεφαλήν σὺν τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς ἐνδοσθίοις. Οὐ καταλείψεται ἐξ αὐτῶν εἰς τὸ πρῶν, καὶ ὅστων οὐ συντριβέται ἀπ' αὐτοῦ· τὸ δὲ καταλείπόμενον ἀπ' αὐτοῦ ἕως πρῶτῃ, ἐν πυρὶ κατακαύσετε. Οὕτω δὲ φάγεσθε αὐτὸ· αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμένοι, καὶ τὰ ὑπόδηματά ὑμῶν ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ αἱ βακτηρίαι ὑμῶν ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν. Καὶ ἐδεσθε αὐτὸ μετὰ σπουδῆς· πάσχα γὰρ ἐστὶ Κυρίου. Καὶ διελεύσομαι ἐν γῇ Αἰγύπτου ταύτῃ τῇ νυκτὶ, καὶ πυρὶ φάγωμαι πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτου, καὶ ἐν πᾶσι θεοῖς τῶν Αἰγυπτίων ποιήσω τὴν ἐκδίκησιν· ἐγὼ Κύριος. Καὶ ἔσται τὸ αἷμα, καὶ σκεπάσω ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν πληγὴ τοῦ ἐκτρίψαι, ὅταν παῖς ἐν γῇ Αἰγύπτου. Καὶ ἔσται ἡ ἡμέρα αὕτη ὑμῖν μνημόσυνον αἰώνιον, καὶ ἐορτάσετε αὐτήν. Ἡμέρας ἐπὶ αἷμα ἐδεσθε. Καὶ πάλιν εἶπε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν καὶ Ἀαρὼν· Οὗτος ὁ νόμος τοῦ Πάσχα· πᾶς ἄλλογενὴς [266] οὐκ ἔδεται ἀπ' αὐτοῦ, καὶ πάντα οἰκέτην τινὸς ἢ ἀργυράτην περιεμίει αὐτόν, καὶ τότε φάγεται ἀπ' αὐτοῦ. Ἐν οἰκίᾳ μὴ βρωθήσεται, καὶ οὐκ ἐξοίσετε ἐκ τῆς οἰκίας τῶν κρεῶν ἕξω, καὶ ὅστων οὐ συντριβέται ἀπ' αὐτοῦ. Πᾶσα συναγωγὴ Ἰσραὴλ ποιήσεται αὐτό. Πᾶς ἀπεριτμητός οὐκ ἔδεται ἀπ' αὐτοῦ. Νόμος εἰς ἔσται τῷ ἐργαρίῳ καὶ τῷ προσηλύτῳ τῷ ἐν ὑμῖν. Ἡ μὲν δὲ θεία Γραφή οὕτω μυστικῶς τὴν ἱερὰν ἐορτὴν προεθέσπισεν. Ἡμεῖς δὲ ἤδη καθ' ἕκαστον ἀκριβῶσμεν τῶν ἀνεγνωσμένων, εὐχαίς ὑμετέροις ἐρευνηντες τῶν Γραφῶν τὰ κάτω μυστήρια, τὴν μὲν ἀλήθειαν τῶν γεγραμμένων οὐκ ἀναιροῦντες, τὴν δὲ ἀκριβείαν τῶν μυστηρίων διὰ τῶν τύπων θεωροῦντες. Καὶ γὰρ καὶ σκητὴν τῷ Μωϋσῇ τὸ θεῖον Πνεῦμα ἐντέλλεται ποιῆσαι· *Καθὼ δειλέω σοι, φησὶν, οὕτως αὐτῆν ποιήσεις*. Τυπικῶς ὁρώμεν ἔστι, καὶ μυστικῶς ἔφ' ἑκάτω πρωτότυπον καὶ πρωτογενὲς παράδειγμα νοούμενον.

β'. Λέγωμεν δὲ πρῶτον, τίς οὗτος ὁ μὴν ἀρχὴ τῶν μηνῶν· διὰ τί δὲ οὗτος ὁ τοῦ Πάσχα μὴν, οὗτός ἐστι πρῶτος ἐν τοῖς μηνὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ· δεύτερον, τί τὸ πρόβατον τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς λαμβανόμενον, καὶ τὸ πρόβατον τέλειον, ἄρσεν, ἐνιαύσιον· τίς ὁ γέλιον καὶ τίς ὁ πλησίον ὁ παραλαμβάνομενος· διὰ τί δὲ μέχρι τῆς τεσσαρεσκαδεκάτης συντριβέται τὸ πρόβατον, καὶ πρὸς ἑσπέραν θύεται, καὶ σφάξουσιν αὐτὸ πᾶν τὸ πλῆθος συναγωγῆς υἱῶν Ἰσραὴλ πρὸς ἑσπέραν· τί τὸ αἷμα τὸ ἐπὶ τοὺς δύο σταθμοὺς καὶ ἐπὶ τὴν φιλιάν· διὰ τί δὲ ἐν νυκτὶ τὰ κρέα ἐσθίουσι, καὶ ταῦτα ὅπτα πυρὶ, οὕτε ὡμῶν, οὕτε ἤψημένον ἐν ὕδατι· ἢ τί κεφαλήν σὺν ποσὶ καὶ τοῖς ἐνδοσθίοις· διὰ τί δὲ ὅστων οὐ συντριβέται, καὶ τίνα τὰ ἄξυμα μετὰ πικρῶν· διὰ τί δὲ, Μετὰ σπουδῆς ἐδεσθε τὸ πάσχα· τίνας αἱ ὀσφύες αἱ περιεζωσμένοι, καὶ τὰ ὑπόδηματά ἐν τοῖς ποσὶ, καὶ αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶ· καὶ τί τὸ πάσχα Κυρίου, καὶ τὸ αἷμα σημεῖον ἐπὶ τῶν οἰκῶν ἐν αἰ;

ἔσται ἐκεῖ, καὶ, Ὅψομαι τὸ αἷμα, καὶ σκεπάσω ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν πληγὴ τοῦ ἐκτρίψαι, ὅταν παῖς ἐν γῇ Αἰγύπτου· διὰ τί δὲ, Ἐπὶ τὰς ἡμέρας ἄξυμα ἐδεσθε· διὰ τί ὁ μὲν ἄλλογενὴς οὐ βρώσεται, τί δὲ τὸ, Ἐν οἰκίᾳ μὴ βρωθήσεται, καὶ ἕξω ἐκ τῶν κρεῶν οὐκ ἐξοίσετε, καὶ ὅστων οὐ συντριβέται ἀπ' αὐτοῦ· Πᾶς ἀπεριτμητός οὐκ ἔδεται ἀπ' αὐτοῦ· πᾶσα συναγωγὴ ποιήσεται αὐτό· τίς ἡ συναγωγὴ. Νόμος εἰς ἔσται τῷ ἐργαρίῳ καὶ προσηλύτῳ προσηλύτῳ· εἰς καὶ ὁ αὐτός ἐπ' ἀμφοτέρων νόμος. Οἱ μὲν οὖν τύποι καὶ τὰ σύμβολα καὶ τὰ μυστήρια, ἐν Ἰσραὴλ μὲν ὁρατῶς γινόμενα, ἐν ἡμῖν δὲ πνευματικῶς τελειουργούμενα. Μικρὰ δὲ περὶ τούτων διαλεχθέντες, οὕτως ἐπαγάγωμεν τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια, τίς μετὰ τὸν νόμον Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιδομία, διὰ τί δὲ ἦλθε καὶ μετὰ σώματος· τί τὸ πάσχα δὲ ἐπέδωκε φαγεῖν μεθ' ἡμῶν· διὰ τί δὲ ὁ λόγος νεκροῦς ἀναστήσας, οὐκ καὶ πάντα τῶν θανάτων ἐπετίμησεν ζῶν· διὰ τί δὲ καὶ ὅλως ὑπέμεινε θάνατον διὰ ξύλου· τίς ἡ ἀκανθα ἦν ἑσπερανώσατο, ἢ τί τὸ ἕξω; ὅτι καὶ ἡ χολή, καὶ τίς ἡ ἀνοιγόμενη πλευρὰ, ἐξ ἧς ἔρρευσεν αἷμα καὶ ὕδωρ· διὰ τί εὐχεται παρελθεῖν τὸ ποτήριον, ὁ πάντως ἦλθε πιεῖν· τίνας οἴλησται οἱ συγκρεμάμενοι, καὶ τίς ὁ ἐξ ἀμφοτέρων ἐν τῷ παραδείῳ· διὰ τί τὸ πνεῦμα παρακατατίθεται ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ σῶμα ἐν τῷ καινῷ μνημεῖο· τί ἦν τὸ, Ἔσθη μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείῳ, γινόμενον σήμερον· τίς ἡ τριήμερος, ἦν ὑπὸ τῆν ἔμειν· διὰ τί δὲ πρῶται αὐτὸν ὄρωσιν αἱ γυναῖκες, καὶ εὐαγγελιζόμενος λέγει, Γυναῖκες, Χαίρετε. Ταῦτα ἡμῶν τῆς ἱερᾶς ἐορτῆς τὰ ἐδέσματα, αὕτη ἡ τράπεζα ἡ πνευματικὴ, αὕτη ἡ ἀθάνατος τροφή καὶ τροφή. Ἐπιστιτισάμενοι δὲ τὸν ἄρτον τὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ πίνοντες τῆς εὐφροσύνης ποτήριον αὐτὸ τὸ ζέον καὶ ἔμπυρον, αἷμα μὲν δὲ ἄνωθεν θερμῷ τυπωθὲν πνεύματι, λόγῳ ἀναλαθόντες<sup>ε</sup>, πρῶτον μὲν τίς νόμος καὶ τίς νόμος οἰκονομία. Οὕτω γὰρ γνωσόμεθα ἐκ τῆς παραβολῆς, τίς λόγος καὶ τίς λόγος ἐλευθερίας. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως· κοικίλων καὶ ἀναγκαίων δογματῶν ἀθροισμός ἐστι, πάντων ἐρανισμὸς κοινωφελὴς τῶν ἐν [267] τῷ βίῳ καλῶν, μίμημα μυστικῶν τῆς ἐν οὐρανῷ πολιτείας, λύγων καὶ λυγνῶν, καὶ πῦρ καὶ φῶτα, τῆς ἀνω λαμπροδουρίας καὶ τιμήματα. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, θεοσεβείας τὸ πρόσωπον, εὐτάκτου πολιτείας τὸ πρόσταγμα, τῆς πρώτης ἀμαρτίας τὸ κύκλωμα, τῆς μελλούσης ἀληθείας τὸ ἀνιγνῆμα. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, Αἰγυπτίας πλάνης τὴν κολαστήριον, δακτύλῳ Θεοῦ καταγραφόμενον· ἄλλως γὰρ ὁ ὑψηλὸς βραχίον ἐπείρειτο. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, εὐσεβείας ἀρχηγός, δικαιοσύνης ὁδηγός, τυφλῶν φωτισμός, ἀφρόνων νηπίων παιδαγωγός, ἀγνωμονούντων δεσμός, σκληροτραχίλων χαλινός, καὶ τῶν ἐπεροσφουόντων ἀνάγκης ζυγός. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, σοφῶν παιδευτήριον, ἀναγκαίων γυμνάσιον, κοσμικῶν διδασκαλείων, δόγμα ἐμπρόθεσμον, παρσερχόμενον μυστήριον. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, τῆς μελλούσης χάριτος συμβολικὴ καὶ αἰνιγματώδης ἐπιτομή, ταῖς εἰκόσιν ἀπαγγέλλουσα τὴν τελειότητα τῆς μελλούσης ἀληθείας, ταῖς θυσίαις τὸ ἱερόν, τῷ αἵματι τὸ αἷμα, τῷ ἀμῶν τὸν ἄμων, τῇ περισσεύῃ ἐν ἕξ οὐρανῶν περισσεύῃ, τοῖς βωμοῖς τὸν ἀρχιερέα, τῷ ναῷ τὸ τῆς θεότητος καταγῶγιον, τῷ περιδωμῷ<sup>δ</sup> πυρὶ ὄλον ἄνωθεν τοῦ κόσμου τὸ φῶς. Νόμος μὲν δὲ ὡς ἡμῖν μυστικῶς προωρίσθη. Ἐρχεται δὲ καὶ ἀναγκαίως μετ' Αἰγυπτίων νόμος, ὀλομανοῦσης ψυχῆς καὶ Αἰγυπτιαζούσης καρδίας ἐκκόπτων τὰ ὁράτα κατὰ μοσχεύματα, τέμνων ἄρτρον δίκην τὰς ἐνδον καὶ βασίαις ἀκάνθας τῶν λογισμῶν, καὶ αὐλακῶδον τὰ τῆς ψυχῆς βάθην προοδοποιῶν, καὶ νεάζων τὴν ψυχὴν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ οὐρανοῦ θεοῦ Λόγου. Διδεῖκατος τὸ θεῖον Πνεῦμα βοᾷ· *Νεώσατε ἑαυτοὺς ἐνώματα, καὶ μὴ σπείρετε ἐπὶ ἀκάνθαις*. Διδὲ δὲ καὶ τὸ πάσχα μυστικῶς πρῶτον ἐξ Αἰγύπτου ἀρχεται, τῆς σκοτεινῆς εἰδωλοκρατίας ἢ πρώτῃ ἐκκοπῇ, καὶ τῆς ἀθέου εἰδωλομανίας ἢ μυστικῆς ἀποτομῆς, καὶ τῶν τῆς πλάνης πρωτοτόκων σπερμάτων ἢ νυκτερινῆ ἐνδοκῆς πληγῆς. Ἐπάσχε μὲν οὖν καὶ Αἰγυπτίος ὀμολογουμένης τῆς τῶν πρωτοτόκων πληγῆς, καὶ πᾶς ὅς ἐγεννήθη ἀπέθνηκε δῆμος· ἵν' ὁ μὲν σκληροτραχίλος Φαραὼ καὶ οὕτω βραδέως παιδευθῇ, ταῖς πρῶταις ἐπιταγαῖς μὴ παιδευόμενος· ὁ δὲ Ἰσραὴλ καὶ οὕτω παραδίδως σωθῆ, καὶ ὁ Θεὸς ἐν πᾶσι δοξασθῆ. Αἰγύπτου μὲν τὸ πλῆθος ἐν πληγῇ, τῷ δὲ Ἰσραὴλ τὸ πάσχα

<sup>α</sup> Fort. cum Savilio leg. τίς νόμος; et mox τίς ἡ τοῦ πάσχα.

<sup>β</sup> Legendum con.icit Savill. τῶν θεῶν ῥημάτων.

<sup>ε</sup> Hic verbum deesse videtur. Putat Savill. ἀναλαθόντες ζεῖοντες. <sup>δ</sup> Savill. con.icit ἐπιδομία.

verbis velut convivio excipiamus (non terrenis, sed cælestibus excepti, comedamus et nos rationabile Pascha cum spirituali desiderio, quo Jesus desideravit Pascha manducare nobiscum): age primo resumentes paucis dicamus quid sit lex, et quis legis usus; cur post relictam Ægyptum lex data fuerit: secundo, quæ sit Paschalis œconomia, et quid omnino sit Paschæ mysterium. Proponemus primo Scripturam, ut illa proposita verba Dei singula dispiciamus. *Dixit autem Dominus ad Moysen et Aaron in terra Ægypti, dicens: Mensis hic vobis initium mensium, primus est in mensibus anni. Loquere toti synagoge filiorum Israel, dicens: Decima hujus mensis accipiant agnos per domos familiarum, agnum per singulas domos. Si vero pauci fuerint in domo, ita ut non sint sufficientes ad unum agnum, accipiant vicinum secum de proximis suis, secundum numerum animarum, quod sufficiat sibi numerabitur in agnos. Agnum perfectum, masculum, anniculum sumetis. Ex agnis et ex hædis sumetis. Et erit vobis reservatum usque ad decimam quartam hujus mensis; et mactabunt eum omnis multitudo synagoge filiorum Israel ad vesperam. Et sument de sanguine, et ponent super duos postes, et supra limen, et in domibus, in quibus eos comedent. Et comedent carnes in ipsa nocte, coctas igni, et azyma et amara comedent. Non comedetis ex eis crudum, neque assum in aqua, sed cocta igni: caput cum pedibus et intestinis. Non relinquatur ex eis in crastinum, et os non comminuetur ex eo: quod autem residuum erit ex eo usque ad matutinum, comburetis in igne. Sic autem comedetis illum: lumbi vestri præcincti erunt, et calcei vestri in pedibus vestris, et baculi vestri in manibus vestris. Et comedetis illam cum festinatione: Pascha enim Domini est. Et transibo in terra Ægypti hac nocte, et percutiam omne primogenitum in terra Ægypti, et in omnes deos Ægyptiorum faciam vindictam: ego Dominus. Et erit vobis sanguis in signum in domibus in quibus estis. Et videbo sanguinem, et legam vos, et non erit in vobis plaga ut conterat, cum percutiam in terra Ægypti. Et erit dies illa vobis memoria sempiternum, et celebrabitis eam. Diebus septem azymum comedetis (Exod. 12. 1-15). Et rursus dixit Dominus ad Moysen et Aaron: Hæc est lex Paschæ: omnis alienigena non comedet ex eo: et omnem servum et emplitium circumcides, et tunc comedet ab eo. In una domo comedetur, neque deferetis ex carnibus extra domum, et os non comminuetis ex eo. Omnis synagoga Israel faciet illud. Omnis incircumcisus non comedet ex eo. Una lex erit inquilino et proselyto in vobis (Ibid. v. 43-49). Divina certe Scriptura sic mystice sacramentalem solemnitatem præscripsit. Nos vero jam singula quæ lecta sunt accurate exploremus, precum vestrarum ope scrutantes Scripturarum profunda mysteria: non tollentes veritatem scriptorum, mysteriorumque accuratam rationem per figuras considerantes. Etenim jubet Spiritus sanctus Moyseni tabernaculum construere: *Prout ostendam tibi, inquit, sic illud facies (Exod. 25. 40)*. Typice conspicitur et mystice, si altius consideretur prototypum et primum exemplar.*

2. Dicamus autem primo, quis sit ille mensis principium mensium; et cur hic mensis Paschæ primus sit mensium anni. Secundo, quid sibi velit agnus decima die mensis sumptus; et agnus perfectus, masculus, anniculus: quis sit vicinus et proximus qui assumitur: cur usque ad decimam quartam diem servetur agnus, et ad vesperam imoletur, et mactet eum omnis multitudo synagoge filiorum Israel ad vesperam: quid significet sanguis supra duos postes et supra limen: cur in nocte carnes comedunt, illasque coctas igni, nihil crudum vel assum aqua; vel cur caput edunt cum pedibus et intestinis, cur os non comminuetur, et quid sint azyma cum herbis amaris: cur festinanter edetis Pascha: qui sint lumbi succincti, quid calcei in pedibus, et baculi in manibus: cur Pascha Domini, et cur sanguis signum est domorum in quibus est: quid illud, *Videbo sanguinem, et legam vos, et non erit in vobis plaga quæ vos conterat, cum percutiam terram Ægypti*: cur se-

ptem dies azyma comedetis, et cur alienigena non comedet: cur in una domo comedetur, et ex carnibus nihil extra efferetur, et os non comminuetur ex eo: *Cur omnia incircumcisus non edet ab eo: tota synagoga faciet illud*: quænam synagoga sit. *Una lex erit inquilino et proselyto*, ut et eadem utrique lex. Typi ergo symbola et mysteria in Israel visibiliter facta, in nobis autem spiritualiter consummata sunt. Paucis igitur hac de re prælibatis, sic veritatis mysteria aggrediamur. Quis sit post legem Christi adventus, cur venerit et cum corpore: quid sit Pascha quod desideravit manducare nobiscum: cur is, qui verbo mortuos suscitavit, non omnino mortem vivens domuit: cur tandem mortem per lignum sustinuit: quæ sint spinæ quibus coronatus est, quid acetum et fel quod potavit, quod latus perforatum, ex quo effluxit sanguis et aqua: cur precatur calicem transire, quem tamen potaturus venerat: qui sint latrones una pendentes, et quis ex ambobus in paradiso: cur spiritum commendet in manus Patris, et cur corpus sit in novo monumento: quid sibi velit illud, *Hodie mecum eris in paradiso (Luc. 23. 43)*; quid sit triduum quo mansit sub terra: cur mulieres primæ vident illum, et cur annuntiando dicit, *Mulieres, Ave! (Matth. 28. 9)*. Hi sunt sacræ solemnitatis cibi nostri, hæc mensa spiritualis, hæc immortalis esca et delicia. Hoc pasti panis, qui de cælis venit; hoc potati lætitiæ calice ferventi et ignito, sanguine desuper veniente, per spiritum ardentem figurato, verbis resumamus; primo quidem quæ sit lex et quæ legis œconomia: sic enim comparatione cognoscemus quid sit verbum, et quæ verbi libertas. Lex per Moysen data variorum et necessariorum dogmatum collectio est; omnium in vita honorum commercium utile, imitatio mystica vitæ cælestis, lucernæ et lychni, ignis et luminis, supernæ illuminationis honores. Lex per Moysen data, veræ religionis prævia figura, bene institutæ vitæ præceptum, primi peccati impedimentum, futuræ veritatis anigma. Lex per Moysen data Ægyptiæ erroris castigatio, digito Dei descripta; alio enim modo excelsum brachium reservabatur. Lex per Moysen data pietatis et justitiæ dux est, cæcorum illuminatio, stultorum parvulorum pedagogus, ingratorum vinculum, duræ cervicis frenum, et eorum qui male jugabantur jugum necessitatis. Lex per Moysen data, sapientium disciplina, rerum necessariorum gymnasium, rerum mundi doctrina, dogma prævium legitimum, mysterium doctans. Lex per Moysen data, futuræ gratiæ symbolicum et ænigmaticum compendium, imaginibus annuntians perfectionem futuræ veritatis, sacrificiis sacram victimam, sanguine sanguinem, agno agnum, columba cælestem columbam, aris summum sacerdotem, templo divinitatis diversorium, igne circum altareposito totum supernum mundi lumen. Sic nobis lex mystice prædefinita sit. Venit autem necessario lex post profecutionem ex Ægypto, materialis insani et Ægyptiæ sentientis cordis invisibilia mala excidens atque vitulos, sulcans aratri more internas et densas spinas cogitationum, et sulcos ducens in profundo animæ, innovansque animam, ut sit receptaculum cælestis divini Verbi. Quapropter jure divinus Spiritus clamat: *Novate vobis novalia, et ne seminetis supra spinas (Jer. 4. 3)*. Ideo Pascha mystice primum ex Ægypto incipit, tenebræ idololatricæ prima excisio, et impiæ idolorum insanitiæ mystica abscissio et primogenitorum erroris seminum nocturna vindex plaga. Passa est certe Ægyptus primogenitorum plagam, et omnis qui genitus erat populus mortuus est: ut duræ cervicis Pharaon vel tardius erudiretur, primis jussionibus non eruditus: Israel vero sic inexpectato modo servaretur, ac Deus in omnibus glorificaretur. Ægypti multitudo in plaga, Israelis vero Pascha in solemnitate: ideo vocatur Pascha in solemnitate Domini: multa et sacra futuræ Dei clementiæ mysteria. In hoc continetur omnis hac de re sermo. Ægyptus illa ampla et nigra tenebrosi et profundi erroris est imago.

Inde namque primi fallaciæ fluctus, vituli et pisces, feræ et aves, et similia omnia animalia inter deos relata et culta. Cum autem de cælo vindex ira revelata fuerit, et furor magnus super omnem terram fuerit expansus, tunc primum superstitiosus idolorum error insanus deicietur. *In omnibus*, inquit, *diis Ægyptiorum faciam vindictam: ego Dominus* (Exod. 12. 12). In primogenita autem omnia sævitur, quia antiquiora tempora sibi vindicantes, vetustissimam omnium servitatem idolis præstabant. Tenebrosa et nocturna plaga erat: nam tenebrosa, tristia, ingrata, caliginosa, inhumana, atque tenebrosorum operum et dæmonum erant judicia. *Dabo*, inquit, *prodigia in cælo sursum, et signa in terra deorsum. sanguinem et ignem et vaporem: sumi. Et sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus* (Joel 2. 30. 31). *Cur vobis hæc dies Domini? Et hæc est tenebræ, et non lux. Quemadmodum enim si fuerit vir a facie leonis, et occurrerit ipsi rursus, et introierit domum, et manu sua innixus fuerit in parietem, et momorderit eum coluber: sic erit dies Domini tenebræ, et non erit lux in ea* (Amos 5. 18-20). Sanguis vero in signum signaculi Christi, meum est mysterium. Signum autem non tunc veritas erat, sed futuræ veritatis signum. Quotquot enim habent signum sanguinis in animabus, ut a lege in domibus imprimi et ungi iussum erat, hos omnes exitiosa plaga præteribit. *In quibus*, inquit, *domibus sanguinem videbo, tegum vos, et non erit in vobis plaga quæ vos atterat, cum percutiam in terra Ægypti* (Exod. 12. 13). Sanguis ergo ut signum ad custodiam: in domibus autem, ut in animabus. Anima enim ex divino Spiritu et ex fide sacrum fit habitaculum. Hoc teguntur ii, qui credunt. Pascha per universum mundum tale mysterium est.

α'. Χθὲς μὲν, ἀδελφοί, περὶ τῆς προθεσμίας τοῦ ἀγίου πάσχα τινὰ ἐλαλοῦμεν· καὶ ἐπειδὴ ἔδοξεν ἀμφιβολία τις γίνεσθαι, ἐστηρίξαμεν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι πρὸ πολλοῦ οὔτε τὴν ἀμφιβολίαν ἠγνοήσαμεν, οὔτε τὴν προθεσίαν· καὶ περὶ τούτων ἀρκοῦντως ἐρρήθη: εἰ γὰρ ἐν μηνίμῃ τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν εἴχετε· ἠπειγόμεθα δὲ εἰπεῖν σήμερον τὴν αἰτίαν τῆς παρολιχῆς. Καὶ ἐπειπερ ἡ τοιαύτη διήγησις ἀπαιτεῖ ἴλου τοῦ πρὸς τὸ πάσχα τόπου τὴν θεωρίαν, βουλόμεθα, ἕαν καὶ ὁ Κύριος βουλήται, ἀναλαθεῖν τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ἔση δύναμις, ἐξεῖπεν τοῦ μυστηρίου τὰ θεωρήματα. Καὶ ἐπειπερ πολλὴ καταδρομὴ τῶν ἐναντίων γίνεται ἄγνωστων τῆς ἀληθείας τὴν φύσιν, καὶ αἰρετικοὶ ἀποσχιρτήσαντες φαίνονται, καὶ Ἰουδαῖοι ἐπαγγέλλονται πάσχα τελεῖν, Χριστιανῶν δὲ μόνων τὸ μυστήριον τοῦτο ἔστι, καὶ ἡ τοῦ μυστηρίου τελετὴ παρ' ἡμῖν μετὰ ἀκριβείας συνίσταται, ὅλιγο ἀπάντων τε ἐκείνων συντόμοι: μνησθῆναι, καὶ ἀπαμείβασαι τὴν σύγγυσιν ἀπὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου, καὶ οὕτως ἐκάστου χρόνου εἰπεῖν τὴν

διάνοιαν, καθὼς ἂν δῶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Πηλάκις γὰρ ἰθεασάμεθα λεγόντων τινῶν, Πῶς τὰ γενέθλια μὲν τοῦ Σωτῆρος ἐν ὠρισμένῃ ἡμέρᾳ τελεῖται· γίνεται γὰρ, ὡς πάντες ἴσμεν, πρὸ ὀκτώ καλανῶν ἰανουαρίων κατὰ Ῥωμαίους· θεοφάνια δὲ ὡσαύτως· καὶ αὐτὰ γὰρ ἐπιτελεῖται ἡμέρᾳ ὠρισμένῃ, τρισκαίδεκάτῃ τετάρτου μηνὸς κατὰ Ἀσianoῦς· καὶ μαρτύρων δὲ ὡσαύτως μὴμην ἐπιτελοῦντες πρὸς ἡμέραν ὠρισμένην ἀρμύζομεν τὴν ἀνάμνησιν· ἐπὶ δὲ τοῦ πάσχα οὐχ οὕτως ἔστιν ὁ λόγος· Ὅτι οὐ μίᾳς, οὐδὲ ἀπλῶς συμβαινούσης ἡμέρας ἔστι τὸ μυστήριον, ἀλλὰ πολλῶν προθεσμιῶν μετὰ διανοίας συναγαγεῖν εἰς τὸν τόπον παραλαμβάνομεν διὰ τὴν τῆς θεωρίας ἀνάπτυσιν. Τηροῦμεν γὰρ καὶ πρῶτον μῆνα, τὸν πρῶτον μῆνα ἀληθῶς τοῦ πρῶτου χρόνου, δεξ ἐξ ἐπιρνήως ἰσημερίας γνωρίζεται. (Ὁ γὰρ πρῶτον μῆνα τῶν ὀφείλει ἰδεῖν τὸν πρῶτον χρόνον, δι' ὃν καὶ πρῶτος μῆν ὀνομάζεται. Πάλιν τε ὁ τὸν πρῶτον χρόνον παραλαμβάνων, τὴν ἀρχὴν ὀφείλει τοῦ πρῶτου χρόνου ἰδεῖν, οὐκ ἄλλην τινὰ ἢ ἰσημερίαν ἐπιρνήν, ὡς ἐπιρῶν ἐπιδιδί-

nuptialem! O Pascha, nova lampadum illuminatio, virginalls lucernarum decor! ideo non ultro extinguuntur animarum lucernæ; nam divino et spirituali modo in omnibus gratiæ ignis præfertur, corpore, spiritu et oleo Christi subministrante. Te autem rogamus, Domine Deus, æterne spiritualiter Rex Christe, manus tuas magnas super sacram tuam Ecclesiam extende, et super populum sanctum semper tuum,

defendens, custodiens, conservans, pro illo bella gerens et decertans, inimicos illi subjiciens, atque illos vincens qui nobis invisibili virtute inimici sunt, ut et hostes nostros vicisti. Erige nunc tropæa pro nobis, et largire nobis ut possimus cum Moyse canere canticum victoriæ, quia tibi est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

### IN SEQUEM SERMONEM.

Latina multi distinguebant, et Pascha a Resurrectionis die separabant. Sic Gregorius Turonensis, ubi ordinem a Perpetuo antecessore suo episcopo Turonensi referens, Resurrectionem Domini prius quam Pascha celebratam exhibet hoc pacto:

*Sexto Calendas Aprilis Resurrectione Domini nostri Jesu Christi, ad Basilicam Domni Martini.*

*Pascha, in Ecclesia.*

*Die Ascensionis in Basilica Domni Martini.*

Ubi notat Ruinartius noster p. 551: *Festum Paschatis a festo Resurrectionis distinguitur in vetustioribus Calendariis; ubi Resurrectionis festi die 27 Martii recolitur. Pascha autem, ut omnes norunt, pro varietate lunæ semper celebratum in Ecclesia fuit.*

Secundo, ex his quæ in hoc sermone observantur verisimile est, inter Græcos etiam orthodoxos varietatem aliquando accidisse circa celebrationem Paschatis; ita ut alii una, alii alia die Pascha peragerent, id quod etiam apud Latinos Catholicos contigisse comprobatur, sicut non raro observat Gregorius Turonensis. Sic libro V, p. 221, *Eo anno, inquit, dubietas Paschæ fuit. In Galliis vero nos cum multis civitatibus quartodecimo Calendas Maias sanctum Pascha celebravimus; alii vero cum Hispanis duodecimo Calendas Aprilis solemnitatem hanc tenuerunt.* Ubi notat Ruinartius: *Dubietas hæc orta ex eo, quod Franci Victorii laterculum sequebantur, ut in Concilio Aurelian. IV, Can. I, an. 541, statutum fuerat; Hispani vero antiquum Latinorum canonem. Adi Coitium ad annum 539, num. 15. Aliquot postea annis idipsum accidit, eodem Gregorio teste lib. X, p. 516.*

Verisimile autem est in Oriente quoque illas varietates circa diei Paschatis celebrationem accidisse, quod hic Scriptor anonymus insinuat, dum ait, contrarias ea de re sententias in anno quo ipse concionem suam emisit existisse. Illam observandi Paschatis varietatem jam commemoravimus Tomo primo operum Chrysostomi, p. 586, ubi diem Paschatis anni 387, qui in tabulis paschalibus vulgatis assignatur 25 Aprilis, nullo modo posse in hunc diem convenire secundum Chrysostomi dicta, ex quibus liquet Pascha multis ante diebus Antiochiæ celebratum fuisse. Ibi vide sis.

### IN IPSUM PASCHA SERMO VII ET ULTIMUS.

1. Hæc quidem, fratres, de præfinito tempore sancti Paschæ quædam dicebamus, et quia videbatur difficultas esse quædam, significavimus in nomine Domini nostri Jesu Christi, nos multo ante et tempus præfinitum, et difficultatem prævidisse: deque iis dictum est quantum satis erat: si tamen dictorum memoriam retinetis; causam vero dilationis hodie dicere aggredimur. Et quia hujusmodi disquisitio veri Paschæ loci et temporis speculationem desiderat, volueris, Domino juvante, argumentum resumere, et pro virili nostra mysterii speculationes proferre. Et quia multus adest adversariorum incursus, qui rei veritatem ignorant, atque hæretici resiliunt, ac Ju-

dæi se Pascha celebrare profitentur. Christianorum vero tantum hoc mysterium est, et mysterii celebratio apud nos accurate constituta est; juvat illorum omnium compendio mentionem facere, atque omnem confusionem a mysterio nostro eliminare, et sic temporum singulorum rationem patefacere, ope scilicet unigeniti Filii Dei. Sæpe namque quosdam vidimus dicentes: Cur natales Servatoris definito die celebrantur; nempe, ut omnes scimus, octavo Calendas Januarias secundum Romanos: Theophania vero similiter; ipsa quippe celebrantur definito die decimo tertio quarti mensis secundum Asiaticos: et martyrum quoque memoriam definito die celebra-

mus, Paschatis vero non eadem est ratio? Neque enim uno, neque simpliciter cadente die mysterium colitur, sed multa prius tempora mente colligimus, et speculando revolvimus. Observamus nempe primum mensem, ac primum mensem primi temporis (a), quod ex veruo æquinoctio dignoscitur: illum enim qui primum mensem observat, oportet respicere primum tempus, ex quo primus mensis nominatur. Rursumque is qui primum tempus assumit, initium primi temporis inspicit oportet, quod aliud non est quam æquinoctium vernum, ut postea demonstrabo. Quia ergo primum tempus observamus, et æquinoctium, insperque lunæ decimam quartam, ac præterea triduum, nempe Parasceven, Sabbatum et Dominicam, atque impossibile est, mox ex his deficiente tempore, Pascha celebrari; ideo non possumus definitum diem ad mysterium Paschatis assignare; sed his omnibus collectis temporibus, salutaris passionis speculationem perficimus. Libet ergo, priusquam agamus de æquinoctio, quod totum mysticum est, et de luna decima quarta, quæ et ipsa mysterio non vacat, ac de triduo, ad mysterii finem causam congruentem habente: primo de extraneorum Judæorum consuetudine agere, quam absurde sibi consarcinarunt; indeque mysterii ecclesiastici puritatem discernere. Nam hæretici, etsi falso statuant, tamen illis anteposendi. Neque enim Judæi diem unum definitum ad Paschæ celebrationem observant; sed et mensem solarem, ut putant, et lunam quartam decimam tenent. Cum ergo apud ipsos decima quarta luna contigerit, si nondum primus mensis advenerit, hanc quartam decimam differunt, ut primum solarem mensem occupent, et sic concursu facto primi temporis et quartæ decimæ lunæ, videantur ex placito suo facere. Vides ergo, frater, Judæos hoc agere, et hoc commune nobiscum habere, quod non unam diem quærant ad celebrationem, sed tempora multa. Quartadecimanorum autem hæresis est quæ cum Judæis Pascha celebrat, et id ipsum facit. Novatiani videntur nostra aliquatenus imitari, qui tempori a Judæis definito serviunt: primum mensem et ipsi observant, et quartam decimam lunam pariter. Sed non hic gradum sistunt: nam postquam huc venerint, ad triduum accedunt; sed sine ulla auctoritate, neque secundum concentum ecclesiasticum, ut ostenditur. Est porro alia hæresis Montanistarum, quæ se Judæos non imitari contendit, attamen in periculum suum ab Ecclesia dissonat. Nam decimam quartam primi mensis observat; id est, mensis septimi secundum Asiaticos, non autem decimam quartam lunæ, nec scio unde hoc vinculum acceperit. Nam unigenitus Dei filius in Paschate Judæorum, luna quarta decima, mense primo; in hac, inquam, quarta decima, in Paschate Judæorum Christus passus est. Undenam igitur hæc execranda hæresis quartam decimam a solari mense ducit, non a lunari, nisi duce demone deceptore? Cæterum ipsa etsi ex ecclesiastico numero exciderit, attamen inde ad triduum venit. Verum hæc facessat. Sed postquam docui omnem hæresim id curare, ut definitum tempus plus vel minus observet; demum Judæos confutare aggrediar, deinde Christiani cœtus causam explicabo. Stat in Ecclesia definitum tempus passionis, æquinoctium vernum, decima quarta luna, triduum, nempe Parasceve, Sabbatum, Dominica. His utimur ad Diem statuendam; et sic proprie fit suo tempore: non aliam novitatem sequimur, sed iustus Moysis traditionem, nempe decimam quartam post æquinoctium servamus. Testes habeo sapientes Hebræos. Neque enim Judæorum hujus temporis amentia est attendenda, quippe qui omnia legis jura persumderint; sed sapientes Hebræos narrantes audire oportet, illorumque calculus necessario est usurpandus, et hi explodendi, utpote transgressores,

(a) Idem est ac si legeretur, *primum mensis vernæ temporis*.

et dicta nostra confirmanda, quæ talibus sunt fulta testimoniis. Judæi namque omnia bona eliminarunt: statim quippe Scripturæ septuaginta duorum sapientium Interpretum reprobantur. Hujusmodi enim Judæi illi erant, qui ad tale opus concinnandum incubuerunt; antiqui nempe, qui ante Servatoris adventum ab optimis electi sunt, ad interpretationem Scripturarum, quæ tunc Hebræicis exarata characteribus optimo in statu erant. Sane approbata tunc fuit illa interpretatio, et maledictiones ab omnibus Hebræis prelatæ sunt in eum, qui hanc interpretationem mutaret. Has ideo Scripturas observamus, audientes Moysen dicentem: *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum* (Deut. 19. 15). Non autem duorum, sed septuaginta duorum testium versionem libenter accipimus. Sed quando sapientes Judæorum superstites fuerunt, versio illa vim habuit; at post iniquum contra Servatorem perpetratum scelus, bona omnia apud Judæos extincta sunt. Propheta est ille, qui prædicat: *Ecce Dominus Sabaoth auferet a Jerusalem et a Judæa robustum et robustiam, robur panis et robur aquæ, gigantem et fortem et virum bellatorem, et judicem, et prophetam, conjectorem, et senem, et sapientem architectum, et prudentem auditorem: et statuum juvenes principes eorum, et illusores dominabuntur eis* (Isai. 3. 1-4). Hoc propheticum oraculum dejecit Judæorum multitudinem, ac prudentia nulla, propheta nullo existente, qui salutaria doceat, sapientum suorum traditiones eliminavit, ac demum leges periclitantur. Ut ergo Scripturas mutarunt et sapientum illorum interpretationem contempserunt, proselyti (a) cujusdam interpretationi fident habentes, in contemptum tot virorum et maledictionum suarum, sic definitum Paschæ tempus perverterunt.

2. Testes habemus sapientes Hebræos, ut Philonem, Josephum, et alios quosdam, qui in scriptis suis asseverant, non posse aliter accurate Pascha celebrari, quam post æquinoctium vernum. Definiuntque iidem sæpe, hanc rei seriem servari post quartam decimam lunam, uti sæpe dictum est. Hi vero, ut Judæi omnes norunt, post Servatoris passionem fuerunt, multoque postea vixerunt. Itaque palam est Servatorem in Paschate Judæorum passum esse post æquinoctium. Jam ergo sapientum testimonio compertum habes, Judæos, nunc reiectos, ab initio post æquinoctium quarta decima luna Pascha agni celebrasse. Stet hoc interim firmum, ut hinc susceptum argumentum stabiliter. Nunc tamen Judæi Pascha post æquinoctium indifferenter celebrant, nisi intercedat mensis embolismus, quo ea vel invito post æquinoctium illud differunt: id autem non secundum scopum, sed casu accidit. Nunc porro, hoc nempe tempore, ante æquinoctium id faciunt, et a sapientibus Judæis ut transgressores unctionis reprehenduntur. Nos porro vim mysterii inviolabilem habemus: tempus enim, quo passus est Servator non ignoratur. Nam commentaria sub Pilato edita definitum Paschæ tempus continent. Narratur enim octavo Kalendas Aprilis passum esse Servatorem. Hoc vero definitum tempus post æquinoctium est, ut periri norunt. Hanc regulam tene, ut videas Christum hoc definito tempore passum esse, et rei gnarus semper Pascha post æquinoctium celebres, Christum imitans, hæreticorum prævaricationem fugias, et temporum rationes quæras. Jam conabor hanc temporis rationem enumerare, ut ostendam mysterii consensum cum veteri norma. Passus est Christus post æquinoctium in Parasceve, ut novimus, et ut Scripturæ referunt; Parasceve tunc concurrente cum quarta decima luna. Nam in Judæorum Paschate passus est. Pascha vero Judæorum tunc omnia tempora, quæ ad passionem pertinent, complectebatur, æquinoctium quod jam præterierat, quartam decimam lunam currentem, Parasceven, Sabbatum, Dominicam. Cur hæc ita facta sint, jam dicendum, et singula, quæ proposita

(a) Proselytum illum Aquilam interpretem intellige.



ξω. Ἐπειδὴ οὖν καὶ πρῶτον [276] χρόνον τηρῶμεν, καὶ ἰσημερίαν, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ σελήνην τεσσαρεσκαίδεκάτην, καὶ σὺν τούτῳ τὴν τρίτημερον, τούτεστι, παρασκευὴν, σάββατον, Κυριακὴν, καὶ ἀδυνατόν ἐστιν ἐνὸς χρόνου τοῦτων λιπόντος ἐπιτελεσθῆναι τὸ πάσχα· διὰ τοῦτο μὲν οὐ δυνάμεθα μίαν ἡμέραν ὀριζομένην πρὸς τὴν μυστήριον τοῦ πάσχα παραλαμβάνειν, ἀλλ' ὅλας ταύτας τὰς προθεσμίας συναγαγόντες ἀπαρτίζομεν τοῦ σωτηρίου πάθους τὴν θεωρίαν. Βούλομαι οὖν, πρὶν εἰπεῖν τὴν θεωρίαν τῆς ἰσημερίας μυστικῆν οὖσαν, καὶ τῆς τεσσαρεσκαίδεκάτης κατὰ σελήνην καὶ ταύτην τῆ μυστηρίου συμβαλλομένην, καὶ πάλιν τῶν τριῶν ἡμερῶν τὴν αἰτίαν ἀρμύζουσαν πρὸς τὸ τέλος τοῦ μυστηρίου, πρῶτον εἰπεῖν τὴν ἔξω τῶν Ἰουδαίων συνθήκην καὶ ταύτην ἀλόγως ἐπισηρομένην εἰθ' οὕτω διακρίνει τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ μυστηρίου τὴν καθαρότητα. Καὶ γὰρ καὶ αἰρετικοί, εἰ καὶ ἐσφαλμένοι, ἀλλ' ὅμως ἐξέγονται. Οὕτε γὰρ Ἰουδαῖοι μίαν ἡμέραν ἐμπρόθεσον πρὸς τὴν τοῦ πάσχα τελεσιουργίαν τηροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὸν μῆνα, ὡς οἴονται, τὴν καθ' ἡλίον καὶ σελήνην τεσσαρεσκαίδεκάτην. Αὐτίκα γοῦν εἰ συμβαίη τεσσαρεσκαίδεκάτη κατὰ σελήνην παρ' αὐτοῖς ἐμπασεῖν, μήπω ἐνστάτος πρῶτου μηνός, ὕπερτίθενται ταύτην τὴν τεσσαρεσκαίδεκάτην διὰ τὸν ἡλιακὸν πρῶτον μῆνα παραλαμβάνουσιν, ἵνα συνδρομῆς γενομένης τοῦ τε πρώτου χρόνου, καὶ τῆς τεσσαρεσκαίδεκάτης κατὰ σελήνην, δόξωσιν ἀπαρτίζειν τὸ βούλημα. Οὐκ οὖν, ἀδελφε, ὄρα, ὅτι καὶ Ἰουδαῖοι τοῦτο σπουδάζουσι, καὶ κοινὸν ἦν τὸ τοῦτο ἐσχίχασιν, τὸ μὴ μίαν ἡμέραν ζητεῖν πρὸς τὴν τελετὴν, ἀλλὰ χρόνους πολλούς. Τεσσαρεσκαίδεκάτη δὲ αἰρεσις ἐστὶ· σὺν Ἰουδαίοις ποιοῦντες τὸ πάσχα. καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτὸ ἐκείνοις πεπόνθασιν. Ναυατιανοὶ δοκοῦσιν ἄλλως πως τὰ καθ' ἡμᾶς ἡμέρα μισεῖσθαι· δουλεύουσι μὲν καὶ αὐτοὶ τῇ προθεσμίᾳ τῶν Ἰουδαίων, καὶ πρῶτον μῆνα καὶ αὐτοὶ νομίζουσι, καὶ τεσσαρεσκαίδεκάτην κατὰ σελήνην τὴν παρ' ἐκείνοις μεταδιώκοντες· ἀλλ' οὐχὶ ἕως τούτου γε ἴστανται, ἀλλ' ὅταν ἐν τούτοις γένωνται, καὶ ἐπὶ τὴν τρίτημερον ἔρχονται, εἰ καὶ μάλιστα ἀκέρως, καὶ οὐ καθ' ἰσονομίαν ἐκκλησιαστικῆν, ὡς δευχθήσεται. Ἔστι τις ἄλλη αἰρεσις ἢ τῶν Μωντανιστῶν, ἣτις δῆθεν μὲν ἀποδέχεται τὸ μετὰ Ἰουδαίων ποιεῖν, ἀφεστῆκε δὲ σὺν τούτῳ καὶ τῆς Ἐκκλησίας εἰς ἴδιον κινεῖσθαι. Τεσσαρεσκαίδεκάτη γὰρ ἡμῶν τοῦ πρώτου φυλάττει, τούτεστι, μηνὸς ἐξέδουμου κατ' Ἀσιανούς, οὐ τεσσαρεσκαίδεκάτην δὲ σελήνης· οὐκ οἶδα πόθεν λαθούσα τοῦτον τὸν θεσμόν. Ὁ μὲν γὰρ μοιρογενῆς Ἰῶς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων, τεσσαρεσκαίδεκάτην ἐχούσης τῆς σελήνης, ἐν μηνὶ τῷ πρώτῳ, ἐν ταύτῃ τῇ τεσσαρεσκαίδεκάτῃ, ἐν τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων ὁ Χριστὸς ἐπαθε. Πόθεν οὖν αὕτη ἡ δυσὸνυμος αἰρεσις τὴν τεσσαρεσκαίδεκάτην ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ μηνός, οὐκ ἀπὸ τοῦ σεληνιακοῦ εἰληφεν; Ἡ δὲ ὄλην, ὅτι παρὰ τοῦ ἀπατήσαντος δαίμονος; Πλὴν καὶ αὕτη εἰ καὶ πέπτωκε ὁ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἀριθμοῦ, ἀλλ' ὅμως ἐνθεν ἐπὶ τὴν τρίτημερον ἦκε. Καὶ ἐβρίθω μὲν αὕτη. Ἐπειδὴ δὲ ἐδίδαξα ὅτι πᾶσα αἰρεσις σπεύδει ὅθεν τῆς προθεσμίας συναγαγεῖν πλέον ἢ ἕλαττον, θέλω λοιπὸν ἐλέγξει τοὺς Ἰουδαίους πρότερον, εἰθ' οὕτω τὰς αἰτίας τῆς τῶν Χριστιανῶν συναγωγῆς ἐξείπειν. Ἔσθηκεν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας αὕτη ἡ προθεσμία τοῦ πάθους, ἰσημερία ἐαρινῆ, τεσσαρεσκαίδεκάτη μὲν τοῦτο κατὰ σελήνην, τρίτημερον δὲ, παρασκευῆ, σάββατον, Κυριακὴ. Τούτων περὶ τὴν τόπον γράζομεν, καὶ οὕτω κυρίως γίνεται, οὐ κατὰ καινότητα ἄλλως, ἀλλὰ κατὰ παραδοσὶν αὐτοῦ τοῦ Μωϋσέως, τῆς κατὰ σελήνην τεσσαρεσκαίδεκάτης μετ' ἰσημερίαν φυλαττομένης. Ἐχὼ μάρτυρας σοφοὺς Ἑβραίους. Οὐ γὰρ τῆ τῶν νῦν Ἰουδαίων ἀφροσύνη προσέχειν γρη (πάντα γὰρ τὰ τοῦ νόμου δίκαια ἐξηγάναι αὐτοί)· ἀλλὰ τῶν σοφῶν Ἑβραίων ἱστορούντων ἀκούειν προσήκει, καὶ ἐκείνων ἀνάγκη τὴν ψῆφον ὀρίζειν καὶ ἐκκηρύττειν μὲν τούτους ὡς παραβάτας, συνιστάνειν δὲ τὸν ἡμέτερον λόγον, κάκειθεν ἰκινῶς μαρτυροῦμενον. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐξεχωρίσαντο. Αὐτίκα γοῦν καὶ τὰ Γραφῆς δύο καὶ ἐξομῶντα σοφῶν μεταβαλλόμενοι ἠθέτησαν. Τοσοῦτοι γὰρ Ἰουδαῖοι πρὸς τὴν τοιαύτην ἱστορίαν ἠσυχλῆντο, ἀρχαῖοι, πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος [277] παρουσίας, ἀριστιόνην ὑπὸ ἀρίστων ἐξελεγεμένοι πρὸς τὴν μεταβολὴν τῶν Γραφῶν, ἔτι καὶ τότε ἐν Ἑβραϊκοῖς χαρακτήρῃσιν οὕτων εὐδοκίμων. Καὶ ἐδοκίμασθη ἡ ἐρμηνεία, καὶ ἀραὶ ὑπὸ πάντων τῶν Ἑβραίων ἐτίθησαν,

εἰ τις τὴν ἐρμηνείαν παρακινήσει. Καὶ ταύτας διὰ ταῦτα ἡμεῖς περιέπομεν, ἀκούοντες Μωϋσέως λέγοντος, Ἐπὶ τῷ στήθετι δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθῆσεται πάν ῥῆμα· οὐκέτι δὲ δύο, ἀλλ' ἐπὶ ἐβδομήκοντα δύο μαρτύρων τὴν μεταβολὴν ἀσμενίζαντες. Ἀλλ' εἰς ὅσον μὲν οἱ σοφοὶ περιῆσαν τῶν Ἰουδαίων, τὰ τῆς μεταβολῆς ἐκρατύνετο· γενομένης δὲ τῆς παρανομίας τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος, ἀπεσβέσθη παρὰ Ἰουδαίους πάντα κάλλη. Προφήτης ἐστὶν ὁ κηρύττων· Ἰδοὺ δὴ Κύριος Σαβαὼθ ὄψεσθαι ἀπὸ Ἱερουσαλήμ καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσιν, ἰσχὴν ἄρτου καὶ ἰσχὴν ἕδατος, γλῶσσαν καὶ ἰσχύοντα καὶ ἀνθρώπων πολεμιστῆν, καὶ δικαστῆν, καὶ προφήτην, καὶ στοχαστῆν, καὶ πρεσβύτερον, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνειδὸν ἀκροατῆν· καὶ ἐπιστῆσιν νευρίσκον ἀρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐμπαίχται κηριεύουσιν αὐτῶν. Τοῦτο τὸ προφητικὸν λόγιον κατέβαλε τὴν τῶν Ἰουδαίων πληθύν, καὶ ἐρημία συνέσειος, ἐρημία προφήτου ὑποδακνύοντος τὰ σώζοντα, καὶ τὰς τῶν ἰδίων σοφῶν παραδόσεις ἠφάνισαν, καὶ τὰ τοῦ νόμου λοιπὸν ἐκινδύνευσε δίκαια. Ὡς οὖν τὰς Γραφὰς μετεκίνησαν, καὶ τὴν ἐρμηνείαν τῶν σοφῶν ἐκείνων ἠθέτησαν, ἐνὸς τίνος προσηλύτου πειθόμενος μεταβολῇ ἐπ' ἀθετήσῃ τοσοῦτων ἀνδρῶν καὶ ἀρῶν· οὕτω καὶ τὴν προθεσίαν τοῦ πάσχα διέφραβεν.

β'. Ἐχομεν μάρτυρας σοφοὺς Ἑβραίους, οἷον Φίλωνα, καὶ Ἰώσηππον, καὶ ἄλλους τινάς, οἵτινες ἐν τοῖς οἰκείοις συγγράμμασι διαθεβαίνονται, ὅτι οὐ δύναται ἀκριβῶς ἄλλως τὸ πάσχα γενέσθαι, ἢ μετ' ἐαρινῆν ἰσημερίαν ἐνστάσαν. Καὶ ὀρίζονται οὗτοι ἀνεκὰθεν τὸν τοιοῦτον εἰρμὸν τετηρησθαι μετὰ τῆς κατὰ σελήνην τεσσαρεσκαίδεκάτης, ὡς πολλάκις ἐβρέθη. Οὗτοι δὲ σαφῶς, ὡς πάντες Ἰουδαῖοι ἐπίστανται, μετὰ τὸ Πάθος τοῦ Σωτῆρος ἐγένοντο, πολλῶ τῷ μετέπειτα χρόνῳ βιώσαντες· οὔτε δὴλον εἶναι, ὅτι καὶ ὁ Σωτῆρ ἐν τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων ἐπαθε μετ' ἰσημερίαν. Ἐγχείς τοίνυν καὶ ἐκ τῆς μαρτυρίας τῶν σοφῶν Ἰουδαίους τοὺς νῦν ἀποβλήτους, ἐξ ἀρχῆς μετ' ἰσημερίαν τεσσαρεσκαίδεκάτης σελήνης τὸ πάσχα τοῦ προβάτου τελέσαντες. Τοῦτο μοι ἰσάσθω τέως· ἐν' ἐκ τούτου δευχθῆ τὸ προκειμένον. Λοιπὸν γὰρ Ἰουδαῖοι ποιοῦσι τὸ πάσχα πρὸ ἰσημερίας ἀδιαφόρως, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐμβολίμου μηνός ἐνστάτος ἀκούσας μετ' ἰσημερίαν παραταβῶσι. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐστὶ σκοποῦ, ἀλλ' ἀπίως τοῦ συμβάντος. Αὐτίκα γοῦν νῦν εἰς τὸ ἐνεστώσ πρὸ ἰσημερίας ποιοῦσι, καὶ κατηγοροῦνται ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων σοφῶν παραβάται τοῦ χρισματός. Ἐχομεν δὲ ἡμεῖς τοῦ μυστηρίου τὴν ἰσχὴν ἀσύλητον· ὁ μὲν γὰρ χρόνος, καθ' ὃν ἐπαθεν ὁ Σωτῆρ, οὐκ ἠγγόνεται. Τὰ γὰρ ὑπομνήματα τὰ ἐπὶ Πιλάτου πραχθέντα καὶ τὴν προθεσίαν περιέχει τοῦ πάσχα. Ἰστορεῖται γοῦν, ὅτι τῇ πρὸ ὀκτώ καιλιῶν ἀπριλίῳ ἐπαθεν ὁ Σωτῆρ. Αὕτη γοῦν ἡ προθεσμία μετ' ἰσημερίαν συνίσταται, καὶ τοῖς ἀκριβοῦσι κατεσληπται. Καὶ ἔχε τοῦτον τὸν κανόνα, ἵνα ἴδῃ, ὅτι Χριστὸς ἐν ταύτῃ τῇ προθεσμίᾳ ἐπαθε, καὶ ἵνα εἰδῶς τηρῆς αἶ μετ' ἰσημερίαν ποιεῖν τὸ πάσχα, Χριστὸν μιμούμενος, καὶ φεύγη· μὲν τῶν αἰρετικῶν παρανομίαν, ζητῆς δὲ τὰς αἰτίας τῶν χρόνων. Πειράσομαι δὲ ἦδη ταύτην ἀπειριθμητῆ κατὰ τόπον, ἵνα ἀρμονίαν δεῖξω τοῦ μυστηρίου πρὸς τὴν ἀρχαίαν κατὰστασιν. Ἐπαθεν ὁ Χριστὸς μετ' ἰσημερίαν, καὶ τῇ παρασκευῇ ἐπαθεν, ὡς ἴσμεν, καὶ αἱ Γραφαὶ μεμνηγύκασιν, τεσσαρεσκαίδεκάτη κατὰ σελήνην τῆς παρασκευῆς συντρεχούσης· ἐν γὰρ τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων ἐπαθε· τὸ δὲ πάσχα τῶν Ἰουδαίων τότε πάντας τοὺς χρόνους πρὸς τὸ Πάθος συνήγαγε, καὶ ἰσημερίαν προλαμβάνουσαν, καὶ τεσσαρεσκαίδεκάτην ἐνεστώσαν, καὶ παρασκευῆν καὶ σάββατον καὶ Κυριακὴν συναρμοζόμενος. Διὰ τί ταῦτα γέγονε, καὶ τίνος ἕνεκεν, ἦδη ὄψειμι λέγειν, καὶ ἐκείστων τῶν προκειμένων τὴν θεωρίαν ἀποδύοναι, οὐκ ἀπὸ γλώττης ἐμῆς σχεδιαζομένου τοῦ λόγου, ἀλλ' ἀπὸ πιστῶν πραγμάτων [278] πιστοῦ δεκνυμένου τοῦ λόγου. Ὅτι μὲν γὰρ ἡ ἰσημερία προσέθηκε τοῦ ἀληθοῦς πρώτου χρόνου, τοῦτο δὴλον ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας ἐστὶ. Πρῶτον μὲν γὰρ μῆνα ζητούμεν διὰ τὸν πρῶτον χρόνον· ὁ δὲ πρῶτος χρόνος ἀρχὴν ὀφείλει ἔχειν τὴν πρώτην ἡμέραν καὶ νύκτα ἐν ἰσῷ διαταχθεῖσαν. Οὐδὲ γὰρ ἄλλη ἡμοσειν ἀρχὴ τῷ πρώτῳ χρόνῳ, ἢ ἰσότης τῶν εἰρημένων. Ἐδοῖ γὰρ δημιουργεῖσθαι μέλλοντος χρόνου, καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀραὶ παραγενομένων, τὰ· ὑπάρξεις τοῦσιον ὠρισμένας δευχθῆναι ἐν ἰσῷ· εἴθ' ἢ Savil. ἰσ. συναρμοζόμενα.

• Putat Savilius legendum καὶ ἐξῆλπίστας.

οὕτω τῇ κινήσει τὴν ἀνωμαλίαν ἐπιτραπῆναι. Εἰ γὰρ ἡ κίνησις τὴν ἀνωμαλίαν ἔσχεν, ἡ δημιουργία ὠφελεῖ τὴν ἰσότητά δεῖξαι. Ὅμως δὲ βρούλομαι τοῦτο ἐκ τῆς Γραφῆς παραστῆσαι. *Ἐν ἀρχῇ*, φησὶν, *ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*. Εἶτα ἐπάγει, ὅτι σκότος ἦν, καὶ φῶς οὐδέπω ἦν. *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. Καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτός, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους, καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς νύκτα*. Ἐχεις πρώτην ἡμέραν καὶ πρώτην νύκτα. Τί γάρ; πῶς εἶπεν, ὅτι «Καὶ διεχώρισεν ὁ Θεός ἀνὰ μέσον τοῦ φωτός, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους.» ὁ διὰ μέσον εἰς νύκτα; Τὸ γὰρ, *Ἀνὰ μέσον*, εἰς τὰ δύο ἄκρα ποιεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ πάντα, ὅσα ἐδημιούργει ὁ Θεός, ἐν ὠρισμένη ἐδημιούργει φύσει, εἰκότως καὶ ἡμέραν καὶ νύκτα τὰς πρώτας; ἐν ὠρισμένη καὶ ἰσῶς ἐχούσῃ παρῆγε περιγραφή, καὶ ἀπαρτίσας τὸ μέτρον, ἔωρα κάλλιστα ἔχειν. εἰθ' οὕτω, κατὰ ἡδὴ φθάσας εἶπον, τῇ κινήσει λοιπὸν ἀφῆκε τὴν ἀνωμαλίαν ἐργάζεσθαι. Εἰ μόντοι πρώτη στάσις ἐν ἰσῶ, γέγονε τοῖνον ἡ ἰσημερία ἀρχὴ τοῦ χρόνου τοῦ πρώτου, ὡς ἀποδέδεικται. Εἶτα μετὰ ἰσημερίαν (σκόπει δὲ λέγω) τετάρτη ἡμέρα γίνεται ἥλιος καὶ σελήνη. Ἰσότης ἰσημερίας εἰσὶν οἱ φωστῆρες. Ἐκτη ἡμέρα πλάττει τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἔπειτα τῇ ἑβδόμῃ καταπαύει ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων. Τῇ ἐπιούσῃ, ἣτις ἐστὶν καὶ πρώτη, οἶα τελειωθὲν λοιπὸν τὸ σύμπαν ἀφῆκεν ἐν τάξει φέρεσθαι. Τῆρι δὲ γὰρ τούτων τηρουμένων καὶ τῆς σῆς μνήμης παραστάσεως εὐδοκίμησαι τὸν ἐρηγεύοντα λόγον. Ἐποίησεν οὕτω τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός, καὶ ὡς Θεὸς ἀγαθός, τοσοῦτον καὶ τηλικούτων ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον. Μὴ γὰρ ὄρα αὐτοῦ τὴν ἀβελτηρίαν, ἀλλὰ τὴν πρώτην φαντάσειν κατάστασιν. Καὶ γὰρ κατ' εἰκόνα αὐτὸν ἑαυτοῦ ἐποίησε. Καὶ ἵνα δεῖξῃ αὐτοῦ τὴν φύσιν τοῖς ἀστροῖς ἀμιλλωμένην, ἐμφαίνει, ὅτι καὶ γυμνὸν ἔθνηεν ἐν τῷ παραδείσῳ στολῆς οὐ χρίζοντα· οὐδέπω γὰρ ὕβρις συνεληλυθὲν τῇ δέφει, ἵνα καὶ σκέπη δέηται ἄνθρωπος. Ἄλλ' ἡ Γραφή μαρτυρεῖ, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ὅτι γυμνὸν ἦσεν, καὶ οὐκ ἤσχυοντο. Ἄλλ' ὡσπερ ἥλιος καὶ σελήνη τῆς ἑαυτῶν γυμνώσεως ἐγκαλλωπίζονται, οὕτω δὲ καὶ οὗτοι ἠψέθησαν τῇ φυσικῇ εὐπρεπείᾳ ἐνωραῖζεσθαι. Τοσαύτην οὖν εὐεργεσίαν εἰς τοῦτον εἰσενεγκάμενος ὁ Θεός, καὶ ἀβροδῆιτον αὐτὸν ἐν παραδείσῳ καταστήσάμενος, τῶν τε χαρίτων πλουσίως αὐτῷ μεταδούς, καὶ τὴν αὐτοῦ αἰσθησὶν κατὰ τὸ δίκαιον ἐπεσζῆται, καὶ ὑπακοῆν τιμᾶσθαι τὴν χάριν εἰδίδαξε. Καὶ ἐπειδὴ εἶδεν ὁ Θεός, ὅτι ἀδύνατον αὐτῷ συμφραχθῆναι τὴν δωρεάν, εἰ μὴ καταφυγῆ καὶ τιμῆ τῇ πρὸς τὸν δωδωκότα Θεόν, νόμον αὐτῷ φρουρὸν ὀρίξει τῆς φύσεως, ἵνα μνήμη καὶ βοηθεῖα τοῦ νομοθέτου, οἷα ἀγαθὸς τισὶ φαρμάκιος φυλάττεται· καὶ ἀθανασίαν μὲν αὐτοῦ τηρουμένου τοῦ νόμου κατεπαγγέλλεται, θάνατον δὲ περαβάντος. Ἄλλὰ τούτων οὕτως ἐχόντων γέγονε τὰ γενόμενα, καὶ φθῶν τοῦ διαβόλου πεισθεὶς παραβῆναι τὸν νόμον ὁ ἄνθρωπος, φθαρτὸς γίνεται· καὶ ἔξω τίθεται τοῦ παραδείσου· καὶ λοιπὸν εἰς πλῆθος δοῦς. Ἦτον τε κτηνώδῃ ἐξ, καὶ ἀθεῖας τε καὶ ἀκολασίας δοχεῖον ἐγένετο. Καὶ διὰ τοῦτο προφητῆται ἐβδών, καὶ περὶ τῆς πρώτης αὐτοῦ ἀξίας, καὶ μετὰ ταῦτα ἀναξιώτητος. *Ἀνθρώπος ἐν τιμῇ ἔσεν, οὐ συνῆκε παρασκευεμῆσθαι τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς*. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων καὶ ἀπολλυμένης τῆς φύσεως, βουλήθεος ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ σὺν πατρικῇ γνώμῃ ἐπαναγαγεῖν τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῆς ἐπηρετημένης δίκης ἐξαρθάξειν αὐτὸν, καιρὸν τῆς βοηθείας καὶ τρόπον ἐπινοεῖ· καιρὸν μὲν, ἵν' εὐκαίρως ἐπισητῆ πρὸς τὴν ἴασιν· τρόπον δὲ, [279] ἵνα κατ'ἀλλήλους αὐτὸς πρὸς τὴν ἐκκαθάρωσιν ἀποκατάστασιν γένηται. Καὶ δὴ γενόμενος ἄνθρωπος, μετὰ τοῦ μεῖναι Θεός, τὸ πάθος μὴ ἰσῶς ὑπέμεινεν. Εἶπον πολλάκις περὶ τοῦτου τοῦ θύματος. Πολλὰ ἔλεγον πρώην, ἐξ αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων πρὸς Ἰουδαίους, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων πρὸς Ἑλληνας τὰς ἀποδείξεις ποιούμενος, καὶ ἀποτροπῆσαι τοῦτο τὸ σφάγιον καὶ καθαιρετικὸν καὶ δαιμόνων καὶ κινδύνων, καὶ ἐχθρῶν καὶ πάσης αἰσχρότητος· τοῖς πράγμασιν ἐμφαίνων· ἵνα μὴ πάλιν τὸν πρὸς ἐκεῖνους ἄρτι ἀναλαθῶν λόγον, ἐμποδίσω ἑμαυτὸν πρὸς τὸν προκειμένον τοῦ λόγου εἰρμόν. Ἐπειδὴ οὖν ἠβουλήθη ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἀνάστασιν τῷ ἐκπεπτωκότι ἀνθρώπῳ πορίσασθαι, καὶ ἀνανεώσασθαι τούτων, καὶ τῷ πάθει τῷ ἰδίῳ ἐπὶ τὸν

πρῶτον ἀνακτίσαι τρόπον, βλέπε τί πράττει· Ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν τοῦ πρώτου δημιουργοῦ, ἔμελεν αὐτοῦ καὶ πεσόντος εἶναι θεραπευτῆς ἐπὶ διορθώσεως ὅλης τῆς φύσεως. Προσάγει μὲν τῷ πάθει ἑαυτὸν, ὅλον δὲ χρόνον παραλαμβάνει πρὸς ἀνανέωσιν, ὅσπερ καὶ πρὸς τὴν κτίσιν παρελήφεν· ἵνα καὶ τὸ τέλος τῆ ἀρχῆς συμφωνῶν φά[ι]νηται, καὶ ὁ τρόπος τοῦ δημιουργοῦ ὁ αὐτός. Ἦβουλήθη γὰρ, ἐπεὶ περὶ καὶ χρόνον καθαρῶτατον ὑπεστῆσται ἐπὶ τῇ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πλάσει, οὗτος δὲ ὁ πρῶτος χρόνος ἐμολύθη διὰ τῆς παραβάσεως, σὺν αὐτῷ τῷ παραβάντι φθαρτὸς, καὶ μεμολυσμένον λοιπὸν τὸν ἐξῆς αἰῶνα ἀπέδειξεν, αὐτὸν τὸν πρώτον χρόνον ἐπὶ τῷ κατορθώματι τοῦ ἀνθρώπου παρελήφεν· ἵνα σὺν τούτῳ τῇ ἐκ τῷ πάθους καθάρσει καὶ τὸν ἐξῆς αἰῶνα ἐκ κορυφῆς καθαρῶτερον ἀποφῆνειν, ἵνα ἐν ταυτῷ τὰ πάντα δεῖξῃ, καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ἀνανέωσιν, καὶ τὴν τοῦ αἰῶνος καθαρότητά, καὶ τὴν διορθωτὴν καὶ δημιουργοῦ τῆς φύσεως ἐξ αὐτῶν τῶν χρονικῶν συμβόλων σαφῶς ἀποδείξει.

γ. Τίς οὖν ὁ πρῶτος χρόνος; τίς ἡ κορυφὴ χρόνου τοῦ πρώτου; Ἰσημερία, ἀδελφε, ὡς εἰδείκαμεν, ἡμέρα; καὶ νύκτας ἴσα τμήματα ἀπαιτοῦντες, καὶ ἰσημερίαι ἐκρινῆ· ὅθεν ὁ τοῦ Θεοῦ ἐξ αὐτῆς τῆς κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀκολουθίας. Ἰστορεῖ γοῦν ὁ Μωϋσῆς, ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκάλεισεν ὁ Θεός τὰ ἄνθη καὶ τὰ δένδρα καὶ τὰς βοτάνας γενέσθαι· ἔσρος δὲ σύμβολα ταῦτα, τὰ συμφωνοῦντα τῇ τέχνῃ, ὁμῶ καὶ τάξει τοῦ Θεοῦ τὰ πάντα κτίζοντας. Ἐπειδὴ οὖν πρώτη δημιουργία τοῦ ἀνθρώπου μετ' ἰσημερίαν ἐγένετο ἕκτη τῆς ἰσημερίας ἡμέρα (τῇ γὰρ παρασκευῇ ἐκτίσθη ὁ ἄνθρωπος), τὸ δὲ τῆς σελήνης πλησιφαῖς καὶ αὐτὸ μετ' ἰσημερίαν ἐδημιουργήθη τετάρτη ἡμέρα, διαπτώσις δὲ ἐξ ἀμυρτίας τοῦ ἀνθρώπου ἐγένετο, διὰ τοῦτο τὴν διάρθρωσιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνανέωσιν ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν κτίσιν αὐτοῦ προθεσμίας ἀναλαμβάνει, καὶ ἰσημερίαν, καὶ τεσσαρεσκαίδεκάτην τὴν μετ' ἰσημερίαν, καὶ ἡμέραν ἕκτην συναγαγόν, ἵνα διὰ πασῶν προθεσμῶν τὴν τοῦ παθόντος ἀνάστασιν δεῖξῃ, καὶ τῆς φύσεως ἀνανέωσιν τε καὶ ἀνακεφαλαίωσιν. Διὰ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος ταύτην τὴν ἀνακεφαλαίωσιν ἐμφαίνει ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γινωμένην ἔλεγεν· *Ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει γινωσκίτε ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρωμάτος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαίωσθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς*. Ὅρα πῶς ἀνακεφαλαίωσιν τὸν ἐπὶ γῆς λέγει πρὸς τὰ οὐράνια; Ἐκπτώσεως δὲ τοῦ ἀνθρώπου γενομένης καὶ διαμερισμοῦ ἀπὸ τῆς εὐσεβείας τῶν οὐρανίων ἀγγέλων, εἰς ταύτην ἐπανάγειν διὰ τοῦ πάθους τὴν ἔρωσιν ἡμᾶς προμηθεύεται; τί ἄλλο, ἢ ἀνακεφαλαίωσιν ἀγαθῶν πραγμάτων; Διὰ καὶ τοὺς χρόνους τῆς δημιουργίας ἐπὶ τῇ διορθώσει παραλαμβάνει, καὶ μυστήριον ἔχεις ἀκούσαι μέγιστον. Ἐπειδὴ γὰρ δυσχερῶς οὗτοι οἱ χρόνοι συμπίπτουσι κατὰ τὸν πρῶτον τρόπον εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἑβδομάδα (προσεχε ὅτι ἡ πρώτη ἑβδομάς ἐκείνη κατὰ τὴν δημιουργίαν, φημί, ἐν αὐτῇ εἶχε τὴν μὲν ἰσημερίαν ἐν ἀρχῇ, ἔπειτα τὴν πλησιφαῖ ἰσημερίαν κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν ὑψεστώσαν, καὶ τὴν ἕκτην εὐθέως, ἐν ἣ ἐπλάσθη ὁ ἄνθρωπος· οὐ μὴν αἰετὸς ταῦτο συμβαίνει δύναται κατὰ τὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἑβδομάδα)· ἐπειδὴ δυσχερῆς ἦν καὶ δυσπόριστον ἐν μᾶ ἐβδομάδι [280] κατὰ τὴν πρώτην δημιουργίαν ταύτας ὕφ' ἐν τὰς προθεσμίας συναγαγεῖν, ὥστε συνδρομῆς τούτων πρὸς τὴν τοῦ πάθους οἰκονομίαν ὁ Σωτὴρ ἐχρησεν, ἵνα τῇ προκειμένη ἀνακεφαλαίωσιν δεῖξῃ· διὰ τοῦτο πολλάκις ζητούμενος ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἀναρθεθῆναι, μή πως τῆς συνδρομῆς τῶν χρόνων ἐκπεπτωκίαις, ὑπέφυγε. Καὶ ἔχεις ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ὅτι ἠθέλησαν αὐτὸν συλλαβεῖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ὁ Σωτὴρ ἀνεγύρησε. Καὶ τοῦτο οἱ ἀμαθεῖς τὸ μυστήριον δεῖλαι ἐνόμισαν. Οὐκ ἦν δὲ δεῖλαι, ἀλλὰ τῆς συνδρομῆς τῶν προθεσμῶν ἐπιτήρησις. Ὅτε μέντοι συνήγαγον ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τούς χρόνους, ὅτε τὴν ἑβδομάδα πρὸς τὴν ἀρχαίαν δημιουργίαν ἔρωσε, καὶ ἰσημερία καὶ πλησιφαῖς σελήνη καὶ ἡ παρασκευῇ, ἐν ἣ ἔδει παθεῖν, τὴν ἀνανέωσιν δεῖχθῆναι, σὺνδρομὸν ἢ τὸν καιρὸν ἐπιδείξαι μὲν

<sup>a</sup> Savil. ἰσ. παρεληφέναι. <sup>b</sup> Τὴν ἔρωσιν viliatum est, nisi sit ab imperio scriptore profectum. Upinatur Savil. legendum τὴν στερέωσιν. Forte melius ἔνωσιν. <sup>c</sup> Legendum conjicit Savil. παθεῖν, καὶ τὴν ἀνανέωσιν δεῖχθῆναι, σὺνδρομῶν.

sunt, fideliter explicanda, non ex meo arbitrio, sed ex ipso rerum ordine. Quod enim æquinoctium, primum tempus præcesserit, id ex Dei creatione palam est. Primum namque mensem quærimus per primum tempus: primum vero tempus initium habeat oportet a prima die pariterque a prima nocte. Nullum enim aliud initium primo tempori competit, quam illud quod dictum est. Oportebat enim creationem fieri ante futurum tempus, et cum dies et nox jam adessent, illarum existentiam jam æqualiter definiiri; deinde vero ex motu inæqualitatem exurgere. Nam si motus inæqualitatem habuit, in creatione oportuit æqualitatem demonstrari. Id autem volo ex Scriptura explicare. *In principio, inquit, fecit Deus celum et terram. Hinc subdit, Tenebræ erant, et lux nondum erat. Et dixit Deus: Fiat lux; et facta est lux. Et divisit Deus inter lucem et tenebras, et vocavit Deus lucem diem, et tenebras vocavit noctem (Gen. 1. 1-5).* Habes primam diem et primam noctem. Quid enim? quomodo divisit Deus inter lucem et inter tenebras, quas constituit esse noctem? Nam illud, *Inter*, duos ponit terminos. Quia enim omnia quæ creavit Deus, in determinata creavit natura, ex consequenti primam diem et primam noctem in determinata et æquali circumscriptione produxit, et cum mensuram perfecisset, vidit illa optime se habere. Deinde, ut jam dixi, ex motu permisit inæqualitatem oriri. Si ergo primus status in æqualitate constituit, æquinoctium primi temporis principium fuit, ut demonstratum est. Deinde post æquinoctium (hic animum adhibe) quarta die sit sol et luna. Æqualitatem æquinoctii faciunt luminaria. Sexta die format hominem, ac septima quiescit ab omnibus operibus. Sequenti, quæ est prima, universum jam perfectum suo ordine ferri sinit. Hæc observa et memoria retine, ut dicta explorare possis. Sic Deus hominem fecit, et, ut bonus est, talem et tartum fecit hominem. Ne enim pravitatem ejus, sed primum ejus statum respicias: nam ad imaginem suam fecit illum. Atque ut ostenderet ejus naturam cum stellis concertare, declaravit ipsum nudum positum fuisse in paradiso, amictu non egentem: nondum enim talem aspectum contumelia fudaverat, ut tegumento opus haberet homo. Verum Scriptura testificatur, Deum fecisse hominem, et posuisse illum in paradiso: atque illos nudos fuisse, nec erubuisse. Sed quemadmodum sol et luna nuditate sua splendens et ornatur: sic et hi permitti sunt suo decore splendere. Cum ergo tantum illi beneficium contulisset Deus, illumque in paradisi deliciis constituisset, muneraque sua illi abunde tribuisset, sensum ab eo, ut justum erat, requirebat, docuitque illum ut obedientia gratiam rependeret. Quia vero vidit, fieri non posse ut ille donum servaret, nisi ad Deum datorem confugeret ipsumque honoraret, legem illi præscripsit naturæ custodem, ut ex memoria et ope legislatoris, quasi bonis quibusdam pharmacis custodiretur: immortalitatemque ipsi, si legem servaret, promisit, mortem vero minatus est prævaricanti. Sed his ita gestis, illa acciderunt quæ nota sunt: invidia quippe diaboli suadente, ut legem transgrederetur homo, corruptibilis est effectus, eiciturque extra paradysum: ac deinceps auctus prole, brutorum vitam duxit, atque impietatis et lasciviæ receptaculum factus est. Ideoque prophetæ clamabant, de illius prisca dignitate, et de postrema turpitudine: *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis (Psal. 48. 13)*. Hæc cum ita se haberent, et humana pereunte natura, volens unigenitus Dei Filius cum paterno placito hominem reducere, illumque ab impendente ultione eripere, tempus et modum auxilii excogitat; tempus, ut opportune ad medelam adsit; modum, qui ad purgandum et restituendum illum esset idoneus. Factus igitur homo, Deusque manens, pro toto mundo passus est. De hoc sæpe sacrificio loquutus sum. Multa nuper dicebam, ex ipsis Judæis adducta contra Judæos, et ex gentilibus con-

tra gentiles argumenta sumendo; et hanc necem demonas avertisse et profligasse, necnon pericula etiam, hostes et omnem turpitudinem ejecisse, ex rebus ipsis demonstravi; neque ultra contra illos agam, ne propositæ rei seriem interpellem. Cum vellet igitur unigenitus Filius Dei resurrectionem lapsu homini largiri, illumque renovare, et passione sua in pristinum modum restituere, vide quid fecerit. Quia ipse erat primi hominis Creator, ejus etiam lapsi restaurator futurus erat, ad emendationem totius naturæ: sese quidem passioni offert, totum vero tempus accipit ad renovationem, quod ad creationem acceperat, ut finis principio consentaneus appareret, et modus in Creatore idem esset. Volebat enim, quia tempus purissimum in formatione primi hominis delegerat; hoc vero tempus pollutum fuerat per prævaricationem, cum ipso etiam prævaricatore, et pollutum sequens sæculum apparebat, ipsum primum tempus in reparatione hominis assumere; ut cum ipso homine per purgationem ex passione partam sequens sæculum a capite purius exhiberet; quo in eadem ipsa re omnia ostenderet, et hominis renovationem, et sæculi puritatem et reparatorem Creatoremque naturæ ex ipsis temporum symbolis clare demonstraret.

3. Quod est ergo primum tempus? quod caput primi temporis? Æquinoctium, frater, ut ostendimus, cum dies et noctes, æquales sectiones exquisivimus; et æquinoctium vernalis: tempus enim vernalis est ex historiæ serie. Narrat quippe Moyses, tertia die jussisse Deum flores et arbores et plantas fieri. Veris hæc symbola, consona sunt arti, viæ et ordini Dei cuncta creantis. Quia ergo prima creatio hominis post æquinoctium facta est, sexta æquinoctii die (nam in Parascève creatus est homo), luna vero plena post æquinoctium creata est quarta die, lapsusque hominis per peccatum accidit: ideo emendationem ejus et renovationem, tempore a creatione ejus definito assumit, æquinoctium et decimam quartam post æquinoctium, diemque sextam simul conferens; ut his omnibus statutis temporibus, ejus qui passus est resurrectionem ostenderet, atque naturæ renovationem et restaurationem. Ideo Apostolus hanc restaurationem a Deo factam declarans, dicebat: *In omni sapientia et prudentia: ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensationem plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, et quæ in terra sunt (Ephes. 1. 8-10)*. Vides, quomodo restaurationem eorum, quæ sunt in terra, dicat una cum cælestibus? Lapsu autem hominis incidente, et separatione a pietate cælestium angelorum, cupiens nos per passionem ad hanc unitatem reducere, quid aliud operatur, quam restaurationem honorum? Ideoque tempora creationis ad reparationem assumit: ac mysterium maximum audire poteris. Quia enim hæc tempora difficile concurrere possunt secundum priorem modum in unam et eandem hebdomadam (consideres velim priorem illam hebdomadam, in creatione dico, æquinoctium in principio in se habuisse, deinde quarta die plenam lunam, et paulo post sextam diem, in qua formatus est homo: illa vero non possunt semper contingere in una eademque hebdomada): quia ergo difficile erat, ut, quemadmodum in prima creatione, hæc omnes temporum rationes in unum cogerentur, horum tamen concursu ad passionis œconomiam Servator usus est, ut propositam restaurationem exhiberet. Ideoque cum sæpe a Judæis quaesitus fuisset ut interficeretur, quod nondum concursus ille temporum accideret, aufugit. Legis quippe in Evangeliiis, voluisse Judæos illum comprehendere, sed ipsum recessisse; illos vero, qui mysterium ignorabant, ex metu factum putavisse. Non erat autem metus, sed concursus temporum observatio. Cum porro Filius Dei temporum notas collegisset, cum hebdomadam hanc ad illam creationis concinnasset, atque æquinoctium, plenam lunam et Parascèven, in qua passu-

rus et renovationem facturus erat, concurrere deprehendisset, tunc sese ad patiendum tradidit. Elevatis autem oculis in caelum, dixit : *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarifcet te* (Joan. 17. 1) ; et discipulis suis : *Venit hora, ut clarifcetur Filius hominis* (Ibid. 12. 23). Sic curavit unigenitus Filius Dei, omnia illa priora tempora, quibus formatus homo lapsus est, coadunare ad ejus reparationem et apostolicam renovationem naturae subire, eo quod huic rei necessarius esset temporum concursus. Ideo in passione æquinoctium, ut caput temporis, observatur. Nam ante illud æquinoctium, antequam dies esset, tenebrae erant : neque dignum illo fuisset tenebrarum tempore pati, et lapsum reparare, quia neque primus homo in tenebris, sed post lucem est editus ; post æquinoctium autem dies superior est nocte. Oportebat ergo passionem, restaurandi causa factam, in tali concursu exhiberi, quo lux pietatis augenda erat, dum tenebrae impietatis minuerentur. Sed æquinoctium in passione observatum est ob restorationem primi temporis ; et Parasceve similiter, quia primus homo illa die formatus est : oportebat quia die formatus ceciderat, eadem emendari. Sabbatum vero ad quietem deputatum dicit Scriptura his verbis : *Et requiescit Dominus ab omnibus operibus suis die septimo, et sanctificavit illum* (Gen. 2. 2. 3). Sic ergo Dominus, restoratione semel facta, postquam in Parasceve passus, omnia opera ad reparationem hominis lapsi consummasset, die septima requiescit, et manet in corde terrae, iis qui inferis erant libertatem donans passione partam. Et Dominus requiescit nunc ab omnibus operibus. Quia lapsus hominis ex prævaricatione apparuit, residuum opus Deo erat, quo illum reduceret. Quod cum in passione fecisset, et hominem qui perierat renovasset, die sabbati paschalis requievit ab omnibus operibus, cum nullum restaret opus agendum ad operationem salutis nostrae. Sic autem et æquinoctium, et Parasceven et Sabbatum secundum priscam seriem observans, una sabbatorum resurrectionis lumen ostendit, idque ex temporis serie. Haec enim rursus erat prima omnis temporis dies, quam et tunc sensibilis temporis lucem, ex consequenti nunc spiritualis suae resurrectionis, jam olim constituerat. Cum vero haec omnia observaverit in prima creatione, plenam scilicet lunam post æquinoctium, ut diximus ; hinc aliud miraculum exsurgit, cujus causa id observatum est. Quia enim tenebrae futurae erant in passione Salvatoris, Graeci vero dicunt ex luna subius currente solis eclipses fieri ; ne quis religionem Graeca arte adoriretur, decima quarta luna assumpta fuit, ut cum illa omnino plena, et solis cursui ex diametro opposita orta fuerit, miraculum nullo modo posset obscurari, cum haec tanti sceleris ultio esse palam videretur, neque ad artem illam recurri posset. Propter haec omnia Christus in passione veteres illas temporum notas servavit : ideoque nos etiam illas servamus, ut ostendamus et imitemur illa mystica sensa. Sed Christus verum pascha celebrans, ut omnes ab impendente ultione liberet, jure, in parte in vero et proprio Paschate, omnia praedicta tempora in hebdomada antiquo more collegit, ut restorationem perliceret. Nos vero, quia praedicta tempora non possunt semper concurrere, ad imitationem veri paschatis, quantum possumus, tempora illa colligimus, accuratam illam temporum constitutionem prototypo Paschati Salvatoris concedentes. Certe cum Unigenitus semel immolatus sit, et id ad oeconomiam satis fuerit ; jam nullus homo immolatur, sed Servator in passione, ad proprii sacrificii imitationem, panem et calicem dat, tum corpus, tum sanguinem arcanis nominibus offerens, jubensque in hac forma Pascha facere.

4. Hanc sequentes imitationem, tempora etiam imitando colligimus, quantum possumus, æquinoctium nempe, decimam quartam lunam et triduum colligentes ; decimam quartam ex necessitate in hebdomada, ut mos antiquus docet, et ipsum triduum ;

æquinoctium vero circa tempus Paschae, quo convenimus, Salvator quidem qui Pascha verissimum exhibuit, quod averteret impudentia mala, daemonas ; idololatriam, et omnem perniciem, liberam naturam nostram ad beatitudinis adeptionem effecit. Quoniam vero morti et temporibus illis proximis precepit, ut nos ipsum imitemur in symbolis ab ipso datis, dicens : *Hoc facite in meam commemorationem* (Luc. 22. 19) ; jure singulis annis post æquinoctium id agimus, in omnium nostrum salutem, ut avertamus impudentia mala, et caelestis gratiae consortes simus, Servatorem imitantes Pascha perficimus cum letitia et publice. Hac de causa hæreticorum necnon Judaeorum ignorantiam circa Paschae mysterium eximus ; semperque ad illud assumimus æquinoctium, quærimusque decimam quartam quæ post æquinoctium accidit, et una Parasceven, Sabbatum et Dominicam, quæ a Domino sic appellatur, ut sæpe dictum est, quia ipse Dominus haec tempora observavit, ut ostenderet ænigma agni qui secundum legem in Paschate immolabatur, opportune inductum fuisse. Vide namque, frater, quam necessaria res fuit ad veritatis demonstrationem. Jussit Moyses primo mense, quarta decima luna, agnum immolari, quem figuram esse Servatoris prophetæ clamabant : quare comparabant illum Servatori, et dicebant : *Quasi ovis ad occisionem ductus est, et quasi agnus coram tondente se sine voce* (Isai. 53. 7). *Libore ejus nos sanati sumus* (Ibid. v. 5). Ideo videns illum præcursor Joannes clamabat : *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* (Joan. 1. 29). Quia igitur consequens erat, post rem clare gestam, cessare figuram, non aliud definitum tempus expetiit Christus, quam agni mactationem, ut aliud ejus loco allatum ostenderet. Ideo omnia colligit tempora, ut dixi, et concurrat cum Parasceve decima quarta luna : legeque præcipiente post vesperam et inter vespertinas horas jugulari agnum, et diem et horam occisionis servat Salvator : diem, Parasceven, in qua creatus est homo ; horam vero nonam ; et circa illam horam nonam in cruce expiravit. Vesperam enim a septima hora duce dicunt post sextam ; illud enim, *Inter vespertina* (Lev. 23. 5), si a septima incipiatur, centrum perfectum habebit nonam, in qua dicunt sapientes Hebraei agnum mactari. In hac itaque hora mactationis agni in Parasceve Servator, cum reddidit spiritum, loco ænigmatis veritatem induxit, et restorationem per temporum concentum clare fecit. Et tam necessaria fuit illa inductio, ut in solemnitate Paschae non potuerit Judæi in festi bonorem scelus illud differre, quod certe alii fecissent ; sed semel ad caedem sponte inhiantes, judicium habuere, quod impetui suo opitularetur, nec reveriti sunt, ut inductio illa (in loco agni) manifestaretur. Servatur autem tibi ratio plenilunii, quod in passione fuit. Quia enim sol ob tantum contra Servatorem scelus obscurandus erat a sexta usque ad nonam horam, ut radios quasi oculos suos averteret, ne videret tantum facinus, plena luna in passione determinata est, ne crederent Graeci solis eclipsim per concursum lunæ factum fuisse. Sed cum ipsa tantum distaret a sole, necessarium est confiteri, ab eo qui passus est, inductas fuisse tenebras a sexta hora secundum Evangeliorum vocem, quæ tenebrae in Salvatoris passione acciderunt, ut ipse propheticè olim clamabat : ait enim Amos : *Et erit in illa die, dicit Dominus, occidet sol in meridie, et obscurabitur in die lux* (Amos 8. 9). Et quia futurum erat, ut dies illa in lucem et tenebras divideretur, Zacharias rursus alius propheta dicit : *Et erit, in die illa non erit lumen : et dies illa nota Domino, non est dies neque nox : et ad vesperam erit lumen* (Zack. 14. 6. 7). Et totam illam ancipitem facit per successionem tenebrarum et lucis. Ac quoniam propheta clamabat, Obtenebrabitur sol in meridie, et quidem aliquando dubitaturi erant, num hoc vere accidisset Servatori, necne ; jam ob oculos tuos signum magnum est, quod restitutionem videns quæstionem solvas. Quid ergo sequitur

niam longanimitatem segnis evadas, neu te semper voluptatibus dedas. Ne dicas, Interim fruar cupiditate, interim utar juventute : veniet subinde poenitentiae tempus ; cras poenitentiam agam ; senectutis tempore vitam componam. Vanæ sunt hujusmodi cogitationes ; fœda illa tua cupiditatis consilia : malo consiliario uteris voluptate. Dicis, Hodie peccatum admittam, cras poenitentiam agam. An dominus es diei crastinae ? quis tibi diei crastinae sponsor ? Si diligenter audias, neque totus hodiernus dies est tuus : ejus pars præterit, pars superest : illa jam non tua est, hæc nondum tua. Ais : Fruar hodie voluptate, cras poenitentiam agam. Quod habes voluptati, quod non tuum est, poenitentiae deputas ? Meo potius consilio utere : hodiernam diem poenitentiae, peccato ne crastinam quidem deputa. Ideo pulchre divina Scriptura diversis non modis a peccato revocat : *Hodie, inquit, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione (Psal. 94. 8) : et, Adhortamini vosmetipsos donec hodie nominatur (Hebr. 3. 13).* Nam hoc quoque mala sæpe diabolus arto facit. Cum animus videt in peccatorum sensum venire, ac supplicii finem cogitare, tales immittit cogitationes : Junior sum, erit poenitentiae tempus, interim hodie utar presentibus, interim hanc obtinebo litem, illum talem ulciscar, hac cupiditate fruar, ac demum poenitentiam agam. Venit iterum dies crastina, eademque tibi immittit cogitationes, iisdem te intercipit diabolicis ratiociniis : futurum ostendit, praesens subtrahit : atque ita quotidie, in presenti te voluptatibus detinens, in crastino poenitentiae spem ostendens, vitam tuam quotidianis in peccatis consumit.

2. Tu vero contra voluptatem milita : audi Dominum clamantem : *Esto hodie benevolus adversario tuo, quamdiu es in via cum eo (Matth. 5. 25).* Expedi sane tum omnibus, tum iis qui negotiis dediti sunt ut ne contentiosius lites exerceant. Præstat siquidem te in litibus incertum exitum amico foedere prævertere, quam spe nixum victoriam incerto mari confidere. Legis syngraphas tuas, faustum speras exitum : advocatus lucro manum porrigens victoriam promittit, ut mercedem reportet. Interdum etiam iudex corruptus exitum causæ pollicetur. Incerta spe niteris. Nam si tu antevertens, iudicem corruptis, alienisque muneribus aperuisti januam ; cogites velim adversarium tuum idipsum meditari, sæpeque tibi tranquillo rerum tuarum cursu naviganti suserunt ut vela demitteres. Numquamne vidisti mare in litore tranquillum, in alto fluctibus agitari ? Quot tranquillo mari navigantes, in alto pelago fluctibus repentinisque tempestatibus excepti, naufragium fecerunt ? Talis est hujus negotii finis. Interdum initia spem præ se ferunt, finis vero contrarium profert eventum. E re igitur fuerit, ut dixi, pecuniarias lites amice componere, ut in negotii fine amicum tibi devincias : criminales autem non motu non componere, sed etiam ne intentare quidem liceat : sed in his etiam melius est veniæ, quam iræ locum dare. Verum hic non videtur mihi de pecuniaria solum agi. *Esto, inquit, benevolus adversario tuo cito, dum es in via cum eo.* Hoc additamentum præbet mihi occasionem majus quidpiam cogitandi. Nam si de pecuniariis litibus solum ageretur, vel de criminalibus insensibilibusque ; cur adderet, *Dum es in via cum eo ?* quis adversarius cum adversario iter instituat ? quis se socium itineris dederit ei, qui cum animo non consentit ? non timet tabellas sibi furto auferri, testes corrumpi, insidias in via sibi parari ? Invenire ergo debemus adversarium qui nos semper comitetur, cujus societatem, etsi admodum caveamus, effugere non possimus, et hunc cogitare adversarium, quicum nos benevole versari conveniat. Quis ergo est verus ille adversarius ? Si diligenter quæras, corpus animæ : hic est adversarius ejus qui in te est, spiritus. Ne vero putes mecum esse sermonem, Paulus confirmet id quod dictum est : *Curo concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem : hæc autem sibi invicem adversantur (Gal. 5.*

17). Nec Manichæorum induco doctrinam, neque alium corporis creatorem statuo : sed caro concupiscit adversus spiritum, voluptate utens consiliario ; et spiritus adversus carnem, spe nixus futurorum. Adversantur invicem concupiscentia mundi, et concupiscentia regni caelorum. Hic est adversarius, qui, velin nolim, me comitatur : via quippe est hæc vita. Anima imaginem suam imitari studet, caro in pulverem defluit. Hæc autem sibi invicem adversantur. Huic adversario tuo esto benevolus. Quandonam ? *Dum es in via cum eo (Matth. 5. 25), dum in hac vita degis.* Nam si vita finem habeat, nullum ultra tibi poenitentiae tempus, *Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi (Psal. 6. 6) ?* Huic ergo adversario esto benevolus. Non dixit, Gratificans, sed, *Benevolus.* Ne suave quid facias adversario tuo, sed ut benevolus a voluptatibus ad poenitentiam revoca. Non te jubet ut salsamentarium omnia ad corporis voluptatem facere ; sed ut medicum agere. Medicus enim sæpe amarum miscet, secat, urit, et illatae molestiae mercedem accipit. Licet enim aliquo sensum dolore affecerit, ægroti tamen salutem in scopo habuit. *Ne forte tradat te adversarius judici (Matth. 5. 25), futuro nempe Judici : Adversarius : cui si nunc gratificeris, tunc Judex te traditurus est ministro, ultricibus scilicet potestatibus ; et in carcerem conjiceris, in tenebras exteriores, locum horrendum. Non exibis inde, donec reddas novissimum quadrantem.* Si ante mortem debitum solveris, solum omnino est : si debitor moriaris, etiam residuum vel minimi debiti a te exigetur. Quid est illud, *Novissimum quadrantem ? Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquæ cogitationis diem festum agent tibi (Psal. 75. 11).* Hæc cum sciatis, fratres, comparete voluptates cum futuro iudicii die, et iudicis sententia : atque tunc sciatis quam amara sit voluptas, cum noveritis quantæ amaritudinis sit conciliatrix. Vultisne, ut ex duobus evangelicis conviviis quid admonitionis mutuemur, quis nempe sit voluptuosorum finis, quis vero poenitentium fructus ? Ne vero mireris si Scriptura voluptuosorum convivia sæpe describat : omnia quippe describit, quid caveas, quid imiteris. Describit voluptuosos, ut perpetua illos infamia nolet, utque illos imitari caveas : describit religiosos, ut ad exemplum poenitentiae accurras, utque voluptuosum religioso comparans, illum averseris, hunc imiteris. Sitque hoc documentum prudentibus, ut ne spectaculis publicis oculos pascant, neve facile ad hippodromum currant, vel noctu spectandi locum in teatro occupent : vesania quippe est turpium spectaculorum expectatio. Diem enim antevertunt ex vehementi desiderio, noctu tenebrarum locum occupant, ut turpibus spectaculis oculos oblectent, ac ferarum cumque feris concertantium pugnas videant : sedentque sæpe spectatores, benevolentiam majorem erga feras, quam erga congeneres exhibentes. Non miseris infelicem illum, qui ut ventrem impleat, in ferarum ventrem sponte abit : utque gulæ morbum expleat, libenter sibi in ventre bestiarum sepulcrum parat. Ille intemperantem habet ventrem, tu ne intemperantem oculum habeas. Alius minus ingreditur, ad turpitudinem membra componens, risui sese mercede locans, quem pudet nisi publice vapulet, portarumque fragore genas præparat, novaacula pilus detondet, ut ne pilus quidem contumeliis obsit. Alius muliebri saltatione emollitus, illaque imitans quæ virum non decent, dolensque quod non femina sit natus, simulatam naturæ mutationem ambit. Hæcque omnia ventris et quæstus causa facit, res foedissimas persequens : de quibus hæc Pauli verba dicere par est : *Quorum deus venter est, et gloria in confusione ipsorum (Philipp. 3. 19).* Ad hæc ne concurratis, ne veloces pedes ad hujusmodi gressus vertatis, neve in convivia vestra foedias voluptates inducat. Interdum dicis : Theatrum aversor, nequaquam ad gradum ascendo ; convivium est lætitiæque tempus. At illic turpia theatrorum spectacula exhibetis. Quid tibi

πονηρῶ κέχρησαι συμβούλῃ τῆ ἡδονῆς. Λέγεις, Ποίησω τὴν ἀμαρτίαν σήμερον, καὶ αὐριον μετανοήσω. Κύριος εἰ τῆς αὐριον; τίς σοι τῆς αὐριον ἐστιν ἐγγυητής; Ἐάν ἀκριβῶς ἀκούσης, οὐδὲ τὴ σήμερον ἅλη σὴ καὶ τῆς σήμερον τὸ μὲν παρελήλυθε, τὸ δὲ μέλλει· τὸ μὲν οὐκ ἐστὶ σὸν, τὸ δὲ οὐκ ἔστι σὸν. Λέγεις; Σήμερον ποιήσω τὴν ἡδονήν, καὶ μετανοήσω τῆ αὐριον. Ὁ ἔχεις, τῆ ἡδονῆς, τὸ ἀλλότριον, τῆ μετανοίας; Ἐμοὶ μᾶλλον χρήται συμβούλῃ, τὸ σήμερον τῆ μετανοίας, τῆ δὲ ἀμαρτία μὴδὲ τὸ αὐριον. Διὰ τοῦτο καλῶς ὁ θεὸς λόγος διαφόρως ἡμᾶς εἰς ἀνάκλησιν τῆς ἀμαρτίας ἀνακαλούμενος, Σήμερον, φησὶν, ἔὰν τῆς φωτὸς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνετε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ· καὶ, Παρακαλεῖτε ἀλλήλους, ἕως οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. Ποιεῖ γὰρ καὶ τοῦτο πολλὰκις ὁ διάβολος κακοτέχνως. Ὅταν ἴδῃ ψυχὴν ἀρξαμένην αισθάνεσθαι τῶν ἀμαρτημάτων, ἀρξαμένην νοεῖν τῆς τιμωρίας τοῦ τέλους, τοιούτους ἐμβάλλει λογισμούς· Νεώτερός εἰμι, καιρὸν ἔχω μετανοίας, τέως σήμερον παρακατάσχω τὴν χρεῖαν, τέως τῆς δικῆς περιγένημαι· τὸν δεῖνα ἀμύνωμαι, τῆσδε τῆς ἐπιθυμίας ἐκτελέσω τὴν ἡδονήν, καὶ φθάσω μετανοήσαι α. Ἐρχεται πάλιν ἡ αὐριον, πάλιν σε τοῖς αὐτοῖς διακατέχει διαβολικὸς διαλογισμὸς· καὶ πάλιν τὸ μὲν μέλλον ἐπιδεικνύσει, καὶ τὸ παρὸν κατασπᾶ· καὶ οὕτω καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ μὲν σήμερον ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις κατέχων, τὸ δὲ αὐριον ἐν ταῖς ἐλπίσι τῆς μετανοίας ὑποδεικνύει, παραναλίσκει σου τὸν βίον καθ' ἡμέραν ἀμαρτάνωντος.

β. Ἀλλὰ σὺ στρατεύσαι κατὰ τῆς ἡδονῆς· ἀκούσον τοῦ Κυρίου κρᾶζοντος· Σήμερον ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου, ἕως οὗ εἰ μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ ὀδῷ. Καλὸν μὲν οὐκ καὶ καθάπερ καὶ πρὸς τοὺς φιλοπραγμοσύνης ἐρώτας, ἵνα μὴδὲ δικᾶς φιλονεικότερον ἐγγυμνάσωσιν. Βέλτιον γὰρ καὶ ἐν δικαίᾳ προλαβεῖν φιλικαῖς διαλύσει· τὸ τῆς δικῆς ἀδελον τέλος, ἢ ταῖς ἐλπίσι τῆς νίκης ἐπεριδομένους ἀδήλω καταπιστεύσαι πελάγει. Ἀναγινώσκεις σου τὰ γραμματεῖα, θαρσεῖς ταῖς ἐκβάσεις· ὁ συνήγορος κοιλάνας τὴν χεῖρα τῷ λήμματι ἐγγυάται τὴν νίκην, ἵνα περισφίγγηται μισαριτία. Ἐνίοτε δὲ καὶ δικαστῆς προθεσβαρμένος προπαγγέλλεται σοι τῆς δικῆς τὸ τέλος. Ἄθεθαίσι; θαρσεῖς ἐλπίσιν. Εἰ γὰρ σὺ προλαδὸν προδιέφθερας τὸν δικάζοντα, ἄλλοτριος; λήμματι θύραν ἀνοίξας, νόμιζε τὰ αὐτὰ καὶ τὸν διάδικον μελετᾶν· καὶ πολλάκις ἡμέρα σοι τὰ τῆς δικῆς εὐδία πλέοντι πείθουσι χαλάσαι περὶ τὸν πλοῦν τὸ ἴστιον. Οὐδέποτε εἶδες θάλασσαν πρὸς αἰγιαλὸν γαλήνην ἔχουσαν, καὶ ἐν τῷ βυθῷ κυριαυομένην; Πόσοι μετ' εὐδίας καὶ γαλήνης ἀναπλεύσαντες εἰς τὸ μέσον τοῦ πελάγους, αἰφνιδίως χειμῶσι χρησάμενοι καὶ κύμασιν ἐναυάγησαν; Τοιαῦτα τῆς δικῆς τὰ τέλη· ἐνίοτε τὰ προσιμία μετὰ τῶν ἐλπίδων, καὶ τὸ τέλος ἀντίστροφον τὴν ἐκβασιν τῆς ἐλπίδος ἀπενεργάζοντο. Καλὸν μὲν οὐν, ὅπερ εἶπον, καὶ τὰς χρηματικὰς δικᾶς φθάνειν διαλύσει φιλικαῖς, ἵνα πρὸς τῷ τέλει τῆς δικῆς κυβερνήσῃ τὸν φίλον· ἐγκληματικὰς δὲ μὴδὲ διαλύσει γενεθόντα, ἀλλὰ μὴδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγγυμνάσει· πλὴν ἀλλὰ κάκει βελτίων ἢ φειδῶ του θυμοῦ. Ὅμως οὐ δοκεῖ μοι μόνον περὶ χρημάτων ὁ λόγος ἔχειν τὸ αἶτιον. Ἰσθι, φησὶν, εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχῶ, ἕως ὅτου εἰ ἐν τῇ ὀδῷ μετ' αὐτοῦ. Αὕτη ἡ προσθήκη δίδωσι μοι τι καὶ μεῖζον ἐννοεῖν. Εἰ γὰρ περὶ χρηματικῶν δικῶν μόνον ὁ λόγος, ἢ τῶν ἐγκλημάτων τῶν ἀνασιθῆτων ἔλεγε, διὰ τί προσετίθει, ἕως ὅτου εἰ ἐν τῇ ὀδῷ μετ' αὐτοῦ; τίς γὰρ ἀντιδικὸς ἀντιδικῷ συνοδεῖται καταδέχεται; τίς κοινωνεῖ τῆς ὀδοπορίας [290] μὴ κοινωνῶν τῆς γνώμης; οὐ δέδοικε καὶ γραμμάτων κλοπῆν, καὶ μαρτύρων διαφθορὰν, καὶ τὰς κατὰ τὰς ζωφόρους ἐπιβουλάς; Οὐκοῦν ὀφειλομένον εὐρεῖν ἀντίδικον τὸν ἀεὶ συνοδεύοντα, οὐ τὴν συνοδεῖαν καὶ σφόδρα φιλαττόμενον φυγεῖν οὐ δυνάμεθα, καὶ τοῦτον ἐννοῆσαι τὸν ἀντίδικον, ᾧ προσήκει μετ' εὐνοίας προσφέρει εἰ. Τίς οὐν ἀκριβῆς ἐστὶν ἀντιδικός; Ἐάν ἀκριβῶς ἐξετάσῃς, τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς· οὗτος ἀντιδικός ἐστι τοῦ ἰσθι πνεύματος. Καὶ ἵνα μὴ νοήσῃς ἔμῃν εἶναι τὸν λόγον, Παῦλος κυρωσάτω τὸ ρηθὲν· Ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός· ταῦτα δὲ ἀντίκεινται ἀλλήλοις. Καὶ οὐ Μανχαῖον ὑστάτω λόγον, οὐδὲ ἄλλον λέγω σῶματος δημιουργόν·

ἀλλ' ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τῆ ἡδονῆς συμβούλῃ χωρμένη· τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός, ταῖς μελλούσαις ἐλπίσιν ἐπεριδομένον. Ἀντίκεινται ἀλλήλοις ἐπιθυμία κόσμου καὶ ἐπιθυμία βασιλείας τῶν οὐρανῶν· οὗτός ἐστιν ὁ ἀντιδικός ὁ καὶ ἐκόντος καὶ ἀπόντος συνοδεῖται· ὁδὸς γὰρ ὁ βίος. Ἡ ψυχὴ τὴν ἰδίαν εἰκόνα σπένδει μιμεῖσθαι, ἡ σὰρξ ἐπὶ τὸν γούν καταρβέει. Ταῦτα δὲ ἀντίκεινται ἀλλήλοις. Τοῦτω τῷ ἀντιδίκῳ σου ἴσθι εὐνοῶν. Καὶ πότε; ἕως ὅτου εἰ μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ ὀδῷ, ἕως ἐν τούτῳ τυγχάνεις τῷ βίῳ. Ἐάν γὰρ ἡ ὁδὸς τελεσθῆ, οὐκ ἐτι μετανοίας καιρὸς, Ὅτι οὐκ ἐστι ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου, ἐν δὲ τῷ ᾧ τῆς ἐξομολογήσῃ σοι; Τοῦτω οὐν ἴσθι τῷ ἀντιδίκῳ σου εὐνοῶν. Οὐκ εἶπες, Χαριζέμενος, ἀλλ', εὐνοῶν. Μὴ τὸ ἴδιον ποιήσῃς τῷ ἀντιδίκῳ σου, ἀλλ' ὡς εὐνοῶς ἀπὸ τῆς ἡδονῆς εἰς τὴν μετάνοιαν ἀνακάλεσαι. Οὐ καλεῖς σε ὡς ὀφιοποιῶν χρησάσθαι τῷ σῶματι πάντα τὰ ἐξ ἡδονῆς ποιοῦντα· ἀλλ' ὡς ἱατρῷ. Πατέρες γὰρ πολλάκις καὶ μικρὸν κινῶν, καὶ τέμνει, καὶ καίει, καὶ προσλυτῶν μισθὸν λαμβάνει. Εἰ γὰρ καὶ μικρὸν λυπεῖ τὴν αἰσθησιν, ἀλλὰ σκοπὸς ὑγιείας τῷ θεραπευομένῳ. Μήποτε σὲ παραδῶ ὁ ἀντιδικὸς τῷ κριτῇ; τῷ μέλλοντι κριτῇ; Ὁ ἀντιδικός· ᾧ ἐάν νῦν σὺ χάρισθῃ, τότε εὐρίσκειται σε παραδίδους ὁ κριτῆς τῷ ὑπηρέτῃ, ταῖς τιμωρητικαῖς δολαφῆς δυνάμει, καὶ εἰς φυλακὴν βληθῆσθαι εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Φοβερός ὁ τόπος· Οὐ μὴ ἐξέλεθς ἐκείθεν, ἕως οὐ ἀποδῶς τὸν ἔσχατον κοδράντην. Ἐάν πρὸ τοῦ θανάτου διαλύσῃς τὸ χρέος, λέλυται· ἐάν ἐφείλων ἀπέλθῃς, καὶ τὸ ἐγκατάλειμμα τῶν ἐλαγίστων ὀφειλημάτων ἀπαιτηθῆσθαι. Τί ἐστὶ, τὸν ἔσχατον κοδράντην; Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσῃ σοι, καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθύμιον ἐροτάσει σοι. Ταῦτα εἰδότες, ἀδελφοί, παράλληλα θέσθε τὰς ἡδονὰς, καὶ τὴν μελλούσαν ἡμέραν τῆς κρίσεως, καὶ τὴν τοῦ δικάζοντος ψῆφον· καὶ τότε νοήσετε πῶς μικρὸν ἡ ἡδονῆ, ἐταν γινώτε πληκτικῆς πικρίας γένηται πρόξενος. Βούλεσθε μικρὸν τι τὴν Ἐκκλησίαν ἀπὸ οὗτο συμποσίων ἀναγεγραμμένων ἐν Εὐαγγελίῳ νοθεθῆσμεν, τί μὲν τὸ τῶν φιληδόνων τέλος; τῆς δὲ ὁ τῶν μετανοούντων καρπός; Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ καὶ πολλάκις καὶ φιληδόνων συμποσία, γράφει ἡ Γραφή· πάντα γὰρ ἀναγράφει, τί φυλάξῃ, τί μίμησῃ. Γράφει τὰ τῶν φιληδόνων, ἵνα διηγεῖται αὐτοὺς στηλιτεύσῃ, καὶ ἵνα σὺ φύγῃς τὴν μίμησιν· γράφει τὰ τῶν φιλοθέων, ἵνα ἐπιδράμῃς τῆς εἰκόνης τῆς μετανοίας, καὶ θελς παράλληλα τὸν φιληδόνον καὶ τὸν φιλοθεόν, τὸν μὲν ἐκφύγῃς, τὸν δὲ ζηλώσῃς. Ἄμα δὲ καὶ διδάσκαλιον ἔστω τοῖς συνιούσι, τὸ μὴ σφόδρα ταῖς δημοτελεῖσι θεάσι· ἐστὶν ὅμοιος τῶν ὀφθαλμοῦς, κηδὲ προχειρῶς ἐπὶ τὸν ἵπποδρομον τρέχειν, μὴδὲ ἐκ νυκτῶν καταλαμβάνειν τὸ θεάτρον· μανικὸν γὰρ θεαμάτων ἀσέμνων ἐλπίς. Καὶ γὰρ προλαμβάνουσι τὴν ἡμέραν τῷ τάχει τῆς προθυμίας, ἐν νυκτὶ τὸν τοῦ σκότους τόπον καταλαμβάνοντες, ἵνα θεάμασιν ἀσέμνοις τὰς κόρας τέρψωσιν, ἢ θηρίων ἀμύνας καὶ θηριομάχων θεάσωσιν. Καὶ καθήνται πολλάκις ἀνθρώποι θεαταί, τὰς εὐνοίας ἐπὶ τὰ θηρία μᾶλλον ἢ τοὺς ὀμοφύλους τρέποντες. Καὶ οὐ ταλανίζεις τὴν ἄθλιον, γὰρ ἵνα πληρώσῃ τὴν γαστέρα, εἰς θηρίων ἀποτομολεῖ ἄστρον· καὶ ἵνα πληρώσῃ τῆς γαστριμαργίας τὴν νόσον, ἡδέως ταῖς [291] κοιλίαις τῶν θηρίων ἐνθάπτεται. Ἐκεῖνος ἀκλίμαστον ἔχει γαστέρα· σὺ μὴ λάβῃς ἀκλίμαστον ὀφθαλμόν. Ἄλλος γελωτοποιὸς εἰσείπει, εἰς αἰσχύνῃν ἑαυτοῦ διαπλάσασθαι μέλη, γέλωνται μισθῶσας τὴν κερφαλὴν, αἰσχυνόμενος ἐάν μὴ δημοσία ραπίζῃται, καὶ τοῖς κτύποι τῶν πυλῶν<sup>b</sup> προκυρπεπίζων τὰς παρεῖας, καὶ ζυρῶ τὰς τριχὰς περιαιρῶν, ἵνα μὴδὲ θορῆς μεσιτεύηται ταῖς ὕβρεσι. Ἄλλος ὀρχήσεται γυναικαῖς θρυπτόμενος, καὶ τὰ παρὰ φύσιν μιμούμενος, καὶ λυποῦμενος ὅτι μὴ γυνὴ παρὰ τῶν γονέων ἐτέχθη, καὶ τὴν τῆς φύσεως μεταβολὴν φιλοτιμίαν τιθέμενος· καὶ ταῦτα πάντα ποιῶν γαστρός ἕνεκα καὶ κέρδους, καὶ τοῖς αἰαγροῖς φιλοτιμούμενος· περὶ ὧν καλὸν εἰπεῖν τὴν τοῦ Παύλου φωνήν· Ὅν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αἰσῶν. Μὴ πρὸς ταῦτα συντρέχετε, μὴ τοὺς πόδας ὀρέζετε ἐπὶ τὰ τοιαῦτα βήματα τρέπετε· ἀλλὰ μὴδὲ τοῖς συμποσίαις τὰς ἀσέμνων ἡδονὰς ἐπισίσχετε. Ἐνίοτε λέγεις· Παρατοῦμαι τὸ θεάτρον, οὐκ ἀνέρχομαι τοὺς βελούτους· ἔστι συμποσίον καὶ καιρὸς εὐφροσύνης· καὶ

<sup>a</sup> Combefis. περιγύνομαι. Τῆσδε τῆς ἐπιθυμίας ἀπολαύσω, ἡσδε τῆς ἡδονῆς, καὶ φθάσω μετανοήσαι.

<sup>b</sup> Τῶν πυλῶν conjicit Villoisonus. Adis Chardonis Rochette Mélanges. t. II, p. 214.

ἐκεῖ τὰ ἄσπευμα τῶν θεάτρων τελεῖτε θεάματα. Τί οὖν ὤφελεις τὸ θεᾶσθαι βδελυττόμενος; Μὴ γὰρ τοὺς λίθους βδελυττόμεθα; μὴ γὰρ οἱ λίθοι τῶν θεάτρων εἶσι κατακεκριμένοι; Ἡ τῶν πραττομένων αἰσχροῦτης, ἢ τῶν ἀσέμνων θεαμάτων κακία, ἢ διὰ τῶν αἰσθητηρίων τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῆς ἀκοῆς, ὡπερ διὰ τινῶν θυριδῶν, τὸν ἡσθητὴν ἐπεισάγουσα. Ὅταν οὖν παραιτήσῃ τὸ θεᾶσθαι, καὶ παρὰ τὴν σεαυτοῦ τράπεζαν τὰς τῶν θεαμάτων ἐπεισάγης αἰσχύναν, λήληθας τὸν οἶκον σεαυτοῦ ποιήσας θέατρον. Οὐδὲ γὰρ τοῦ θεάτρον μισῶ τὸν τόπον, ἀλλὰ δέδια τῶν συνιόντων τὸν τρόπον.

γ. Ἴνα δὲ γνῶς, ὅτι καὶ παρὰ συμπόσια θεάματα πολλὰς ἀσέμνας καὶ βλαβεράς ταῖς ψυχαῖς ἐπεισαγόμενα, κατακρίσεως αἴτια γίνεται, ὑπομνήσω σε συμπόσιου βασιλικῶ, μᾶλλον δὲ τυραννικῶ, τοῦ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν εὐαγγελίων ἀναγεγραμμένου. Δείπνον ἦν βασιλικόν, μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τάλῃθι λέγειν, τυραννικόν, γενέθλια Ἡρώδου, τῆς μιᾶς ἀλώπεκος, τοῦ μαιφόνου θηρίου, τοῦ δολεροῦ· οὗ τὸν τρόπον καὶ ὁ Κύριος ἐπιπτάμενος, οὐκ εἶπεν, *Εἴπατε τῷ λέοντι τοῦτω (καίτοι τοῦτο τὸ θηρίον ἐδόκει βασιλικόν), ἀλλ', Εἴπατε τῇ ἀλώπεκι*. Εἰ γὰρ καὶ ἡ ἐξουσία λέοντος, ἀλλ' ὁ τρόπος ἀλώπεκος. Συγροτούμενον δὲ τοῦ συμπόσιου, καὶ προελθόντων αὐτῶν εἰς τὸ πίνειν, πάρισιν ὀρχηστῆς εἰς τὸ συμπόσιον, αἰσχρὸν θέαμα καὶ ἀδόκιμον, ἐσειεὶν μὲν, καὶ εἴπερ ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ τῇ σκηνῇ ἐπεισῆλθε, μήτι γε βασιλικῶ συμπόσιῳ. Βούλει γνῶναι τὸ τοῦ συμπόσιου θέαμα τὸ αἰσχρὸν; Ἀπὸ τῶν βασιλέων ἢ ὀρχηστῆς, θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος· βασιλεὺς τὸ γένος, καὶ ὀρχηστῆς ὁ τρόπος. Αὕτη δὲ ἐστὶν Ἡρωδιάς ἢ μηδὲ τοῖς τῆς φύσεως ὄροις ἐμμένεσα· ἡ Φιλίππου συναφθεῖσα, καὶ Ἡρώδη συνοικουσα. Αἰνίγμα τὸ λεγόμενον· καὶ εἰς αἰνιγμάτων γὰρ ζήτησιν ἄγει τῆς ἀκολασίας τὸ τέλος. Ὁ γὰρ Ἡρώδης παρωσάμενος τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν μνήμην, καὶ τῆς ἀκολασίας ὄλος δούλος γενόμενος, ἦν μὲν Ἰουδαίων βασιλεὺς, ἦν δὲ πλεόν δούλος τῶν ἡδονῶν. Τάχα οἶοι ὁ βασιλευόμενος, τοιοῦτοι καὶ οἱ δεσπῆται. Τοῦ τοίνυν συνοικεσίου τοῦ Ἡρώδου παραγινομένου, Ἰωάννης μὲν ὁ μέγας, ὁ περισσότερον προφήτου, μετὰ παρρησίας τὴν ἀκολασίαν διήλεγχεν· κητιῶς γὰρ καὶ περισσότερον προφήτου. Πᾶς γὰρ προφήτης, ἐν ἔξει τῆς ἡλικίας γενόμενος, τότε τῆς χάριτος τῆς προφητικῆς ἠξιώθη· ἐνοιεῖ δὲ καὶ πολλοὺς ὑστερον χρόνους· Ἰωάννης δὲ μόνος ἐξ ἑτι μνηῶν ἔχων τὴν σύλληψιν ἐν γαστρὶ, καὶ κατὰ τοὺς τῆς φύσεως νόμους τρεφόμενος, τοῦ ἐν γαστρὶ Θεοῦ, διὰ τοῦ ἀσπασμοῦ τῆς μητρὸς, προσεκρίτησεν, ἀτελής τὰ μέλη, τὴν πίστιν τέλειος. Καὶ τάχα σκιρτᾷ ἐν ἀγαλλιάσει τὸ βρέφος, ἐπειγόμενον, εἰ δυνατόν, προλαβεῖν τὴν προθεσμίαν τῆς φύσεως. Εἶδε τοῦ δεσπότη τὴν μητέρα παροῦσαν· στενοχωρεῖται τῇ φυλακῇ τῆς γαστρὸς, ἐν ἀγαλλιάσει σκιρτᾷ· καὶ ἐπειθὴ λαλεῖν οὐ δύναται μηδέπω, μηδὲ τὴν γλώσσαν ἔχων φθέγγεσθαι δυναμένην, μηδὲ τὸ στόμα ταῖς προθυμίαις ὑπηρετούμενον, παρὰ τῆς μητρὸς γλώσσαν χρῆσάμενος προηρτεῖ, καὶ φθέγγεται μὲν *Εἰσάβειτ' Ἰωάννης* δὲ ἀπὸ τῆς γαστρὸς ὑπγορεύει τὰ ῥήματα. Οὐ δικαίως [292] οὖν καὶ περισσότερον προφήτου; *Ἔστι καὶ ἄλλος λόγος, καθ' ὃν καὶ περισσότερον προφήτου*. Οἱ προφήται τὸ μέλλον προηγόρευον, καὶ ἐπαύμουν ἰδεῖν ὃ προσέβλεπον τῇ ψυχῇ. Διὰ τοῦτο κεκράγασι· *Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ σωτήριόν σου ὅλης ἡμῖν*. Διὰ τοῦτο περὶ αὐτῶν ὁ Κύριος εἶπε· *Πολλοὶ προφήται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε· καὶ οὐκ εἶδον, οὐδὲ ἤκουσαν*. Οἱ μὲν οὖν προφήται τὸ μέλλον προαγορεύουσιν· Ἰωάννης δὲ καὶ τὸν προηγευόμενον δείκνυσσι. Προαγορεύει τὸ μέλλον ἐκ τῆς γαστρὸς, καὶ μετὰ ταῦτα φησιν· *Οὐ οὐκ εἰμι δεῖσιος ἵνα ἴσῃσθε αὐτὸν τὸν ἰμάντα τοῦ ὑποδήματος, μέσος ὁμῶν ἔστηκα*. Πῶς δείκνυσιν; *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἰρων τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου*. Οὗτος οὖν προφήτης, καὶ περισσότερον προφήτου, οὐκ ἤνεγκε τὸ ἀσεμνον συνοικέσιον, ἀλλ' ὑπὲρ σωφροσύνης παρρησιασάσεται. Καλὸν τὸ διήγημα ἕκαστον νοουθετέω, ὅτι κἂν μὴ ὡς πρόδηλοι διωγμῶ, μαρτυροῦν καιρὸς πάντοτε. Μὴ γὰρ Ἰωάννη προῦθηξέ τις βωμὸν καὶ λείον; μὴ γὰρ ὄματα καὶ σπονδάς; μὴ γὰρ εἶπεν, Ἄρνησαι τὸν Θεόν; μὴ γὰρ εἶπε, Θύσον τοῖς εἰδώλοις; Ἄλλ' ὑπὲρ σωφροσύνης ἐλευθερίῳ παρρησιασάμενος στόματι, μάρτυς τῆς σωφροσύνης εὐρίσκειται. Ἴνα γὰρ γνῶς πῶς

δύναται παρρησία προφητικῆ, φησὶ πρὸς τὸν βασιλεῖα· *Οὐκ ἔξεστι σοι ἔχειν τὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου γυναῖκα*. Βλέπεις πῶς κατὰ φύσιν τῇ ἀρετῇ τὸ ἄρχιν τῆς κακίας; Ἡρώδης βασιλεὺς, δορυφόρους ἔχων, πλουτῶν περιβεβλημένος, δυναστεύων βασιλικὴν δυναστείαν· Ἰωάννης πτωχὸς, ἀνέστιος, ἄπολις, ἀκήμων, ἄστος, τοσοῦτον ἐσθίον, ὅσον ἢ φύσις βιάζεται. Ὁ περιβεβλημένος ἐκ τριῶν καμήλου, τῷ τὴν πορφυρίδα περιβεβλημένῳ νομοθετεῖ· ὁ ἐν ταῖς ἐρήμοις πορευόμενος, τῷ τῶν πολυάνδρων ἀρχοντι πόλεων· ὁ ἀκρίδας ἐκ βοτάνων· ἐσθίων καὶ μέλι ἀγρῶν, τῷ τὴν λαμπρὰν παρατιθεμένῳ καὶ βασιλικῇ τράπεζαν ἐξὶ αὐθεντίας προστάττει· *Οὐκ ἔξεστι σοι*. Καίτοι ἐδόκει βασιλεῖ πάντα ἐξείναι. Ἄλλὰ *πάντα ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει*. Ἐπὶ τοῖς δέον εὐχαριστεῖν, δέον εὐεργετεῖν, ἢ προσκυνεῖν τὸν ὑπὲρ σωφροσύνης διδάσκαλον· παρωξύνθη μὲν ὁ Ἡρώδης, πλεόν δὲ παρωξύνθη Ἡρωδιάς (γενέτονος γὰρ τῶν ὀνομάτων, καὶ τοῦ τρόπου πλεόν ἦπερ ὀμόφυγοι· καὶ ἔσονται ὁ δῦο, οὐκ εἰς σάρκα μίαν, ἀλλ' εἰς ἀκρᾶσιαν μίαν)· καὶ ὑπὲρ τούτων ἐμβάλλουσι τὸν προφήτην εἰς δεσμοτήριον, ἵνα δείξωσι τὴν οἰκίαν ἀσυνείαν. *Ἐλέγχε σοφόν, καὶ ἀγαπήσει σε*· ἀσύνητον δὲ, καὶ προσθήσει τοῦ μισεῖν σε. Ἐμβάλλεται τῷ δεσμοτηρίῳ, καὶ οὐ μεταλλάσσει τὴν παρρησίαν. Λύσον, φησὶ, τὰ μέλη· μόνον λύσον τὸ ἄδικον συνοικέσιον. Ἐγκατερούνητος δὲ αὐτοῦ τῷ δεσμοτηρίῳ, γίνεται τὸ πικρὸν ἐκεῖνο συμπόσιον, τὸ τυραννικὸν καὶ ὠμὸν· οὗ τῆς εὐφροσύνης τέλος, προφήτου φόνος. Εἰσεῖσιν Ἡρωδιάς τῆς ψυχῆς· εἰσεῖσιν εἰς οἰνωμένον συμπόσιον, ὀρχεῖται δημοσία ἢ βασίλισσα, ἦν οὐκ ἐχρῆν προκύπτειν κοιτιωτίδος, ἦν οὐκ ἐχρῆν ἀβρῆνως ἕμεισι θαροεῖν. Ἄλλὰ τάχα, ὡπερ Ἰωάννης παρὰ τῆς μητρὸς κρὸ βραχέος ἐχρήσατο γλώσσαν, καὶ ἡ κήρη παρὰ τῆς μητρὸς τοὺς ὀφθαλμούς τῆς ἀναισχυντίας ἐχρήσατο. Εἰσεῖσιν εἰς τὸ συμπόσιον. Οὐκ ἤρκει τοῦτο τῆς αἰσχύνης ἔχειν τὴν υπερβολὴν· ἀλλὰ καὶ πῶς εἰσεῖσιν; ἄρα ὡς βασιλεῖς; ἄρα σεμνῶς; ἄρα εὐνούχοις, ἄρα θεραπεύουσιν, ἄρα τῷ ἄλλῳ κόσμῳ, καὶ σεμνότητι προσεκοσμηθῆ; Οὐδαμῶς· ἀλλ' εἰσεῖσιν ὀρχουμένοι. Κακῆς εἰσόδου χεῖρα ἢ ὑπόθεσις. Καὶ ὠρχήσατο ἐν μέσῳ τοῦ συμπόσιου, ἐν τοῖς τῶν ἀκολάστων ὀφθαλμοῖς, ὅτε καὶ ὁ οἶνος τὸ πάθος πλεόν ἠρέθιζεν. Καὶ βούλει γνῶναι τὸ χεῖρον; Οὐκ ὀρχεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ καλῶς ὀρχεῖται. Προσθήκη τῆς αἰσχύνης, καὶ τὸ καλῶς μελετήσαι τὰ κακά. Ἔοικεν γὰρ οὐ παρέργως τὴν αἰσχύνην καταρωθῶκεναι. Ἀρέσκει τῷ Ἡρώδῃ καὶ τοῖς συνανακειμένοις. Καὶ ἡ ἀλώπηξ οὐκ ἐγκαλύπτεται. Βλέπει τοῦ ἀδελφοῦ τὴν θυγατέρα καὶ τῆς κακῶς συνοικουσῆς ἐν μέσῳ ἀβρῆνως ὀρχουμένην, καὶ οὐ καλύπτειται, ἀλλὰ καὶ ἀρέσκειται, καὶ ἀρέσκει κάκεινῳ καὶ τοῖς συνανακειμένοις. *Μεθ' ἑσίου ὀσωθήσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψῃ*. Ἐδολόγη μὲν αὐτὸν μικρὸν τι Παῦλος μαθητευθῆναι· *Ὁδὸς ἀκούεται ἐν ὑμῖν ἄρχησις*, [293] καὶ τοιαύτη ἄρχησις, οἷα οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὡς βασιλεὺς ὀρχήσασθαι θυγατέρα. *Καὶ ὑμεῖς περυσυμμένοι ὄντες, καὶ οὐ μάλιστ' ἐπενοθήσατε*. Ἄλλὰ καὶ ἀρέσκει κακῶς, καὶ μισθὸν λαμβάνει τοῦ κατορθώματος χεῖρα, ὡστε τὸν Ἡρώδην ὁμῶσαι· *Αἰτησον ὃ θέλεις, καὶ δώσω σοι, ἕως ἡμισσοῦ τῆς βασιλείας μου*. Ὅρατε τῶν φιληδόνων τὸ τέλος; ὄρατε τῶν φιλοθεάμων τὴν αἰσχύνην; Προλαμβάνων ὁμῶσαι· *Ὁ ἐάν αἰτήσῃς, δώσω σοι· καὶ ποιεῖς αἰτήσεως κύριον, ὀρχηστῆριον, καὶ προενηχεράζει τὴν ψῆφον ὀρχουμένην*. Βλέπεις πῶς βασιλεὺς ἀξίωμα φιληδονία κατασφύρει πρὸς γῆν; βλέπει πῶς τὴν βασιλείαν ἀπέβριψεν; εἰ ὅ ἐάν αἰτήσῃς, δώσω σοι, καὶ ἕως τοῦ ἡμισσοῦ τῆς βασιλείας. Ἐποσούτου χρίνης τὴν βασιλείαν ἄξίαν; Οὕτω προδιεφθάρη τοὺς ὀφθαλμούς; Ἄπαξ ὠρχήσατο τὸ κοράσιον, καὶ ἀπέδου τὸ ἡμισυ· ἐάν δευτερον ὀρχήσῃται, ἰδιώτης ὁ βασιλεὺς. Πῶς τὸ τῶν φιληδόνων ἀξίωμα; πῶς τῶν ἀκολάστων ἢ ἀλουργίς; Τὸ ἡμισυ τῆς βασιλείας τοῖς ποσὶ τῆς ὀρχηστῆριδος ὑπέβριψας· εὐχῆς μὴ πάλιν αὐτὴν ὀρχήσασθαι, ἢ μὴ πάλιν αὐτὴν ὀρχησαμένην εὐδοκίμειν· εἰ δὲ μὴ λείπεται σοι τὸ προσαιτεῖν. Ἄλλὰ ταῦτη μὲν ἀκόλαστος

\* Sic tomo II Operum Chrysostomi. p. 791, Oratione in oraculum Zachariae, quae perperam Chrysostomo attributa fuit, ἀκρίδας· βοτάνων legitur. Ἀκρίδας, sic non semel explicit Isidorus Pelusiota. et alij non pauci.

prodest, quod theatra averseris? num lapides detestantur? num lapides theatrorum damnantur? Sane gestorum turpitudine reprehenditur, fœdorum spectaculorum nequitia, quæ per organa oculorum et aurium, quasi per fenestras furem introducit. Cum ergo theatrum aversans, ad mensam tuam spectaculorum turpitudinem inducis, ignorasne te donum tuam in theatrum vertere? Non enim theatri locum aversor, sed eo convenientium mores.

3. Ut porro noveris ex spectaculis illis turpibus noxiisque in convivia inductis, damnationis causam esse ortam, in memoriam revocabo convivium regium, in Evangeliorum libro descriptum. Cœna erat regia, imo, ut vere dicam, tyrannica, natalia Herodis, sceleratæ vulpis, sanguinariæ dolosæque seræ: cujus mores cum nosset Dominus, non aiebat, Dicite leoni huic, tametsi hæc fera regia videatur; sed, *Dicite vulpi* (Luc. 13. 32). Etsi enim potentia leonis erat, at mores vulpis. Convivio autem instructo, et convivis ad potandum coactis, convivio adest saltatrix, miserabile et turpe spectaculum in theatro etiam et in scena, nedum in convivio regio. Vis scire quam turpe fuerit hujusce convivi spectaculum? Ex regibus orta saltatrix, filia Herodiadis: regium genus, saltatricis mores. Hæc est Herodias illa, quæ nec intra naturæ leges sese continuit, quæ Philippo juncta matrimonio erat, et cum Herode habitabat. Enigma est id quod dico, et in ænigmatum questionem ducit lasciviæ finis. Herodes enim abjecta fratris memoria, et lasciviæ servus effectus, Judæorum rex erat; sed multo magis voluptatum servus. Forte tales subditi, quales principes. Ob tale contubernium Joannes ille magnus plus quam propheta libere lasciviam illam redarguebat, et vere plus quam propheta fecisset (Matth. 11. 11). Omnes enim prophetæ cum ad maturam pervenissent ætatem, tunc prophetiæ gratia dignati sunt; quidam etiam multo hinc decurso tempore. Joannes vero solus, sex menses in utero emensus, cum secundum naturæ leges aleretur, Deo in utero degenti, salutante matre, exsultavit, membris imperfectus, fide perfectus. Ac forte lætus exsultavit infans (Luc. 1. 44); ut, si fieri posset, definitum tempus præverteret. Videt matrem Domini præsentem; arciatur c'astro uteri, lætus exsultat; et quia loqui nondum potest, nec linguam habet ad dicendum expeditam, neque os ejus animi desiderio servire potest, matris lingua usus vaticinatur et in Elisabeta loquitur, Joannesque ab utero verba dicit. Annon ergo jure plus quam propheta dicitur? Alia quoque ratione plus quam propheta est. Prophetæ futura prænuntiabant, et ea videre cupiebant, quæ animo prævidebant. Ideo clamabant: *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis* (Psal. 84. 8). Idcirco de illis dicebat Dominus: *Multi prophetæ et justi voluerunt videre quæ videtis, et audire quæ auditis; et non viderunt, neque audierunt* (Matth. 13. 17). Prophetæ igitur futura prædicunt: Joannes vero eum quem prædixerant ostendit. Futurum vaticinatur ex utero, et postea dicit: *Cujus non sum dignus ut solvam corrigiam calceamenti* (Joan. 1. 27), in medio vestrum stat. Quomodo ostendit? *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* (Joan. 1. 29). Hic ergo propheta, et plus quam propheta, non tulit turpe contubernium, sed pro castitate fidenter agit. Hæc pulchra narratio singulos moneat, etsi non palam sit persecutio, martyrii tamen tempus semper adesce. Num Joanni quis aram vel thura proposuit? num sacrificia et libamina? num dixit quis, Nega Deum? num dixit, Idolis sacrificia? Sed pro castitate libera voce loquens, castitatis martyrii invenitur. Ut discas enim quantum valeat prophetica dicendi libertas, ait ad regem: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui* (Marc. 6. 18). Vides quam naturale sit virtuti vitio imperare? Herodes rex erat, satellites habens, divitiis affluens, regia fultus potestate; Joannes pauper, sine lare, sine civitate, inops, jejunus, tantum comedens, quantum natura cogebat: pilis cameli indutus, et purpurato dat

legem; qui in deserto vagabatur, ei qui populosis urbibus dominabatur; qui summitatibus plantarum ac melle silvestri (a) vescebat (Marc. 1. 6), ei cum auctoritate præcipit, cui lauta et regia mensa apposita erat: *Non licet tibi*. Atqui videbatur regi omnia licere, Sed *Omnia licent, sed non omnia expediunt* (1. Cor. 6. 12). Cum ergo debui-set de his gratias agere, vel castitatis doctorem honorare; ad iram concitatus est Herodes, magis autem Herodias (nam nomine affines, moribus etiam conjunctiores erant; et erant duo, non in carnem unam [Gen. 2. 24], sed in unam intemperantiam); et his de causis prophetam in carcerem conjiciunt, ut suam ostendant stultitiam. *Argue sapientem, et diliget te* (Prov. 9. 8); insipientem etiam, et addet te odio habere. In carcerem conjicitur, nec mutat loquendi libertatem. Solve, inquit, membra; sed solve etiam iniquum conjugium. Dum autem in carcere degeret, agit convivium illud amarum, tyrannicum, crudele; cujus lætitiæ finis, prophetæ cædes fuit. Intrat Herodias filia Herodiadis, filia carne, filia animo: intrat in ebriosum convivium: saltat publice regina, quam ne ex cubiculo quidem egredi poterat, nec virorum se oculis offerre. Sed fortassis ut Joannes paulo ante matris lingua usus erat, sic puella matris oculis impudicis usa est. Intrat in convivium. Non sufficiebat hoc ad summam impudentiam; sed quomodo intrat? num ut regina? num cum decenti gravitate? num eunuchis, num ancillis stipantibus? num alio ornato honorifice decorata? Nequaquam? sed saltans intrat. Mali ingressus peior causa. Et in medio convivio saltabat, in lascivorum hominum conspectu, quando vinum concupiscentiam magis excitabat (Matth. 6. 22). Vis scire quid adhuc pejus fuerit? Non saltat modo, sed et bene saltat. Accessio turpitudinis est, mala bene exercitare. Videtur enim non per factorie rem turpem tractare. Placet Herodi et una recumbentibus. Vulpes illa non se occultat. Videt fratris et illius cum qua male cohabitabat filiam in medio virorum saltantem, nec erubescit, sed id sibi placet: nam placuit illi et simul discumbentibus. *Cum sancto sanctus eris, et cum perverso perverteris* (Psal. 17. 26. 27). Vellem illum sub Pauli disciplina aliquamdiu fuisse: *Omnino auditur inter vos saltatio, et talis saltatio, qualis ne quidem inter gentes est; quod saltet regis filia. Et vos inflati estis, neque potius luxistis* (1. Cor. 5. 1. 2). Verum et male placet, et mercedem accipit ipso opere pejoarem, ita ut Herodes juraret: *Postula quod vis, et dabo tibi usque ad dimidium regni mei* (Marc. 6. 22. 23). Videtis voluptuosorum finem, videtis spectaculis deditorum turpitudinem? Juras prius, *Quodcumque petieris, dabo tibi*, et in saltatricis arbitrio relinquas petitionem, et juramento ceu pignore firmas illam? Viden' quomodo voluptatis amor regum dignitatem ad terram detrahit? viden' quo regnum dejiciat? *Quodcumque petieris, dabo tibi, etiam usque ad dimidium regni mei*. Tanti ergo facis regiam dignitatem? itane corrupti sunt oculi tui? Semel saltavit puella, et dimidium dedisti: si secundo saltaverit, qui rex erat, privatus erit. Ubi nam voluptuosorum dignitas? ubi lascivorum purpura? Dimidium regni ad pedes saltatricis projecisti: precare ne secundo saltet, vel ne secundo saltando placeat; alioquin restat tibi ut mendicus sis. Verum hactenus immoderata est mercedis propositio: quænam porro est saltatricis petitio? Non ex tempore donum postulavit, non statim mercedem petiit; sed prius a matre instructa abiit, pessimam magistram de mercede consultura. Ecquam postulavit mercedem? *Da mihi hic protinus in disco caput Joannis Baptistæ* (Marc. 6. 25). Annon immanem impudentiam lacrymis prosequar? annon rei turpitudinem, regis promissionem, mercedis petitionem? annon jam extor-

(a) In vulgata legitur, Joannem Baptistam in cibum sumpsisse mel sylvestre et locustas; quæ postrema vox est interpretatio vocis Græcæ *ἀκρίδες*, cum locustas tum si nuntiet plantarum significantis.

rescitis ob saltantium finem? annon execramini plausuum rationes? annon abominamini seminudorum inflexiones? Audesne saltatorem amicum habere? audesne te saltatoris amatorem dicere? Rem non odes, qua neglecta spectatoribus risum movet? Risu n quidem movet; summe vero culta prophetam occidit. Odio habeamus saltationem, inventionem dæmonum, malorum dæmonum exercitationem. De his contristatus est Herodes (Marc. 6. 26); summe contristatus, ut quis dixerit, et imitatur Pilatum, imo Pilati mores; hoc enim, de quo agitur, prius acciderat. Ille manus lavat, et supplicio Christum tradit (Math. 27. 24). Hic quoque contristatur, ac propter tum jusjurandum, tum simul discumbentes annuit. Nonne recte dixit Dominus hodie, Ne jures omnino? Vides Dominum hortantem, Ne jures omnino (Id. 5. 34). Cur enim juras, an ut pejerans te ipsum illaquees, vel ut juramentum servando, prophetam occidas? Male juravit, pejus juramento stetit, tamen Propter jusjurandum, inquit, et propter simul discumbentes (Marc. 6. 26). Simul discumbentes revereris, et Judicem non times? Et jussit, inquit, Et statim allatum est caput Joannis Baptistæ in disco, et datum est puellæ (Ibid. v. 27. 28). Ecce amari convivii amariorum finem. Abscinditur prophetæ caput, datur puellæ, puella accipit, non horrescit ad hoc spectaculum, non stupefacta est viso capite, non aversata est guttas sanguinis, vere læxæ crudelis crudeliter catulus. In disco ponitur caput prophetæ, in quo cibi ferri solent: illud ipsum vas ciborum et cædis est; eademque hora, stillante adhuc cruore, et capite palpitante, fortasse in convivium allatum caput; molitante adiu lingua clamabat, Non licet tibi eam habere. Et acceptum attulit matri suæ (Ibid.). Accepti saltationis magistra malæ doctrinæ impiam mercedem.

4. Hanc historiam necessario discussimus, ut hominum spectaculis deditorum oculos abstergeremus, et vobis suaderemus talia aversari spectacula. Verum nec in tam tristi narratione orandi finem faciemus, nec ecclesiasticum sermonem saltatrix cohibeat; sed convivio lascivo, tyrannico, amaro opponamus convivium dominicum et humanum, ut intelligamus quantum sit pœnitentiæ fructus. Rogavit Dominum quidam de Pharisæis ut ingrederetur, et manducaret panem (Luc. 7. 36). Intravit Dominus, et discumbebat. Etsi enim noverat invitantium animum, patienter tamen ferebat. Quod enim is qui invitavit hypocrita esset, sequentia demonstrant. Sedente Domino in convivio, Mulier quædam erat, inquit, in civitate peccatrix (Ibid. v. 37); quæ cum audisset quod Jesus illic recumberet, venit domum, et afferens alabastrum unguenti, effudit super pedes Domini, et osculabatur vestigia, et abstergebat capillis suis. Ut porro scias hypocritam fuisse illum qui invitaverat: cogitabat apud se Pharisæus: Hic si esset propheta, sciret utique, quæ, et qualis sit mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. Pharisæi enim non modo hypocritæ erant, sed etiam invidi. Apud te Christus recumbit, etiam si mores tuos nosset, et nemo invidet: venit peccatrix mulier salutem quærens, et tu invides, o Pharisæe? Fortassis ejus cognatus erat, vel potius dogmatum ejus parens. Ut cognoscas igitur ipsum non esse simpliciter prophetam, sed illum prophetam (nam articuli accessio aliquid significat); quid animum esset, si nosset mulierem esse peccatricem? Id ex fama disci poterat; id et tu Pharisæus nosti, etsi non propheta. Ostendit aliquid majus illa cognitione. Nam illud fama forte nuntiavit, cum maxime admodum peccatrix esset: Dominus vero ut divinam ostenderet potestatem, Pharisæi ratiocinium novit. Neque enim narratur Pharisæum id alicui recumbentium dixisse; sed hæc intra semetipsum dicebat et ratiocinabatur. Ut ergo cognoscas, illum non modo prophetam, sed illum esse Prophetam: tu intus ratiocinaris, et Dominus id legit: tu cogitationes animo versas, et Dominus invenit, atque medetur: atque ita de duobus debitoribus narrationem instituit, quorum uni quingenta, alteri quinquaginta

remisit creditor, dicens, Quis plus diligit? Respondente Pharisæo, Is cui plus domavit (Luc. 7. 42. 43), comparat demum ille Pharisæum cum illa muliere, quæ multorum acceperat peccatorum remissionem: quam non de præterita vita laudo, sed de fine beatam prædico. Nemo illi cum Pharisæis convicietur, Meretrix et impudica fuit. Paulus interpretetur, Paulus mulieri patrocinetur: Deus qui justificat. Quis est qui condemnet (Rom. 8. 33. 34)? Sed age, historiam hanc subtilius examinemus, ut non modo beatam prædicemus, sed etiam imitemur illam. Venit ad Jesum cum apparatu, unguentum afferens in alabastrum, et in oculis lacrymas: inanimatum vas unguenti, animatus fons pœnitentiæ: de corpore carnis unguentum affert, ut extinguat libidinis fetorem: fetidum quippe est peccatum, ut testificatur David: Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ (Psal. 37. 6). Omnis qui peccat, foetet; omnis qui pœnitentiam agit, unguentum præparat. Verum ut in unguentis multa aromata, sic et varia sunt pœnitentiæ genera. Oportet enim multa bona opera multos congerere fructus, qui pœnitentiæ unguentum parent. Vultis nosse mulieris humilitatem? Altera illa mulier unguentum afferens, super Christi caput effudit (Math. 26. 7): nam ex recte factis fiduciam habuit: hæc ex conscientia delictorum non caput audet, sed extrema pedum tantum tangere. Neque minus operantur pedes. Nam si non vestimentum modo, sed etiam sinubria vestimenti perfectam sanitatem credenti largitur, et laudabile reddit credentis furtum (Ibid. 9. 20); quanto magis vestigia Christi possunt peccatorum vibices delere? Non ergo unguentum tantum effudit, sed etiam fontes lacrymarum movit. Beati lacus mulieris, unde manant fluvii peccata abluentes. Te illa doceat cur nobis Deus oculos dederit. Num tantum ut visui servirent? Hoc et singula bruta animalia habent; imo si accurate quæras, bruta quædam acutius quam nos vident. Nam tibi oculi non ad visum modo, sed etiam ad pœnitentiam visui sunt. Beatus es si lavacrum baptismatis servaveris: si vero ut homo interceptus fuisti, emitte fontes lacrymarum. Habes puteum; ex profundo cordis tristitiam hauri, agita geminas pupillas, effunde lacrymarum fluentia; secundum rationem delictorum sint lacrymæ. Exigua stillæ leves festucas auferunt; profunda flumina et torrentes rapidi truncorum onera, et petrarum moles trahere solent. Appende peccata tua. Si leve peccatum est, sufficit paululum lacrymarum; si grande peccatum est, major sit torrens lacrymarum. Si autem cum vitæ fiducia lacrymas in promptu et cor contritum habes, ac non omnes pro te lacrymas fundis, mihi partem lacrymarum commoda; pro fratribus peccatis luge. Et vos inflati estis, et non potius luxistis (1. Cor. 5. 2). Non peccavit Samuel, sed pro Saule peccatore luit. Paulus est vas electionis, sed pro nobis dolet. Quis scandalizatur, inquit, et ego non uror (2. Cor. 11. 29)? Viden' quomodo scandala mea Pauli cor conterant? Unam autem singuli nostrum peccata sua lacrymis abstergere possent. Imitemur mulierem; lacrymis rigat pedes Jesu, unguento ungit. Lacrymis pedes. Unde peccata, inde remedia. Audistis Dominum hodie dicentem: Quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam machatus est eam in corde suo (Math. 5. 28). Quia ex visu peccatum incepit. Ubi radix libidinis, ibi fons curationis. Et capillis terxit (Luc. 7. 38). Num quæ unguentum emerat, et alabastrum paraverat, linteum non habuit paratum? annon poterat rigare lacrymis et linteo tergere? At non audet hoc facere: nam linteum abstergere Christo reservabatur (Joan. 13. 5). Forte illa timens, cautius agit: non vult enim peccatis corporis remedia adhibere inanimata. Quid enim illi proderat linteum inanimatum tactu corporis Christi sanctificare? Naturam innovat, loco linteum capillis abstergit. Unde peccata, inde remedia. Omnibus membris peccaverat, omnibus membris sanat. Juvenem lascive respexerat; lacrymarum fontes emittit: peccaverat osculis meretricis et manuum tactu animam contaminando; pedes Christi osculatur,



ἡ τοῦ μισθοῦ πρότασις· ἢ δὲ ἡ τῆς ὀρχηστρίδος αἰτησις; Οὐκ ἐσχάδιασε τὸ δῶρον, οὐκ ἐξ αὐτοσυγείδιον τὸν μισθὸν ἤτησεν· ἀλλὰ προδιδασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς, ἀπέρχεται χρῆσασθαι συμβούλιον τοῦ μισθοῦ τῆ κακῆ διδασκάλῳ. Καὶ ποῖον ἤτησε μισθόν; *Δός μοι ὡς ἐξ αὐτῆς ἐπὶ πίνακι τῆν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.* Ἄρα μὴ δακρῶσαι τῆς αἰσχύνης τὴν ὑπερβολὴν, τοῦ κατορθώματος τὸ αἰσχρὸν, τοῦ βασιλέως τὴν ἐπαγγελίαν, τοῦ μισθοῦ τὴν αἴτησιν; οὐ φρίσσετε λοιπὸν τῶν ὀρχουμένων τὰ τέλη; οὐ βδελύσσετε τῶν κρότων τοὺς λογισμούς; οὐκ ἀποπτύετε τῶν ἡμιγύμων τοὺς λυγισμούς; Τομὰς ὀρχηστὴν φίλον ἔχειν; τομὰς σεαυτὸν τάττειν ἐραστὴν ὀρχηστοῦ; Οὐ μισεῖς τὸ πρᾶγμα, ὅπερ ἀμελούμενον γέλωτα καὶ παρὰ τοῖς θεαταῖς ὀφλισκάνει; Ὀφλισκάνει μὲν γέλωτα, εἰς ἄκρον δὲ κατορθωθὲν, προφήτην φονεῖει. Μισήσωμεν ὀρχησιν, εὐρημα δαιμόνων καὶ μελέτην κακοδαιμόνων. Ἐπὶ τούτοις ὁ Ἡρώδης ἐλυπήθη· ἐλυπήθη δὲ ἄκρως, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ μιμεῖται τὸν Πιλάτον, μᾶλλον δὲ τὸν τρόπον τοῦ Πιλάτου· προγενέστερον γὰρ τὸ διήγημα. Νίπτεται τὰς χεῖρας ἐκεῖνος, καὶ τῆ ψήφῳ τῆ κολαστικῆ παραδίδοται· λυπείται καὶ οὗτος, καὶ δὴ τοὺς ὄρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους ἐπένευσεν. Οὐ καλῶς ἔλεγεν ὁ Κύριος σήμερον, Μὴ ὁμότης ὄλω; Εἶδες Δεσπότην παραίνεσιν· Μὴ ὁμότης ὄλω. Διὰ τί γὰρ ὁμνύεις, ἢ ἵνα ἐπιπορῶν παγιδεύσης σεαυτὸν, ἢ εὐορκῶν προφήτην φονεύσης; Κακῶς ὡμοσε, χεῖρον εὐώρκωσεν· ὁμοῦ, διὰ τοὺς ὄρκους, φησὶ, καὶ τοὺς συνανακειμένους. Τοὺς συνανακειμένους ἠδέσθη, καὶ τὸν Κριτὴν οὐκ ἐφοβήθη; Καὶ ἐκέλευσε, φησὶ, καὶ παραχρημα ἠρέχθη ἡ κεφαλὴ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἐπὶ πίνακος, καὶ ἐδόθη κορασίῳ. Ἴδε τοῦ πικροῦ συμποσίου πικρότερον καὶ τὸ τέλος· τέμνεται ἡ κεφαλὴ τοῦ προφήτου, δίδεται τῷ κορασίῳ, καὶ τὸ κοράσιον δέχεται· οὐ φρίττει τὸ θέαμα, οὐ κατεπλάγη τὴν κεφαλὴν, οὐκ ἀπεστράφη τὰς τῶν αἰμάτων βανίδας· ὧντως ὠμῆς λεαίνης σκύμνος ὠμότερος. Ἐπὶ πίνακος τίθεται κεφαλὴ προφήτου, ἐφ' οὗ τὰ ἐδέσματα παραφέρεται· καὶ τὸ αὐτὸ σκεῦος ἐδεσμάτων καὶ φόνου, καὶ αὐτῆς ὥρας ἔτι τοῦ λύθρου σταζόντος, ἔτι παλλούσης τῆς κεφαλῆς, τάχα καὶ εἰς τὸ συμπόσιον παρενεχθεῖσα ἡ κεφαλὴ· ἔτι τῆς γλῶττης σαλευομένης ἐδόξα· Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν. Καὶ λαβοῦσα ἀπήνεγκε τῆ μητρὶ αὐτῆς. Ἀπέλαθεν ἡ ὀρχηστροδιδάσκαλος τῆς κακῆς διδασκαλίας τὸ ἀσέδες· κατόρθωμα.

δ. Τοῦτο μὲν οὖν ἀναγκαίως ἠρευνήσαμεν τὸ διήγημα, ἵνα τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν φιλοθεαμόνων ἐκσηψῶμεν, καὶ πείσωμεν ὑμᾶς ἀποστρέφεσθαι τὰ τοιαῦτα θεάματα. Ἀλλὰ μὴ καταλύσωμεν τὸν λόγον ἐν σκυθρωπῷ διηγήματι, μηδὲ λόγον ἐκκλησιαστικῶν ὀρχηστρῶν καταστειλέτω, ἀλλ' ἀντιθῶμεν ἀκόλαστῳ συμποσίῳ καὶ τυραννικῷ καὶ πικρῷ συμπόσιον δεσποτικῶν καὶ φιλόανθρωπων, ἵνα νοήσωμεν πηλίκος ὁ τῆς μετανοίας καρπός. *Ἡρώδης τὸν Κύριον τῶν Φαρισαίων τις εἰσελεύειν καὶ φαγεῖν ἄρτον.* Εἰσῆλθεν ὁ Δεσπότης, καὶ ἀνέκειτο. Εἰ γὰρ καὶ ἦδει τὸν καλούντων τὰς γυνώμας, ἀλλὰ καὶ μακροθυμῶν ἔφερον. Ὅτι γὰρ ὁ [294] καλέσας ὑποκριτὴς ἦν, τὰ ἐξῆς δεικνυσθῆναι. Ἀνακειμένου τοῦ Κυρίου καὶ ἔτι θυτος τοῦ συμπόσιου, *Γυνὴ τις ἦν, φησὶν, ἐν τῇ πόλει ἀμαρτωλός.* Ἀκούσασα ὅτι Ἰησοῦς ἐκεῖ κατάκειται, ἔρχεται, φησὶν, εἰς τὸν οἶκον· καὶ κομίσασα ἀλάστρον μύρον, κατέχευεν ἐπὶ τῶν ποδῶν τοῦ Δεσπότητος, καὶ κατεφίλει τὰ ἰχνη, καὶ ἐξέμασσε ταῖς θριξὶν αὐτῆς. Ἴνα δὲ γινώσκῃ, ὅτι ὑποκριτὴς ὁ καλέσας, διαλογίζεται ἐν ἑαυτῷ ὁ Φαρισαῖος· *Οὗτος, εἰ ἦν προφήτης, ἐρίνωσκον ἂν τις καὶ ποσάτη ἢ γυνὴ ἢ ἀπειρομένη αὐτοῦ· οὐκ ἀμαρτωλός ἐστιν.* Οὐ γὰρ υποκρίται μόνον οἱ Φαρισαῖοι, ἀλλὰ καὶ φονεροί. Παρὰ σοὶ Χριστὸς ἀνάκειται, καὶ ταῦτα εἰδὼς σου τὸν τρόπον, καὶ οἰδέξῃς βασκαίνει· ἦλθεν ἀμαρτωλὸς γυνὴ σωθῆναι, καὶ φθονεῖς, ὦ Φαρισαῖε; Τάχα ἂν... αὐτοῦ συγγενὴς ἦν, μᾶλλον δὲ τῶν δογμάτων προπάτωρ. Ἴν' οὖν γινώσκῃ, ὅτι οὐκ ἔστι προφήτης, ἀλλ' ὁ προφήτης (ἔχει γὰρ τι ἡ τοῦ ἄθροου προσθήκη), τί μέγα ἦν, εἰ ἔγωγε ὅτι ἀμαρτωλὸς ἡ γυνὴ; Τοῦτο καὶ διὰ φήμας ῥόδιον ἦν μαθεῖν· τοῦτο καὶ σὺ ὁ Φαρισαῖος, μὴ ὡν προφήτης, ἐρίνωσκας. Δείκνυσθιν οὖν τὸ μείζον τοῦ εἰδέναι. Τὸν μὲν γὰρ ἐκεῖνης βίον καὶ φήμη τυχὸν διήγγελλε, καὶ μάλιστα λίαν οὐσίας ἀμαρτωλοῦ· ὁ δὲ Κύριος, ἵνα δεῖξῃ τὴν θεῖακὴν δύναμιν, τὸν διαλογισμὸν ἀνέγνω τοῦ Φαρισαίου. Οὐδὲ γὰρ ἔχει

τὸ διήγημα, ὅτι ὁ Φαρισαῖος πρὸς τινὰ τῶν ἀνακειμένων εἶπεν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ἔλεγε, καὶ διαλογίζετο ἐν ἑαυτῷ. Ἴν' οὖν γινώσκῃ, ὅτι οὐ μόνον προφήτης, ἀλλὰ καὶ ὁ προφήτης· σὺ κινεῖς ἔνδον τὸν λογισμὸν, ὁ δὲ Δεσπότης ἀναγινώσκει· σὺ στρέφεις τὰς ἐννοίας, καὶ ὁ Κύριος εὐρίσκει, καὶ θεραπεύει· καὶ οὕτω τὰ τῶν χρεωφειστικῶν τῶν δύο διηγήματα παρήγαγε, τῷ μὲν ὅτι ἀφήκε πεντακόσια, τῷ δὲ πενήκοντα, *Τίς πλέον ἀγαπήσει;* λέγων. Ἀποκρινομένου τοῦ Φαρισαίου, *Ἢ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο,* συγκρίνει λοιπὴν τὸν Φαρισαῖον, κάκειν τὴν γυναῖκα τὴν λαβοῦσαν πολλῶν ἀμαρτημάτων συγκώρησιν· ἦν οὐκ ἔπαινω τοῦ προτέρου βίου, μακαρίζω δὲ τοῦ δευτέρου τέλους. Μηδεὶς αὐτὴν μετὰ Φαρισαίων ὀνειδιζέτω· Πόρνη ἦν καὶ ἀκόλαστος. Παῦλος ἐρμηνεύσάτω, Παῦλος τῇ γυναικὶ συνηγορεῖτω· *Θεὸς δὲ δικαιοῦν.* *Τίς δὲ κατακρίνω;* Καὶ φέρε, τὸ διήγημα λεπτότερον ἐξετάσωμεν, ἵνα μὴ μακαρίζωμεν μόνον ἐκείνην, ἀλλὰ καὶ μιμησώμεθα· Ἐρχεται πρὸς τὸν Ἰησοῦν ἐμπαράσκευος, κομίζουσα μύρον ἐν ἀλαδάστρῳ, καὶ δάκρυον ἐν ὀφθαλμοῖς· τὸ ἄψυχον σκευὸς τοῦ μύρου, ἡ ἐμψυχος πηγὴ τῆς μετανοίας· ἐκ τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς κομίζει μύρον, ἵνα σθέση τὴν τῆς ἀσελγείας δυσωδίαν· δυσωδῆς γὰρ ἡ ἀμαρτία, καθὰ καὶ Δαυτὶδ μαρτύρεται· *Προσώξωσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μῶλωπές μου, ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου.* Πᾶς ἀμαρτημάτων δυσωδίαν ἐργάζεται· πᾶς μετανοῦν μύρον σκευάζει. Ἄλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς μύροις πολλὰ ἀρώματα, οὕτω καὶ μετανοίας πολλὰ εἶδη. Δεῖ γὰρ πολλὰς πολιτίας καὶ πολλοὺς συναγαγεῖν καρπούς, ἵνα σκευάσῃ τῆς μετανοίας τὸ μύρον. Καὶ βούλεσε γινώσκει τῆς γυναικὸς τὴν ταπεινοφροσύνην; Ἄλλη ποτὲ γυνὴ κομίσασα μύρον παρὰ τὸν Χριστὸν, καταχέει τῆς κεφαλῆς· εἶχε γὰρ παρήρησιαν ἐκ πολιτευμάτων. Αὕτη διὰ τὴν συνειδησιν τῶν πταισμάτων οὐ κατατομᾶ τῆς κεφαλῆς, ἀλλὰ τῶν ποδῶν ἄκρων ἐφῆψατο. Καὶ οὐκ ἔλαττον ἐνεργούσιν οἱ πόδες. Εἰ γὰρ οὐ τὸ ἱμάτιον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἱμάτιον τὸ κράσπεδον τελείαν ὑγίειαν τῆ πιστευσάσῃ χαρίζεται, καὶ ποιεῖ τῆ πιστευσάσῃ ἐπαινετὴν τὴν κλοπὴν· πῶσα μᾶλλον τὰ ἰχνη τοῦ Χριστοῦ δύνανται τῶν ἀμαρτημάτων ἀπαλεῖψαι τοὺς μῶλωπας! Οὐ τοίνυν τὸ μύρον μόνον κατέχευεν, ἀλλὰ καὶ τὰς πηγὰς τῶν δακρῶν ἐκίνησε. Μακάριαι τῆς γυναικὸς αἱ λίμαι, ὅθεν ποταμὸς θεραπευτικὸς τῶν ἀμαρτημάτων προχέεται! Σοὶ γενέσθω διδάσκαλος διὰ τὸς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν ὁ θεὸς κηχίρσται. Ἄρα μόνον ἔψεως ὑπέρτατος; Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων ἕκαστον ἔχει· κἂν ἀκριβῶς ἐξετάσῃ. Ἐνια τῶν ἀλόγων καὶ πλεον ὀδυροῦνται παρ' ἡμᾶς. Σοὶ γὰρ οὐ μόνον εἶσιν ἔψεως ὑπέρτατος, ἀλλὰ καὶ μετανοίας ἐργάται. Μακάριον σε φυλάξει τὸ λουτρὸν τοῦ βαπτίσματος· εἰ δὲ [295] ὡς ἄνθρωπος προελθῆς, κίνησον δακρῶν πηγὰς. Ἐχεις τὸ φρέαρ· ἐκ τοῦ βάθους τῆς καρδίας· τὴν λύπην ἀντήλησον· κίνησον τὰς διδύμους κόρας, πρόχες δακρῶν ρεύματα· κατ' ἀναλογίαν τῶν πεπληγμένων ἔστω τὰ δάκρυα. Μικραὶ ψευδαῖς· κοῦφα παραφέρουσι κάρφη· μεγάλα ποταμῶν βάθη καὶ ρεύματα, γειμαρῶσι σφοδρὸ καὶ βαθεῖς κορυμνὸν βάθη καὶ λίθων ἄγθη παρασφύρειν πεφυκάσι. Στάθμισόν σου τὰ ἀμαρτήματα. Εἰ μικρόν σου τὸ ἀμάρτημα, ἀρκεῖ καὶ βραχὺ δάκρυον· εἰ μέγα τὸ ἀμάρτημα, μείζον ὁ τῶν δακρῶν γένοιτο γειμαρῶς. Εἰ δὲ καὶ παρήρησιαν ἔχεις βίου, καὶ ἐπιτηδεύετ' ἀκρῶν, καὶ καρδίαν κατανευυμένην, εἰ καὶ μὴ πάντα ὑπὲρ σεαυτοῦ δακρῶν, κάμοι δάνειτον δακρῶν μέρος· δάκρυσον ὑπὲρ ἀδελφικῶν ἀμαρτημάτων. Καὶ ὅμεις *πεφρονημένοι ἐστέ, καὶ οὐκ ἄλλο ἐπερθίσατε.* Οὐχ ἤμαρτε Σαμουὴλ, ἀλλ' ἐπὶ Σαοὺλ ἡμαρτηκότα πενθεῖ. Παῦλος ἐστὶ σκευὸς ἐκλογῆς· ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν οὐδυνάται. *Τίς σκανδαλλίζεται,* φησὶ, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; Ὅρξ ἐστὶ τὰ μέγα σκάνδαλα τὴν Παύλου συντρέβει καρδίαν; Πλην ἀλλ' ἕκαστον ἡμῶν γένοιτο τοῖς οικείοις ἀμαρτήμασι μετὰ τῶν δακρῶν ἀρκεῖται. Μιμησώμεθα τὴν γυναῖκα· δάκρυσι βρέχει τοὺς πόδας τῆ Ἰησοῦ, ἀλείφει τὴ μύρην. Δάκρυσι τοὺς πόδας. Ὅθεν τὰ ἀμαρτήματα, ἐκείθεν καὶ τὰ ἴματα. Ἦκουσας τοῦ Κυρίου λέγοντος σήμερον· *Ὅς ἂν ἴδῃ γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμεῖν, ἦδη ἐμολχενον αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.* Ἐπειδὴ διὰ τοῦ βλέμματος ἡ ἀμαρτία καθήρξατο. Ὅπου ἡ ῥίζα τῆς ἀκόλασιος, ἐκεῖ ἡ πηγὴ τῆς θεραπεύειται. Καὶ ἐξέμασσε ταῖς θριξὶν. Ἄρα ἡ τὸ μύρον ἀρροάσασα, ἡ τὸ ἀλάστρον ἐτοιμάσασα, λέντιον οὐκ εἶχε παρὰσκευασμένον;

